S. tn. Authores eo ignorantia terminorum introducunt profanas Vocum novitates; omnis enim Iustitia e ad alterum; et Iustitia Legalis residet in parte Coitatis ad procurandum bonum Coe ~~alterius~~ Coitatis totius; n Vo ad procurandum bonum Coe alterius Coitatis, cuius ipse pars n e, in Deo autem nulla e Iustitia in ordine ad totam Collectionem, et Coitatem Entium, sub qua Deus comprehendatur, ut pars; nec Deus procurat aliquod bonum Coe huius Coitatis Entium comprehendentis creatum, et increatum: cum ergo Dei in ordine ad seipsum n possit ee propria Iustitia; Tamen in Deo nequit ee Iustitia Legalis, qua tamquam pars procuret bonum Coe suae Coitatis; et licet D. Thomas 1. p. q. 21. art. 2 cum D. Anselmo, concedat Deo Iustitiam, qua reddit debitum n Creaturis, s. sibi ipsi, quia, scilicet, facit quod decet suam bonitatem: Vo Iustitia quandoque dicitur in Deo condecentia suae bonitatis, Hae tn Iustitia e similitudinaria, et impropria, Vt supra diximus cum D. Thoma in 4o dist. 45. q. 1. art. 3. quaestiuncula 4. Vo Iustitia, qua Deus tribuit Vniverso Creaturarum, q ipsi debetur, et ordinatur ad tum bonum Vniversale, et Coe n e Iustitia Legalis, s. distributiva, nam respicit totam Collectionem Creaturarum, Vt inferiorem Deo, et Iustitia, qua Superior tribuit inferiori, q. ipsi debetur e Iustitia distributiva; et per accidens e, q inferior sit persona particularis l. aliqua Coitas, nam etiam ipsa Coitas saepe reputatur pro Vna persona, et ipsi pot aliquid tribui eo Iustitia commutativa, et distributiva; et ita Deum reddere praemia, et supplicia quae requiruntur ad bonum Coe generis humani e actus Iustitiae distributivae, n Vo Legalis, quae residet in parte Coitatis in ordine ad bonum Coe suae coitatis.

Dicitur quoque quod ejus int. Solas dare præmia aut supplicia non pertinet formaliter et elicitive ad Justitiam legalem, quamvis hic actus, quatenus conducit ad bonum Commune possit imperari à Justitia Legali, sicut possunt imperari omnes actus Virtutum, quia ut ait D. Thomas 2ª 2ª q. 58 art. 7. ad 1um ad Justitiam legalem solum formaliter pertinet id, quod immediate, et per se ordinatur ad bonum Commune, et ita condere Leges justas, quibus proponantur præmia, et supplicia est actus Justitiæ Legalis, ut ait D. Thomas 2ª 2ª q. 80 art. 1 ad 4um - quando vero actus per se, et immediate ordinatur ad bonum particularium personæ ipsi debitum, et solum mediate ad bonum Commune, tunc non pertinet elicitive ad Justitiam legalem, sed ad Commutativam, vel distributivam, quamvis possit imperari à Justitia legali, quæ dicitur Virtus Universalis, quia imperat, et ordinat actus omnium Virtutum ad bonum Commune, sed tribuere præmia pro meritis non ordinatur immediate in bonum Commune, sed in bonum primario illius, cui præmium confertur, nam ut ait D. Thomas in 3º dist. 29 q. 1 art. 4. merces proprie dicitur præmium, quod quis ex Labore vel aliquo opere meretur, præmium autem est, quod alicui in bonum ejus redditur. Unde merces in quantum hujusmodi importat aliquid referibile per amorem ad illum, cui merces redditur - ergo remunerare merita, aut tribuere præmia elicitive et formaliter non pertinet ad Justitiam Legalem, et consequenter non pertineret ad Justitiam legalem Dei, quamvis gratis ipsam in Deo admitteremus, per quod patet ad fundamentum Contrariæ Sententiæ, Sed præterea eum conatur Suarez authoritatem D. Thomæ repurgare à nota Novatoris, quæ imposita à Varquez, nam manifeste opponitur D. Thomæ doctrinæ, et frustra auxilium D. Thomæ implorat qui in ipsum delinquit.

Proponuntur Argumenta, et Solvuntur

Lutherani, et Calvinistæ negant bonis operibus Justorum Virtutem et propriam rationem meriti - ideo quia negant Liberum arbitrium, sine quo non potest dari Verum meritum

Omnis Calvinus dixerit ad rōẽ meriti ñ requiri libertatẽ à necessitẽ, aut detrahens ad Vnū, s. sufficere libertatẽ à coactione, de quo infra dicemus. — Sū etiā quia asserunt omnia opera iustorū ēē peccata saltẽ venialia, nec iustos posse absque peccato implere legẽ Dei; quæ duo priā sũ heretica, damnata in Tridentino Sess. 6. can. 4. — et 18. et 25. de quibus ñ ē in præsenti disputandū — Sū etiā quia existimant, q. fit injuria meritis christi, ob quæ hominibus datr gloria, si ultra ipsa, etiā requirantr merita humana ad consequendā gloriā. — q. fūntū etiā ē hæreticū, et ridiculū; quia Ecclesia Catholica solū cognit merita humana derivata, et participata à meritis christi, ñ proptr defectū, et insufficientiā meritorū christi; s. propter abundantiā virtutis ipsorū, per quā bonis operibus iustorū cōicatr virtus, et efficacia ad promerendū gloriā; sic ñ fit injuria causæ 1æ. concedendo causas 2as. ñ proptr indigentiā causæ 1æ. s. proptr abundantiā suæ virtutis, et bonitatis; proptr quā voluit Deus virtutē causandi cōicare creaturis.

S. quia plures ex huiusmodi hæreticis, vel incōsentr loquendo, l. gratis admittendo, concedunt dari bona opera iustorū, quæ Deo placent, quibus Deus tribuit aliquā remunerationẽ, et compensationẽ liberalẽ, et tñ negant huiusmodi opera ēē vere, et propriè meritoria, præcipuè gloriæ. Videndū ē, ex quo capite negent huiusmodi operibus verā rationẽ meriti; ne Catholici ex ignorantia materialiter incidant in prædictū errorẽ, quod aliquibus sic accidisse videtr. — Ex duplici q. capite pōt prædictis operibus negari vera ratio meriti rū gloriæ; l. quia ipsis deficiat æqualitas, et condignitas rū gloriæ; l. quia ipsis deficiat verū ius, rōe cuius debeatr iustis corona gloriæ ñ solū debito fidelitatis rōe diuinæ promissionis; nā hoc debitū etiā hæretici concedunt, ut supra diximus; s. etiā debito proveniente à iure operū; et quia hæreticorū libros ñ habemus, nec facultatẽ ad ipsos legendos; ex quo capite negent huiusmodi operibus verā rationẽ meriti colligendū ē ex fundamentis hæreticorū; quæ sic adducuntr. à Theologis.

Arguunt 1º sic Scotistae; meritum significat actionem sumentis cui juste, aut ex jure debetur merces, l. praemium, ut ex D. Thoma et aliis theologis probatum est; sed bonis justorum operibus juste, aut ex jure non debetur gloria; ergo bona opera justorum non sunt vere, et propriè meritoria gloriae — min. probatur 1º neg. id, quod juste debetur alicui propter ejus opera non datur ratione gratiae, juxta illud ad Rom. 4. ei qui operatur merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum et capite 11 si autem gratia, jam non ex operibus, alioquin gratia jam non est gratia. sed gloria vere habet rationem gratiae, juxta illud ad Rom. 6 stipendium peccati mors; gratia autem Dei vita aeterna. et Joan. 1. gloria dicitur gratia pro gratia: ergo bonis operibus justorum ex jure non debetur vita aeterna.

2º probatur min. neg. quod debetur alicui ex justitia meritorum, non redditur ex misericordia; sed Deus tribuit coronam gloriae ex misericordia juxta illud Psalm. 102 qui coronat te in misericordia. et Matthaei 5. Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. ergo.

3º probatur min. quia solis operibus condignis ex jure debetur merces; sed ut ait Apostolus ad Rom. 8 non sunt condignae passiones hujus temporis ad futuram gloriam, quae revelabitur in nobis: ergo.

4º probatur min. authoritatibus D. Bernardi, et D. Basilii supra adductis, neg. D. Bernardus negat jus nostris operibus, et D. Basilius ait nullis operibus non esse debitum gloriae — et Mag. Parens Augustinus de gratia, et lib. arbitrio cap. 9 ait: Maluit Apostolus dicere, gratia Dei vita aeterna, ut intelligeremus non pro meritis nostris Deum nos ad vitam aeternam, sed pro sua misericordia producere — et in Psalm. 70 Concione 2 ait: suppliciis tibi debetur, ecce praemium venerit, sua dona coronabit Deus, non merita tua — et D. Gregorius lib. 9 Moral. cap. 7 ait: si opus virtutis exercuero ad vitam non ex meritis, sed ex venia convalesco.

5.º pb.r ng operibus, quibus Sõo facit, q.d debet, et operat.r in Commody; et Utilitatg propriq; n̄ Uo in Utilitatg alterius; n̄ debet.r ab altero mercer, aut præmiy; s.d Iustus bene operando, facit, q.d debet, et n̄. operat.r in Commody et Utilitatg Dei, s.d in propriy commody, et Utilitatg ad illud Lucæ 17 cu feceriti omnia; quæ præcepta s.t Vobis, dicite: servi inutiles sumus; q.d debuimus facere, fecimus: q. bonis operibus Iustory n̄ debet.r ex Iure merces gloria.

6.º pb.r quia si in operibus Iustory ēēt Ius, rõe cuius ipsis ēēt debita gloria, Deus ēēt debitor rũ Iustory; ng quod debet.r ab aliquo debet.r, et gloria nequit ab alio deberi, nisi à Deo, qui soly põt tribuere glorig, s.d repugnat Deo ēē debitorg; et obligaty ad reddendy glorig Iustis, ng trait D. Thõs 2.a 2.æ q.e 80 art. 1. ad 3.y inferiori n̄ ē aliquis obligatus in qnty sit inferior: q. bonis operibus Iustory ex Iure; l. Iustitiã n̄ ē debita gloria, Quo Argumto desumpto ex D. Thã hic Vat.r Kemnitius, Ut refert Vazquez disp.a 215. n.o 12.

R.r q.d Consulto conjunxi Argutã Sectariory et Catholicory, Ut appareat, q.d aliqua inter se coincidunt, et omnia tendunt ad pbandy; q.d bona opera Iustory n̄ tribuunt ipsis Very Ius, rõe cuius, Iustis debeat.r Vita Æterna; et ex prædictis Sectariory Argutis constat, q.d ad negandy Very meritg Vitæ æternæ; n̄ movent.r Sectarii ex eo præcise, q.d existimant, oia opera Iustory ēē peccata; ng nulluy ex prædictis argutis fundat.r in hoc errore; et ita independent.r ab ipso negant meritg propriy rũ gloriæ - et Mag.r Soto Lib. 3. de nãa, et gratia cap.te 8. §. 2.a Solutio. et Mag.r Medina art 3. §. S.d Videamus diligentius - referunt aliquos Lutheranos concedere Iustis bona opera, quæ tñ n̄ s.t meritoria gloriæ Vera; quia ipsis gloria n̄ debet.r U.e ad recedendy perfecte ab errore Lutheranory n̄ sufficit concedere Iustis bona opera, quibus à Deo tribuat.r gloria ex liberalitate, l. gratitudine

S. Ulterius debet concedi in bonis operibus Iustorum Verum Ius, vide enim Iustis sit debita gloria, mque merces, et Corona Iustitiæ, Salvo supposito pacto, et promissione Dei; Sic enim Vazquez disp.e 214 n.o 23. asserit: Doctor. Scotum, et Nominales, quamvis concedant bona opera Iustorum Convenire in cum Lutheranis, et Calvinistis; q.a asserunt ante promissionem, et acceptationem divinam opera Iustorum nullam habere Condignitatem Vitæ æternæ, quam in mente Doctoris Scoti non penetrasse ait Faber in 3. dist. 18 disp.e 42 n.o 15 de quo dicendum est ad arg. 3.m

Ad Argumentum 1. nego min, et ad 1.m prob. Respondeo q. id, q. Iure debetur propter opera non dicitur fieri ratione gratiæ; Sed mercedis; Sed tamen dicitur gratia in causa, et in radice; quando ipsa bona opera sunt dona gratuita promittentis; Si ego promitterem aliquid Petro, si bene Scriberet, et ego ducerem manum Petri, Ut bene Scriberet; Illa remuneratio talis meriti deberet ratione gratiæ, quia gratia est ipsum meritum bene Scribendi, cum q. merita nostra sint dona gratiæ Dei, faciendi nos Velle, et facere bonum, licet Vita æterna pro his meritis data, dicitur merces, et Corona Iustitiæ, quatenus est debita meritis, et dicitur gratia pro gratia, quia ipsum meritum est gratia, et donum gratuitum Dei; ita D. Augustinus Epist. 105 et de gratia, et libero arbitrio cap.e 8. et 9.

2.o Respondeo Quod Vita æterna dicitur gratia, quoad excessum, ad merita condigna; quia Deus præmiat Ultra Condignum: Sic denarius diurnus fuit merces condigna iis eorum, qui per totum diem laboraverunt in Vinea; sed V.o eorum, qui solum Una hora laboraverunt fuit ultra condignum: et quoad illum excessum fuit gratia, quamvis simpliciter fuerit merces Iustitiæ, et hanc, et præcedentem explicationem adhibent D. Fulgentius Lib. 1. ad Monimum cap.e 10. et D. Thomas opusc. 2 cap. 214.

Ad 2.m prob. Similiter Respondet ibi D. Augustinus et de Correct.e et gratia

Cap. 13. q. Corona gloriæ dicit. dari ex Misericordia; quia ipsa merita S. Roma
Misericordia Dei. - et D. Thom. 1. p. q. 21. art. 4. - et in 4. dist. 46 q. 2 art. 2
docet, q. in omnib. operibus Dei inveniunt. simul Iustitia, et Misericordia et Deus
exercet Misericordiam tribuendo Coronam gloriæ, quia præmiat ultra condignum; et
in Collatione gloriæ; ut in plurimis remittit Deus ex Misericordia aliqua peccata
Venialia, aut aliquam partem pœnæ temporalis; nam etiam Animas purgatorij punit
citra Condignum.

Ad 3.m Resp. D. Thom. art. 3. q.a passiones huius temporis possunt
Considerari quoad substantiam actus, quæ est bonitas specifica actus desumpta ex obiecto,
et quoad modum et formam, quam habent ex parte operantis; ratione gratiæ, et charitatis;
et Consideratæ sm substantiam non sunt condignæ ad gloriam, ut ait Apostolus; bene
tn considerata, quatenus sunt formatæ per gratiam, et charitatem. - Sic opera Christi
Domini quoad substantiam, et bonitatem specificam desumptam ex obiecto sunt finiti valoris,
et ita non sunt sufficientia ad satisfaciendum condigne pro peccatis suis; sed ratione
dignitatis personæ infinitæ, a qua fiunt, habent infinitum valorem, et sunt satisfacto-
ria de Condigno pro peccatis suis.

Ad 4.m Resp. Authoritates D. Basilij et D. Bernardi probare
non esse in meritis suis adversus Deum; ratione cuius Deus constituatur debitor, et obliga-
tus ad dandum gloriam; non tamen negant meritum sui in ordine ad gloriam, ratione cuius
gloria sit debita bene operantibus; propterea quod verificatur, q. Deus reddit
debitum nulli debens. - neque Authoritates D. Augustini urgent, quia meritum dupli-
citer potest dici: meum, tuum, aut nostrum - 1.o privative, ita ut solus solo merens
sit Dominus, et causa talis meriti - 2.o positive, ita ut non solum merens,
sed etiam Deus sit Causa, et Dominus talis meriti, nec homo possit mereri, nisi
Deo donante tale meritum. - Pelagiani enim dicebant, merita esse nostra privative,
et non esse a Deo donata, sed gratiam esse factam a nobis viribus proprijs Liberi arbi-
trij; et 1.o D. Augustinus negat, merita nostra privative quæ non sint dona Dei, et ita

dicit: q. Deus n. pro meritis nostris, scilicet, privative perducit nos ad vitam aeternam, et q. dona sua coronavit Deus, n. merita tua, scilicet, privative, quia merita Sct. nostra positive, ita ut prius sint Dei, donantis per suam gratiam oia merita nostra, quae proinde n. sct. ex nobis viribus propriis, sd. viribus gratiae: ut epist.a 143 de meritis loquendo ait: nec miremini, q. dixi, sua non esse, scilicet positive, et ex vobis n. esse; nam et panem quotidianum, dicimus nostrum; sed tn. addimus, da nobis, ne putetur esse ex nobis.- et D. Gregorius solum vult dicere, q. ois homo, ut consequatur vitam gratiae, et gloriae indiget venia, et remissione peccatorum, et ita merita ipsius absque venia peccatorum n. sufficiunt.

Ad 5.m Rt. D. Thomas hic ad 1.m et 2.m q. faciens libere, et voluntarie, q. debet, vere meretur; alias n. mereretur per opera iustitiae, et filius apud Patrem, et servus apud Dominum, faciendo, q. debent, vere merentur laudem, honorem, et naturaliter ad vitam Ioa. illud: dignus e. operarius cibo suo, et accedente pacto, et promissione pot. servus a Dno suo de condigno mereri libertatem, aut manumissionem, et quamvis hoo n. possit exhibere aliquid utile Deo, pot. tn. facere aliquid utile ad honorem, et gloriam extrinsecam Dei, q. sufficit ad meritum.- Testimonium autem Lucae 17. cum feceritis oia quae praecepta sct vobis &a. supra explicatum e., et plures alias explicationes ex Sanctis Patribus adducit Belarminus, quas omnes reiicit Vazquez, oes tn. bene defendit Montezinos apud quem possunt videri.-

Ad 6.m Rr. cum D. Thoma hic ad 3.m q. si ius, et debitum e. in ordine ad bonum conferendum a supremo Domino, stat bene, q. aliquid sit debitum ex iure, et tn. n. sit debitor, a quo debeatur.- Sic rebus naturalibus debentur suae partes, et proprietates, et filiis Dei debetur haereditas gloriae, et peccatoribus debetur poena aeterna, et tn. nullus e. debitor obligatus ad praedicta tribuenda.- Similiter ergo iustis benemerentibus debetur corona gloriae, et tn. Deus n. e. debitor simpliciter

cum.

Simpliciter et absolute, quia in operatione nostra non habet rationem meriti, nisi praesupposita ordinatione divina; ratione talis ordinationis Deus dicitur debitor, non nobis, sed sibi ipsi, in quantum debitum est ut sua ordinatio impleatur.

Confirmatur hoc argumento cum Vazquez, Lorca, et Araujo, quia operibus hominibus verum ius ad praemium, redditur merces; aut praemium ex iustitia, cum ius sit obiectum iustitiae, ut docet D. Thomas 2. 2. q. 57 art. 1. et ita in hominibus merces redditur operarijs ex iustitia, ut ait D. Thomas in hoc articulo; sed bonis operibus iustorum non redditur gloria ex iustitia: ergo non habent verum ius in ordine ad gloriam, et consequenter vera non sunt merita — min. probatur 1º quia bonorum operum remuneratio est antydoralis, tam in hominibus, quam in Deo; nam antydora significat id, quod vulgo hispane dicitur: galardon ut bene notat Calepinus verbo antydora. Ubi hoc communi, et usitato vocabulo, quaevis retributio mercedis pro meritis apud hispanos nuncupatur — sed antydoralis retributio non est ex vera iustitia, sed ex quadam gratitudine remuneratoria, ut plane colligitur ex lege, sed et si lege §. consuluit. ff. de gestione haereditatis, et ut ibi notant glossa, quod retribuitur ex obligatione antydorali vere donatur, secus vero quod redditur ex obligatione nudi pacti; ut constat ex lege, hoc iure ff. de donationibus: ergo retributio coronae gloriae non est ex iustitia; sed ex gratitudine.

2º probatur min. quia Deus praemiat ultra condignum, ut infra dicemus; sed retributio, quae est ex vera iustitia, neque datur ultra, neque citra condignum, sed sub aequalitate: ergo retributio gloriae non est ex iustitia.

3º probatur min. quia debitum iustitiae, vere, et proprie, neque gratiae, neque boni fidelitur reddendi nomen sortiri potest; cum ista sint valde opposita; sed vita aeterna apellatur a Tridentino Sess. 6. cap. 16 gratia misericorditer promissa, et fideliter reddenda — et Joannis 1º dicitur: gratia pro gratia — et ad Rom. 6 dicitur gratia Dei vita aeterna: ergo.

4° pb^r. min: implicat, q^d meritu^m Ut sic reperiat debitu^m Justitiæ Vere, et propriè talis: S^d ergo meritu^m apud Deu^m nequit reperire debitu^m Veræ, et propriæ Justitiæ - ant^s pb^r. quia debitu^m Justitiæ correspondet actioni, et Valori, prout abstrahit ab actione Sc^{is}; et Bruti: V^e. pro labore Jumenti Conducti debet^r. pretiu^m; l. mercedi ex Justitia; meritu^m autem è proprietas actionis humanæ moralis, ac liberæ; Ut ait D. Thom. supra q^e. 21. art. 3. cui proinde etiam Correspondet propriu^m aliquod debitu^m, nimiru^m laudis, et gloriæ, quæ propriè n^o pretiu^m, aut mercedis, S^d præmij, seu coronæ nomen, ac rationem sortit^r.

— Ity ergo quia Vera Justitia consistit in dato, et accepto, sine quibus proinde salvari n^o pot; meritu^m autem pot sine dato, et accepto salvari, maximè apud Deu^m, cui h^o nihil pot impendere boni; Quis enim prior dedit illi, et retribuet^r. ei &^c. Ut dicit^r ad Rom. 11. S^d meritu^m nequit reperire debitu^m Veræ, et propriæ Justitiæ.

5° pb^r. min. Quia sequeret^r, q^d o^e opus meritoriu^m h^{is} Justi sit actus elicitus, l. imperatus à Virtute aliqua Vera ac propria Justitia, o^s enim actus, quo adquirimus Veru^m Jus Justitiæ à Virtute Vera Justitiæ debet provenire; Sicut o^s actus, in quo è qualitas charitatis, et fortitudinis, à Charit^e l. fortitudine provenire debet; hoc autem è manifeste falsu^m, et experientiæ Contrariu^m, nedu^m enim actibus Justitiæ, S^d ergo actibus charitatis, fidei, et aliaru^m Virtutu^m promeremur apud Deu^m: S^d—

6° pb^r. min: Quia ergo sequeret^r, q^d Deus ēēt debitor gloriæ pro nostris meritis, nam debitu^m Justitiæ obligat, et constituit debitore^m eu^m, in quo è: —

Nec sufficit dicere: debitu^m hoc n^o ēē in Deo, S^d in solo præmio, et ideo præmiu^m ēē debitu^m meritis, n^o tn Deus è illius debitor —

Non, inquam, Valet, quia licet bene possit salvari in aliqua re conditio debiti Connaturalitatis, aut fidelitatis, aut gratitudinis, quin illa res sit debita simpliciter

ab aliquo, Ut ait D. Thõs 1. pte q. 21. art. 1. ad 3m tn. Sm. Justitia propria debiti, quae respicit nudum rem, sed ergo personas; proptr quod dicitr Justitia ad alterum implicat rem ee debitum Simpliciter, et n ab aliquo; magisque implicat in debito, qd fundat meritum, ergo qd meritum et nn respicit praemium, sed ergo praemiantem: et si semel admittimus: qd meritum fundat debitum Justitiae, n nn continuet praemium sibi debitum, sed ergo faciet Deum praemiantem sibi debitorem.

7o pbr. min: quia ergo Sequeretr, qd Deus Secluso pacto, et promissione teneretr ex Justitia remunerare merita Justorum; siquidem illa de se, secluso pacto Serent maiorem condignitatem cum Vita aeterna, et per illa soo Justus adquirit Verum Jus ad praemium; qd proinde Deus negare n posset, imo id postularet eius Summa Justitia, cum neque demerita malorum impunita, neque merita Justorum irremunerata relinquerentr; qd tn e falsum, quia si promissione n se obligaret, Deus Utrumque posset praestare sine laesione suae Justitiae; ergo

8o pbr. quia in Summaris retributio pro merito n pertinet ad Justitiam, sed ad gratitudinem, quae e pars potentialis Justitiae: ergo ergo retributio meritorum facta a Deo n pertinet ad Justitiam, sed ad gratitudinem — ans pbr. 1o quia Justitia n considerat affectum, sed effectum, Scilicet, retributionem aequalem, n considerato, qualiter ab Agente fiat, Ut ait D. Thõs 2a. 2ae q. 57 art. 1. Gratitudo Vo potius considerat affectum, quam effectum, tam ex parte dantis, quam ex parte recipientis (Ut supra diximus ex D. Thõ) sed in ratione meriti 1o loco tenet affectus, et meritum potius ex affectu, quam ex effectu consurgit, Ut pt in Vidua, quae offerens in gazophylacium duo aeris minuta, plus obtulit quam ad meritum; proptr maiorem affectum, Ut dicitr Marci 12 capo ergo

2o pbr. ans quia Justitia respicit debitum legale, et gratitudo solum debitum morale; Ut ait D. Thõs 2. 2ae q. 80 art. 1. sed meritum potissime, et propria inducit debitum

Morale; nq ex ratio, et Valor meriti; maxime in affectu, et libertate actionis Consistat; n pot inducere debitu legale; nq libertas actionis, et gratuita exsequutio n e Civili pretio aestimabilis; nec habet adaequatam proportionem cu rebus; in quibus Justitia Versatur. et etia quia meritu actionis potissime consistit in eius bonitate morali; debitu autem legale n ex bonitate morali, quae supra omne pretiu Civile e; S. ex Valore Civili rei; l. actionis Consurgit; tunc demeritu n pot inducere debitu legale: g.

3.° pb. ant quia ad meritu requiritur Ut interveniat in obsequio aliquid gratiosu; Saltem Voluntas ipsa; nq Ut ait D. Thom in hoc arto ad 1.m cui obsequiu praecisse debitu e, aut constituto pretio datu; n e meritu; si enim Solvendo debita aliquis meretur. ideo e; quia prompta Voluntate hoc facit: Justitia autem propria n respicit aliquid gratis Collatu; S. nudu; et praecisse debitu rone: g.

Denique pb. ant quia tribuere Supplicia pro delictis n pertinet ad Justitiam propriam; S. ad Vindictam; quae e pars potentialis Justitiae. Ut ait D. Thom 2.2.ae q.e 80. art. 1. et q.e 108 art. 2 ad 1.m g etiam retribuere praemia pro meritis n pertinet ad Justitiam propriam; S. ad gratitudinem; quae etiam e pars potentialis Justitiae. pb. cons. quia gratitudo, et Vindicatio sibi invicem correspondent; Una in bonis, et altera in malis; Ut cum Julio ait ibi D. Thom q.e 80.

Ad Confirm. no min: et ad 1.m pbem no maj; remuneratio enim pro meritis propriae talibus n e antidoralis; nec praemiu; aut merces, quae debetur. meretur. meriti dicitur antidora; l. galardon; S. potius dicitur Corona Justitiae, depositu; et bravium. dato tn q.d intr. Scholas, ita esset, negandum e de remuneratione facta a Deo pro meritis; quia homo n pot Deo aliquod beneficiu Conferre; nec Deus ex gratitudine, aut in gratiarum actione pot homi aliqd tribuere.

Ad 2.m

Ad 2^m^ pbg Rx q. Deus praemiando ultra condignum exercet liberalitatem in excessu praemij; sed quantum ad portionem mercedis condignam, aut praemij aequalis exercet actum justitiae — Vel dicatur, quod praemiando ultra condignum exercet actum justitiae distributivae, in qua non attenditur aequalitas quantitatis inter id, quod datur, et dignitatem personae, cui datur, sed solum attenditur aequalitas proportionalitatis, quam etiam Deus observat, praemiando ultra condignum, nam aequalibus aequalia, et inaequalibus inaequalia praemia distribuit, servata proportione.

Ad 3^m^ jam diximus, quod gloria dicitur gratia in causa, quia ipsa merita sunt dona gratiae Dei. potest etiam dici gratia ex parte Dei dantis, quia Deus absque debito, et obligatione legali ex parte sui gloriam tribuit benemerentibus, et ante praevisa merita Sanctos gratuito elegit ad gloriam, etiam per modum coronae, et omnino gratis, et ex misericordia ipsam Sanctis promisit, et ita Concilium ait: quod vita aeterna est gratia misericorditer a Deo promissa.

Ad 4^m^ pbg neg. ant., et ad 1^m^ pbg Rx distinguo ant. debitum justitiae correspondet valori actionis, quae abstrahit ab actione hominis, et bruti, comparative ad brutum, nego ant. comparative ad hominem habentem dominium bruti concedo ant. Justitia enim est inter personas, unde hominis ad jumentum non est justitia, sed solum comparative ad dominum jumenti, qui vendit laborem sui jumenti pro aliquo pretio: et potest vendere panem, aut vinum, quod suum est, meritum autem dicitur proprietas actionis humanae, et liberae, quae sola potest constituere personam merentem, et tribuere ipsi jus ad mercedem debitam ipsi ex justitia. quod autem datur pretium pro labore jumenti, et pro labore hominis non obstat, quia pretium datur pro actione, prout cedit in commodum, et utilitatem alterius, et labor hominis, et jumenti conveniunt in hoc, quod possunt cedere in commodum, et utilitatem alterius — — Ad 2^m^ pbg Rx quod justitia commutativa requirit datum, et acceptum, non vero distributiva, quae sola invenitur in Deo.

Ad 5^m^ nego sequelam, et ad pbg nego ant., nam piscari, et venari, acquirere possessionem haereditatis, vel legati, vel rei donatae non sunt actus justitiae

Et tn periquod adquirit. Verum Jus Juridica in re acceptum, l. gereng: Vº exeo quod per actus meritorios adquirat. Verum Jus Justitia ad præmium gloriæ, n sequitur, q. mereri sit actus Justitiæ existentis in merente, S. meritum e Conditio generalis, et proprietas Consequta ad actum omnium Virtutum; et ita ad merendum n requiritur specialis Virtus; quia hæc solum datur in ordine ad objectum proprium, et specificum; ratio autem meriti n convenit actui per ordinem ad speciale objectum specificum; S. est proprietas actus humani, supponens tendentiam actus in ordine ad objectum specificum; de quo videri pot Mag. Martinez infra art. 3. dub. 4. et Illmus Godoy disp. 6 de Incarnat. à n. 16.

Ad 6.m R. Xª. Solutionem ibi datam et ad impugnationem 1ª eum sequens diximus, q. debitum Justitiæ distributivæ pot eê absque debitore; nam etiam Justificans debetur ex Justitia hæreditas gloriæ absque debitore; et decedentibus in peccato mortali ex Justitia debetur pœna æterna absque debitore, et ita mirum n ê, q. benemerentibus ex Justitia debeatur præmium gloriæ absque debitore, nisi forte ex promisso, Ut ait D. Thom in 2º dist. 27. q. 1. art 3. ad 4m in 1ª solutione, et in 2ª sic ait: in Justitia commutativa, ille apud quem aliquis meretur, efficitur debitor ei, qui meretur, Ut pt in illis, qui opera sua locant in servitium aliorum; S. in Justitia distributiva n requiritur ratio debiti ex parte ejus, qui distribuit, potest enim ex liberalitate aliqua distribuere, in quorum tn distributione Justitia exigitur, Ut quod diversis, put eorum gradus exigit, proportionabiliter tribuit. Vª ad Justitiam distributivam n requiritur, q. Deus distribuens gloriæ Coronam sit debitor; S. sufficit, q. ipsa corona gloriæ sit debita dignitati personarum ex meritis provenienti, et distribuatur servata proportione geometrica, sicut Dux exercitus spolia inimicorum, si ibi ex Jure attinentia, distribueret in milites, qui strenue pugnarunt, servata proportione ad merita ipsorum absque ullo debito ex parte ipsius exerceret actum Justitiæ distributivæ

Et idem contingeret, in eo qui sponte vellet praemiare Poetas, qui elegantiores versus scripserunt in laude alicuius Sancti, servata proportione, et nullo praecedente pacto, seu promissione, nam ex ipso quod vellet bona sua distribuere non ut Dominus, ut iudex meritorum, bona sua faceret communia, et ea tribueret militibus, aut Poetis, servata proportione meritorum.

3.o Obijcies: quod Iustitia distributiva est species Iustitiae propriae et strictae, ut docet D. Thomas 2.a 2.ae q.e 61. art. 1. Sed Iustitia propria, et stricta exigit debitum rigorosum, et legale, in quo distinguitur a partibus potentialibus Iustitiae, quae solum respiciunt debitum morale, ut etiam docet D. Thomas 2.a 2.ae quod Iustitia distributiva respicit debitum ~~legale~~ rigorosum; ortum ex iure alterius; quod etiam docet D. Thomas 2.a 2.ae q.e 80 art. 1. – et q.e 58 art. 11. – et q.e 61. art. 1. ad 2.um et ultimum; Sed quia Iustitia commutativa respicit debitum legale, et rigorosum, constituit subiectum debere debito orto ex iure alterius: quod etiam Iustitia distributiva constituit Deum debitorem debito orto ex iure creaturae merentis.

R.r quod ut diximus ex D. Thoma in 4.o dist. 45 q. 1. art. 3 q.la 4 – Duplex est debitum; aliud enim est debitum recipiendi, aliud vero est debitum dandi; et Iustitia tam distributiva, quam commutativa respicit debitum legale, et rigorosum recipiendi, nam Iustitia tribuit unicuique, quod ipsi ex iure debetur, et quod ipse debet recipere, et quod ipse exigere potest coram iudice, et de hoc debito recipiendi loquitur D. Thomas in testimonijs adductis in argumento – debitum vero dandi requiritur ad Iustitiam commutativam, quia dans recipit unum, pro quo aliud dat, et ratione illius, quod recipit, debet dare; ad Iustitiam vero distributivam non requiritur per se, et formaliter debitum dandi, quia distribuens nihil recipit ab inferioribus, ratione cuius sit obligatus, et constituatur debitor distribuendi, sed solum obligatur a propria voluntate, qua decrevit distribuere bona sua, non ut Dominus, sed ut iudex meritorum; in humanis autem distributor ex Iustitia commutativa saepius obligatur ad distribuendum; vel quia non habet dominium bonorum communium; sed solum

Exadministratione; Vel aliquid recipit à Republica; vel ab alio, ut recte Attribuat.

Ad 7.m Rx. quod ad meritum condignum non sufficit aequalitas cum mercede, aut praemio; sed ulterius requiritur ius, et debitum recipiendi mercedem, et ut homo per bona opera adquirat ius ad gloriam; requiritur ordinatio divina; pactum, aut promissio; Aliàs nullum fundabunt ius, aut debitum bona opera; quia Deus est Supremus Dominus, et bona opera sunt Deo debita pluribus alijs titulis; Ut dicemus dubio sequenti - et haec Objectio oppositum probat; quia si meritum esset in ratione gratitudinis, non requireretur ordinatio Divina; pactum, aut promissio; nam retributio proportionalis, si pacto firmetur; ut tantum pro tanto retribuatur, non pertinet ad gratitudinem; sed ad Iustitiam Commutativam, ut docet D. Thomas 2a 2ae q. 106 art. 1 ad 2um et ita angydoralis remuneratio deducta in pactum in mutuo, aut resignatione beneficij constituit usuram, et Symoniam-

Ad 8.m neg. ant. remunerare enim merita propriè talia; quae dicuntur Correlatiue ad mercedem pertinet ad Iustitiam; remunerare vero merita beneficiorum pertinet ad gratitudinem; sed merita beneficiorum non sunt propriè talia; et quod retribuitur pro beneficijs non habet propriè rationem mercedis - et Ad 1.m pbg antecedens distinguo maius Iustitia humana non considerat affectum, transeat ant.; Iustitia divina nego ant. - homines enim Vident, ea, quae foris sunt, - Deus autem intuetur Cor, et ita Iustitia humana solum Attendit Commodum, et utilitatem extrinsecam, quam unus reportat ex opere, et labore Alterius, ut operi reddatur commensurata merces, quidquid sit de affectu operarij, aut Mercenarij - Iustitia vero divina non attendit ad Commodum, quod ipsa reportat ex nostris meritis, quia nullum reportat, sed attendit bonitatem, et honestatem operis, quod homo exercet in obsequium Dei, et in bonitate morali actus interni superant externos, qui ab internis participant bonitatem extrinsecam moralem, et praecipuè ratio meriti sumitur ex affectu charitatis, et ideo Vidua parum offerens ex magna charitate, et amore Dei plus meruit, quam alij, qui multum obtulerunt ex parua charitate.

Ad 2.m pbg Rx neg.do quod meritum non inducat debitum legale cum

ex ipso

ex Lege, et ordinatione diuina, et ex<u>g</u> meritu apud Hoies inducit debitu ex Lege nat<u>li</u>, et positiua, et meretur dat<u>r</u> actio ad exigendu mercede sibi debitu; Valor tn meriti int<u>r</u> Hoies n privat<u>r</u> ex affectu, et libertate actionis; s<u>d</u> ex commodo, q<u>d</u> alter reportat, ex actione, et labore merentis; Vt ait D. Thoi 1.a 2.ae q.e 21. art. 3. et hoc commodu, aut p<u>r</u>ofectu e pretio, et pecunia estimabile; si V.o concedatur ipsa actio humana, Vt e honesta, et laudabilis, put sic n e pecunia estimabilis, neq sic consideratur Vt e actio Virtutis, et Hoies n pos<u>su</u>nt tribuere premiu condignum Virtuti, s<u>d</u> soly Beatitudo e premiu condignu ipsius; et ideo dixit D. Thoi 1.2.ae q.e 2. art. 2. ad 1.u – et 2.2.ae q.e 103 art. 1. ad 2.u q<u>d</u> honor n e sufficiens premiu Virtutis, qmuis Hoies n possint Virtuti tribuere aliquid maius honore.

Ad 3.m nego, quod ad meritu requiratur aliq<u>d</u> gratiosu, satis Voluntas ipsa, quia per ipsu liberu Voluntatis cadentu sub precepto, per quu hoo obedit Deo, meretur; nec oppositu ait D. Thoi hic ad 1.u et Vbi obsequiu precise e debitu, aut constituto pretio datur, e meritu propriè tale mercedis, aut pretii promissi; et hoo solvendo debita per Virtutem Iustitiae, meretur premiu apud Deu, et honore, et laude apud Hoies. – Veru tn e, q<u>d</u> observans Legs serviliter precise, ex timore penae, n meretur apud Deu, s<u>d</u> potius peccat, si habeat desideriu condi- tionatu n servandi Legs, si posset impune; s<u>d</u> hoc provenit, q<u>a</u> n operatur ex charitate, et amore Virtutis, n V.o quia n tribuat aliquid gratiosu.

Ad 4.m R.r q<u>d</u> Vindicatio dupliciter sumitur Vt ait D. Thoi 2.a 2.ae q.e 108. art. 2 ad 1.u – 1.o pro Virtute existente in persona particulari ad propulsandu, et repellendu proprias injurias, aut Vi Vi repellendo cu moderamine inculpatae tu- telae, aut postulando à Iudice satisfactione pro injuria sibi irrogata; et hae Vindicatio e pars potalis Iustitiae, et ipsi correspondet gratitudo, quae etia e pars potalis Iustitiae – 2.o Vindicatio sumitur pro Virtute existente in

Iudice ad puniendũ malefactores; et hæc ê pars subiectiva, et vera species Iusti:
tiæ; et de hac ê dificultas, an sit Iustitia Commutativa, l. distributiva propt. diver:
sa testimonia D. Thõæ - nã ibi et q. 80 art. 1. ad 4. - et 3 p. q. 85 art. 3 ad 3.
docet, q. Vindicta, aut punitio peccatorũ, quæ fit authoritate publica potestatis, seu
Sententiæ Iudicis pertinet ad Iustitiã commutativã - ex alia v. parte 2. 2. q. 63. art.
4 docet, q. Iudicare, aut ferre sententiã in Iudice ê actus Iustitiæ distributivæ,
et pôt peccare Iudex ex acceptione personarũ in inflictione pœnarũ, et specialr, q. in
Deo punire peccatores, et præmiare Iustos ê actus Iustitiæ distributivæ; docet in oĩbus
Locis supra â nobis relatis, propt. quæ testimonia apparenter opposita divisi sũ
intr. se Thõæ, et videri pôt apud Bañez 2. 2. q. 61. art 4. dub. 2.

S. mihi videtr. dicendũ, q. punire peccatores ê actus Iustitiæ dis:
tributivæ, quoad speciẽ actus sumptã ex obto frali, et tñ in Iudice creato ê
actus Iustitiæ Commutativæ, et quoad exercitiũ actus, et quoad obiũ mãle;
in Deo v. præcise ê actus Iustitiæ distributivæ - Pro cuius explicatione
sciendũ ê, q. aliud ê, actũ 2. seu suã speciẽ fralẽ eẽ Iustitiæ commutativæ;
aliud v. hoĩẽ eẽ obligatũ ex Iustitia commutativa ad exercitiũ talis actus,
nã Episcopus, et Parrochus ex Iustitia commutativa tenetr. ministrare Sacra:
menta, quæ Ministratio ex specie sua ñ ê actus Iustitiæ, s. Religionis -
et Miles ex Iustitia Commutativa ratione stipendii tenetr. fortiter pugnare,
qui tñ actus ex specie sua ñ ê Iustitiæ, s. fortitudinis - Similitr. q. Iu:
dex humanus ex Iustitia commutativa ratione offtii, et stipendii Con:
signati â Republica tenetr. recte iudicare in mãa criminali, et punire
malefactores, et ita hic actus pertinet ad Iustitiã Commutativã quoad exer:
citiũ actus; s. quoad speciẽ ê actus Iustitiæ distributivæ, ut supra ostendimus,

in Deo

in Deo v.° punire peccatores pracisè pertinet ad Justitiã distributivã; quia Deus n̄ tenet ex Justitia commutativa punire peccatores, nã propter hoc nihil recipit ab hominibus.

2.° è observandũ, q. ut supra diximus Justa sententia aut recta Judiciũ Judicis humani formaliter è bonũ comune proveniens à persona publica, et cõi, q. Judex distribuere tenet inter inferiores secundũ ipsorũ exigentiã, et dignitatẽ; res v.° Judicata materialiter aliquando è debita ex Justitia commutativa alteri ex litigantibus; et tunc Judex ex parte obti materialis constituit aqualitatẽ arithmeticã inter rẽ, et rẽ, et Judex humanus tribuens aqualẽ pœnã delicto constituit aqualitatẽ inter pœnã, et culpã quia punit secundũ condignũ, et ideo infligere pœnã pertinet ad Justitiã commutativã ex parte obti materialis — in Deo v.° è dispar ratio, quia semper punit citra condignũ, et ita n̄ servat aqualitatẽ arithmeticã inter pœnã et culpã; sed aqualitatẽ geometricã; et proportionalitatẽ. — v.° D. Thõ in 4.° dist.e 46. q. 2. art. 2. quastiun. 1. ad 1.m ait: in 2.a solutione, vel dicendũ; et melius, q. aqualitas ista inter culpã, et pœnã proportionalitatẽ è n̄ aqualitatẽ; et attendenda è, n̄ sm comparationẽ pœna ad culpã; sed sm proportionẽ duorũ peccatorũ ad duas pœnas, ut scilicet, qui plus peccavit, plus puniatur; et sm quod excedit in peccato; sic excedatur in pœna — Ex quo constat, quòd punire peccatores in Deo solũ è actus Justitia distributivæ; sic pramiare Justos; in Judice v.° humano punienti secundũ condignũ; punire è actus Justitia distributiva, quoad ad speciẽ actus, cæterũ quoad ad exercitiũ actus, et ex parte obti materialis pertinet ad Justitiã commutativã; et ita componuntur textus D. Thõ, qui primo aspectu contrarij videntur.

S. mirabis: quia si Deus remunerat merita Justorum ex Justitia distributiua, sequitur quod inter Deum et Homines, non obstante inaequalitate personarum sit vera et propria Justitia, et detur Justum simpliciter, quod est contra Philosophum et D. Thomam in hoc articulo, et ulterius sequitur quod meritum hominis in ordine ad Deum sit simpliciter tale, et non solum secundum quid, ut docet hic D. Thomas, et consequenter ratio D. Thomae in hoc articulo, pro qua defendenda hucusque laborauimus, inefficax relinquitur. — Sequela probatur: quia Justitia distributiua est vera species Justitiae verae, et propriae talis, ut docet D. Thomas 2a. 2ae. q. 61. art. 1. Unde si haec datur inter Deum et homines, consequenter inter ipsos datur vera Justitia simpliciter talis, et cum obiectum Justitiae sit Jus, vel Justum, Justitia distributiua Dei respiciet Justum simpliciter inter Deum et homines: ut Philosophus et D. Thomas 5. ethicorum lect. 11. Justum simpliciter, quod appellat Justum politicum, et ciuile condistinguit a Justo secundum quid, quod dicitur Justum Paternum, et dominatiuum, et Justum simpliciter diuidit in Justum commutatiuum et distributiuum, ac proinde Justum distributiuum dicit aequalitatem proportionis, et hoc est Justum simpliciter, et consequenter inter Deum, et homines erit Justum simpliciter. — Ex quo ulterius sequitur quod hominis ad Deum erit meritum simpliciter, quia meritum simpliciter dicitur per ordinem ad mercedem reddendam ex Justitia simpliciter tali; ~~consequenter meritum~~ ~~meritum~~ ac proinde si Deus reddit mercedem ex Justitia simpliciter tali; consequenter meritum hominis in ordine ad Deum erit tale simpliciter, sicut est meritum unius hominis in ordine ad alterum, vel in ordine ad Rempublicam, vel Communitatem.

Nec sufficit dicere quod meritum in ordine ad homines respicit mercedem dandam ex Justitia commutatiua, etiamsi sit meritum propter obsequia facta in seruitium suae Communitatis, nam D. Thomas 2a. 2ae. q. 61. art. 4. ad 3.

Dir. q. si Alicui, qui Caesari servivisset, tribueret aliquid pro servitio impenso non esset hoc distributiva Iustitia, sed Commutativa - Meritum ergo hominis in ordine ad Deum non respicit mercedem dandam per Iustitiam commutativam, sed per distributivam, et ex hac parte cadit a perfecta ratione meriti, quae invenitur in merito inter homines; nam Ius commutativum est magis rigorosum, quam distributivum.

Non tamen sufficit, quia ratio D. Thomae fundatur in eo, q. Iustitia solum est inter aequales personas, et similiter Ius simpliciter. Ex quo infert, q. inter Deum, et hominem nequit esse Iustitia et Ius simpliciter; sed non datur inter Patrem, et filium; Dominum, et Servum, et sicut inter istos datur solum Ius secundum quid, etiam inter Deum, et hominem datur Ius secundum quid, ac proinde solum datur meritum secundum quid; quae ratio pariter excludit Iustitiam, et Ius, tam Commutativum, quam distributivum, quamvis magis excludat Ius commutativum, quia est magis rigorosum. Tum etiam quia in Humanis dantur simpliciter merita, quae solum remunerantur per Iustitiam distributivam; ut patet in meritis studentium in ordine ad Cathedras, officia, et beneficia, quae Conferuntur per Iustitiam distributivam: ergo praecise ex hoc capite non excluderet D. Thomas meritum in ordine ad Deum a ratione meriti simpliciter.

Nec similiter sufficit dicere; q. D. Thomas negans meritum simpliciter in ordine ad Deum loquitur de homine non constituto in gratia; nec supposita promissione, et pacto dandi gloriam; nam supposita gratia, et promissione Dei art. 3. Concedit meritum de Condigno gloriae, q. est meritum simpliciter. — Non tamen sufficit quia D. Thomas excludit meritum, et Ius simpliciter, quia inter Deum, et hominem non datur aequalitas, quoad Ius, et Dominium, nam totum q. est homo est sub dominio, et potestate Dei; sed haec ratio pariter currit in homine Iustificato, etiam supposita promissione, et pacto dandi gloriam; nam toto hoc supposito, Iustus non habet aequalitatem cum Deo, quoad Ius, et Dominium; nam ut dicitur Ecclesiastes 9. Iusti, et sapientes, et opera eorum in manu Dei. - ergo D. Thomas in homine Iusto, etiam supposito pacto, et promissione negat meritum simpliciter in ordine ad Deum -

Præterquam quòd D. Thom. in hoc arto non loquitur de potestate absoluta, sed de lege ordinaria et rebus ut nunc inquirit; an homo possit aliquid mereri à Deo: ut si peteret homo mereri simpliciter à Deo, supposita gratia, et promissione, qua de facto datur; respondet D. Thom. quod homo potest mereri simpliciter, quamvis requiratur gratia, et promissio.

R. quod aliqui Thomistæ difficultatem aliquam passi, dixerunt cum Capreolo, et Vazquez, quod D. Thom. in hoc arto mutavit sententiam negando in Deo esse justitiam distributivam simpliciter quam concesserat in libris sententiarum et 1. contra Gent. cap. 93 quæ solutio non est admirenda, quia etiam 1. p. q. 21. art. 1. concedit Deo justitiam distributivam, et in sententiis; ubi ipsam concedit, eam asserit, quod docet in hoc arto, scilicet quod inter Deum, et creaturam, Patrem, et filium, Dominum, et servum non est justitia; aut jus simpliciter. Locis citatis in tabula, verbo Justitia n. 90. et facile componitur, quod inter Deum, et homines non datur justitia simpliciter, et tamen quod inter Deum, et homines datur justitia distributiva simpliciter. 1. attendendo ad doctrinam supra datam ex D. Thom. in 1. dist. 4. q. 1. art. 1. quod scilicet nomen imponitur ab eo, quod est quasi differentia constitutiva rei, et non ex ratione generis, et ita contingit, quod aliquando nomen generis convenit Deo non vero nomen speciei, quia ratio differentialis dicit imperfectionem, non vero ratio generica; ut Deus dicitur substantia, non vero corpus; et aliquando nomen generis non convenit Deo, ipsi tamen convenit nomen speciei, quia ratio generis dicit imperfectionem, non vero ratio differentialis, et specifica, ut Deo convenit scientia, et virtus, non vero habitus, dispositio, et qualitas. Diximus 2. quod justitia comparatur ut genus ad justitiam distributivam, et hæc ratio generica justitiæ, ut sit complete, et simpliciter talis dicit imperfectionem; nam dicit æqualitatem inter personas, quæ est imperfectio Deo repugnans in ordine ad creaturas, et ita justitia complete, et simpliciter sumpta non convenit Deo; sed solum justitia secundum quid respiciens jus paternum, et dominativum; ratio vero differentialis justitiæ distributivæ ex proprio conceptu non dicit aliquam imperfectionem, sed solum distributionem inter plures secundum dignitatem, et conditionem ipsarum, in quo distinguitur

A Commutativam, quae dicitur imperfectionem in sua conceptu dicit; et ita Justitia distributiva simpliciter Deo convenit, quamvis Deo non conveniat ratione contra Justitia simpliciter; nam Justitia distributiva quamvis apparenter sit terminus complexus, propter pariatem nominum, accipitur ut terminus incomplexus compositae figurae significans quandam speciem Justitiae.

2.° et facilius Respondetur quod divisionem Justitiae stricte respicientis jus simpliciter in Commutativam, et distributivam accommodat etiam D. Thomas Justitiae respicienti jus paternum, et dominativum, nam etiam hanc Justitiam dividit in Commutativam, et distributivam; cum hac tamen differentia, quia haec Justitia non dicitur Commutativa proprie, sed solum similitudinarie, et quoad aliquem modum; quia commutativa simpliciter, et proprie talis requirit aequalitatem Arimethicam inter datum, et acceptum; et inter dantem, et accipientem; quoad dominium bonorum, quae aequalitas dari non potest inter Patrem, et filium; Dominum, et Servum, Deum, et Creaturas, sed tamen aliquis modus Justitiae commutativae salvari potest, in quantum filius tribuit Patri secundum modum suum; et Pater dedit secundum modum suum, ut loco aequalitatis quantitatis sumatur aequalitas proportionis; quae aequalitas proportionis invenitur inter Deum, et Creaturam in quantum uterque operatur secundum modum suum, et ita se habet Deus dans ad suam superabundantiam, et Creatura ad id, quod competit ei secundum suam paupertatem; ut explicat D. Thomas in 4.° dist. 46 q. 1. art. 1. quaest. 1. et sumpta Justitia Commutativa in hoc sensu docet D. Thomas 3. p. q. 85. art. 3 poenitentiam esse speciem Justitiae commutativae, non quidem commutativae, quae dividit Justitiam simpliciter respicientem Jus politicum, et simpliciter tale, sed Commutativae dividentis Justitiam alio modo sumptam, quae respicit Jus paternum, et dominativum, nam homo satisfaciens Deo per poenitentiam non ponit aequalitatem rei ad rem inter offensam, et satisfactionem; sed quandam aequalitatem proportionis, in quantum poenitens facit, quod potest ad satisfaciendum Deo pro offensa; ratio vero Justitia distributiva vere, et propria applicatur Justitiae respicienti Jus paternum, et dominativum, quia Justitia distributiva non requirit aequalitatem quantitatis, sed proportionis inter plures personas, quibus bona distribuit secundum

ipsorum dignitatem, et ne ratio Iustitiae distributivae Deo proprie conveniat, in quantum tribuit unicuique proportionabiliter ad suam exigentiam, et dignitatem per quod fit solutio Argumenti, quia D. Thomas non concedit Deo Iustitiam distributivam quae dividit Iustitiam simpliciter respicientem Ius simpliciter, sed solum concedit distributivam dividentem Iustitiam minus rigorosam, quae respicit Ius paternum, et dominativum, quae a D. Thoma in 2°. dist. 44 q. 1. art. 1. appellatur Iustitia specialis contra sumpta, et haec Iustitia distributiva non est Iustitia simpliciter talis, nec respicit Ius simpliciter: Unde non sequitur, quod inter Deum, et hominem detur Ius simpliciter, et meritum simpliciter tale; quamvis detur meritum verum, et proprie tale, oppositum merito metaphorico, et improprio.

Dubium 1um. An ad meritum Gloriae requiratur divina Ordinatio, pactum, aut promissio dandi Gloriam?

Divinam ordinationem ad meritum requiri, omnes fatentur cum D. Thoma in hoc articulo, quia homo per meritum ordinatur ad consecutionem praemij: et tamen ordo rerum provenit a divina sapientia, et providentia omnia ordinante ad consecutionem finis — sed quia nomen divinae ordinationis plures significationes habet, plures etiam sunt Theologorum sententiae in designando hanc divinam ordinationem ad meritum requisitam, et modo supponimus contra Scotistas, et Nominales divinam ordinationem non tribuere formaliter valorem et dignitatem meriti, de quo agendum est art. 3. et ita solum loquimur de divina ordinatione requisita ad meritum per modum conditionis, aut causae efficientis extrinsecae —.

Prima ordinatio divina est, quae provenit ex decreto efficaci, et absoluto dandi hominibus merita ad consecutionem gloriae, quae idem est ac praedestinatio-

S. Sane ordinationem non esse requisitam ad meritum, Universi Theologi fatentur; quia in reprobis existentibus in gratia dantur vera merita gloriae absque hac ordinatione praedestinationis.

2a. Ordinatio est imbibita in Voluntate conferendi gratiam, tamquam principium bonorum operum; et conferendi ipsa bona opera; cum enim gratia ex natura rei ordinetur per bona opera ad Consequutionem Vitae Aeternae; ut ad finem proprium; et ultimum; consentit ipsa Collatio gratiae; et bonorum operum Ordinat Eam ad Consequendam Vitam aeternam, et Sane ordinationem Sufficere ad meritum tenet Sic, et arto 3o. Omnis Caiet, Magister Soto lib. 3 de natura, et gratia cap. 8. Avarisiensis de gratia Christi fol. 400. et fol. 766. Vazquez disp. 214. cap. 8. - Lorca, Meratius, et alii; cum hac tamen differentia; quod praedicti Thomistae asserunt: in bonis operibus gratiae, supposita hac ordinatione esse Verum Jus, ratione cuius est debita corona gloriae ex Justitia distributiva - Vazquez vero et Sequaces non recognoscunt in meritis Verum Jus ad Coronam gloriae; Sed Suppositis bonis operibus; dicunt resultare in Deo debitam Condecentiam; ut tribuat coronam gloriae ex gratitudine; quam Sententiam etiam tenet hic Contr. 4 punct. 1. Oviedo addens: quod Ultra hanc ordinationem requiritur ad meritum; quod in Deo non sit decretum, quo positive decreverit antea ad elicientiam actus praemium illi denegare, cassumque eliciatur; nam si accedat Decretum de praemio, intuitu illius ~~[illegible]~~ actus; non Conferendo actus non erit meritorius, et propterea Anima Separata, et ornata gratia in purgatorio, vel in sinu Abrahae, vel in Caelo existens non meretur, quia Deus antea decrevit non dare praemium pro operibus Animae Separatae - et similiter christus non meruit Daemonum reparationem, quia antea ad Christi opera decreverat Deus nullo modo Daemones liberare intuitu operum Christi Domini.

3a. Ordinatio est, quae provenit ex divina Voluntate dandi gratiam non Solum ut principium boni operis, Sed etiam ut principium merendi; nam potest Deus facere quod in homine sit gratia ut principium bonorum operum, absque eo quod ut principium merendi, Sicut gratia est in Animabus Purgatorii; et Sane ordinationem requiri, et Sufficere ad meritum

Tenent Mag. Serra, et Gonet, et Vidar. Dni Caietani opusculo de fide et operibus cap. 6. tom. 3. opusc. 11.

4.ª Ordinatio ē, quæ provenit ñ solū ex decreto dandi gratiā et bona opera, sᵈ etiā ex decreto conditionato dandi præmiū gloriæ bene operantibus, et perseverantibus usque in finē; ex vi cuius ordinationis manet Deus decratus, et obligatus ad dandā Coronā gloriæ; nec ipsā pōt denegare impleta conditione, etiā de pōa absoluta, propter immutabilitatē sui decreti, et hanc ordinationē requiri, et sufficere ad meritū tenet Mag. Martinez dub. 5 cit. hanc ordinationē appelans pactū implicitū; et in re tenent Mag. Serra, et Gonet, et Vidar. D. Thō in hoc arto ad 3.ᵘ ubi requirit divinā ordinationē, rōe cuius Deus efficiatʳ debitor, ñ nobis, sᵈ sibi, in quātū debitū ē, ut sua ordinatio impleatʳ; Deus autē efficitʳ debitor per decretū efficax, et conditionatū dandi gloriā benemeritis, si perseveraverint usque in finē.

5.ª Ordinatio ē divina promissio, et pactū dandi benemeritis gloriā per modū Coronæ, si perseveraverint usque in finē; nā ut ait D. Thō 2.ª 2.ª q. 88 art. 1. ipsa promissio ē ordinatio promissi ad promissariū, et econverso, et hanc ordinationē divinā ēē ad meritū nārīā tenent Medina, Conradus, Belarminus, Suarez, Monterzinos, Lorca, Arauxo, et alij; cū hac tñ differentia, q.ᵈ Belarminus, et Suarez, et alij requirentes ad meritū, q. in Deo sit debitū dandi præmiū per iustitiā Commutativā, debito cto ex iure Creaturæ, cū hāc in doctrina asserunt ad meritū requiri pactū, et promissionē Dei, quia Deus nequit obligari, aut constitui debitor ex iure Creaturæ, nisi supposito pacto, et promissione Dei. Lorca v.º, Arauxo, et Monterzinos, qui dicunt meritū pertinere ad materiā gratitudinis, et respicere Antydoralē remunerationē, incoherʳ loquuntʳ exigentes pactū, et promissionē Dei ad meritū; quia ut ait D. Thō 2.2 quæst. 106 art. 1. ad 2.ᵘ retributio proportionalis pertinet ad Iustitiā Commutativā

Q

Quando attenditur secundum debitum legale, quia, si pacto firmetur, ut tantum pro tanto retribuatur; secundo ad virtutem gratiæ, seu gratitudinis pertinet retributio quæ fit ex solo debito honestatis, quam scilicet, aliquis sponte facit: Unde et gratitudo est minus grata, si sit coacta, ut Seneca dicit: Unde si merito redditur præmium, debitum ex promissione, et pacto; talis retributio pertinet ad virtutem justitiæ, et extrahitur a materia gratitudinis; et ideo retributio antidoralis pacto; aut promissione firmata in mutuo; aut resignatione beneficii Ecclesiastici caret Symoniæ, et usuræ; quia pertinet ad virtutem justitiæ, eo ipso quod pacto firmetur.

Secundo observandum est, quod aliud est pertinere ad meritum sufficere divinam ordinationem imbibitam in ipsa collatione gratiæ, et operis sufficienter condigni attenta præsenti providentia, qua Deus perfecte gubernat genus humanum — aliud vero loquendo absolute, quamvis deficerent cætera, quæ pertinent ad præsentem providentiam; et in primo sensu in quo videtur loqui D. Thomas hic, et in 4° dist. 46 q. 1 art. 2 quæstiuncula 1 ad 2um certum est, quod ad meritum sufficit ordinatio divina imbibita in ipsa collatione gratiæ, et bonorum operum; nam in præsenti providentia includuntur omnes ordinationes supra numeratæ, quia ad divinam providentiam pertinet homines dirigere ad finem naturalem, et supernaturalem per leges, ut probat D. Thomas 3. contra Gent. cap. 114 et ut leges observentur etiam pertinet ad divinam providentiam proponere præmia, et supplicia, per quæ homines moveantur ad observandas leges, et ad vitandam ipsarum transgressionem, quod etiam probat D. Thomas 3. contra Gent. cap. 140. et hæc propositio præmii et supplicii dicit pactum; et promissionem dandi præmium; ad quod consequitur, quod Deus ut supremus legislator judicat homines bene, et male operantes, et tamquam judex supremus tribuat præmia et supplicia, ut ait D. Thomas 1. 2æ q. 21 art. 4. — et in 4° dist. 47 q. 1 art. 1 quæstiuncula 1 et ita supposita hac providentia, eo ipso quod Deus homini viatori conferat gratiam, et auxilia homo bene operatur.

talis operatio erit meritoria. Ut̄ quaestio procedit in 2° sensu ad inquirendum de[m] eius meriti; quia debet esse eadem in quacumque providentia, et statu, etiamsi Deus non vellet remunerare bona opera iustorum, nec proponeret praemia, aut supplicia bene, et male operantibus, an, scilicet, in tali casu bona operatio elicita à gratia esset meritoria praecise per ordinationem divinam imbibitam in ipsa collatione gratiae.

Prima CC° Proponitur, et probatur.

1a. CC°. ad meritum non sufficit ordinatio divina imbibita in collatione gratiae, et boni operis, cum negatione decreti positivi de praemio non conferendo, sed ulterius requiritur decretum positivum conferendi praemium sub conditione boni operis, et perseverantiae finalis — et ratio est: quia meritum essentialiter respicit praemium ut futurum sub conditione, sed ad praemium sub conditione futurum essentialiter requiritur decretum divinum conditionatum dandi tale praemium; nam ut diximus in tractatu de scientia Dei effectus, qui à solo Deo potest provenire constituitur in ratione futuri conditionati per decretum conditionatum divinae voluntatis: Ut̄ cum praemium gloria sit effectus proprius Dei nequit intelligi ut futurum sub conditione, nisi ratione decreti, quo decernitur libera voluntas Dei ad ipsum sub conditione conferendum: ergo ad meritum non sufficit decretum, aut ordinatio divina dandi gratiam, et bona opera cum negatione decreti de praemio non conferendo; sed ulterius requiritur decretum positivum de praemio conferendo sub conditione. — maior autem probatur: quia meritum existens non respicit praemium ut pure possibile, sed ut futurum, et consequendum à praemiante; quia meritum est motus tendens ad praemium consequendum, et quilibet motus tendit ad suum terminum, non solum ut consequibile, sed ut consequendum Ut̄ spes; quae dicit animi erectionem, et motum conatum ad finem consequendum non respicit obiectum ut pure possibile, sed ut futurum, et consequendum: Ut̄ facta alicui revelatione suae damnationis non potest gloriam sperare; quia talis gloria non potest ipsi proponi, ut futura et consequenda per aliqua media; meritum autem respicit praemium, quod est obiectum spei, et ita-

Præmiu[m] n[on] ē bonu[m] præcise, ut pure possibile, s[ed] ut aliquomo[do] futuru[m], et Consequendu[m], ut obj[ectu]m specificu[m] Spei in Ra[tion]e; q[uia] obj[ectu]m Spei debet ēē futuru[m] in apprehensione, et Judicio sperantis; et ideo in casu prædicto Deo sperare n[on] pot[est] — cuius r[ati]o meriti ē præmiu[m] in re sub conditione futuru[m]; et ita in casu prædicto Deo posset mereri gloria[m], quia eni[m] facta prædicta revelatione manet ut futura in re sub conditione, quamvis absolute n[on] sit futura.

Confir[mat]ur. Quia meritu[m] inducit Jus, et debitu[m] recipiendi præmiu[m], s[ed] Jus, et debitu[m] n[on] ē in ordine ad bonu[m] pure p[ossi]b[i]le, s[ed] ad bonu[m] Consequendu[m], et habendu[m]; n[e]q[ue] Jus, et debitu[m] n[on] solu[m] dicit p[otenti]am indifferente[m], ut possit subj[ectu]m recipere, l[vel] n[on] recipere debitu[m] bonu[m], s[ed] potestate[m] determinata[m], et inclinata[m] potius ad recipiendu[m], qu[a]m ad n[on] recipiendu[m] bonu[m] debitu[m]; alias homo haberet Jus, et debitu[m] recipiendi o[mn]ia bona possibilia, quæ pot[est] habere, et n[on] habere, n[e]q[ue] homi absque ullo merito Convenit potestas, aut p[otenti]a indifferens ad recipiendu[m], l[vel] n[on] recipiendu[m] gloria[m]: q[uia] meritu[m] respicit præmiu[m] gloriæ n[on] ut pure p[ossi]b[i]le, s[ed] ut futuru[m] sub conditione, Ex n[on] determinatione libera Divinæ Voluntatis dandi præmiu[m] bene meritis, si perseveraverint usque in fine[m].

Dices, quod ipsa gratia, et eius opera sufficienter constituunt gloria[m] futura[m], ut sit præmiu[m] bonoru[m] operu[m], quia gratia ē ca[us]a gloriæ, n[on] pure indifferens, s[ed] determinate inclinans ad gloriæ consecutione[m], cu[m] sit semen gloriæ, et fons aquæ salientis in vita[m] æterna[m]: Unde ut aliqui effectus d[icuntu]r futuri p[er] ordine[m] ad ca[us]as 2[a]s, quamvis n[on] d[icantu]r simplicit[er] futuri per ordine[m] ad ca[us]a[m] 1[a]; ut pt in Prophetia Comminationis, ita gloria ē futura in vi gratiæ, et bonoru[m] operu[m], quamvis n[on] sit simplicit[er] futura per ordine[m] ad Decretu[m] Dei.

S[ed] Contra ē, quia licet gratia constituat gloria[m], ut futura[m] per modu[m] hæreditatis, n[on] t[ame]n ut futura[m] per modu[m] præmii, et Coronæ, et s[ecundu]m gradu[m] intensionis, qui n[on] Correspondent r[ati]one gratiæ, s[ed] meriti; s[ed] meritu[m] n[on] respicit gloria[m] ut hæreditate[m], s[ed] ut præmiu[m], et Corona[m]: q[uia] n[on] sufficit gratia ut p[ri]u[m] boni operis ad Constituendu[m] ut futuru[m] præmiu[m] meritoru[m], s[ed] ulterius requirit[ur] Divinu[m] decretu[m] dandi præmiu[m] — mai[or] p[ro]b[atu]r. q[uia] licet gratia, quatenus Justos constituit filios, et hæredes Dei tribuat Jus ad hæreditate[m] gloriæ, t[ame]n r[ati]one sui n[on] tribuit Jus ad gloria[m] per modu[m] Coronæ; nam

Gratia per suas operationes praecisse adquirit Soc. Jesu; cum inveniatur gratia cum bonis operibus absque Jure ad gloriam per modum Coronae; ut fit in Aliabus separatis, et ut plures probabiliter dicunt in Enoch et Elia; et Aiae Puerorum, quae dimisso peccato originali descenderunt in Sinum Abrahae, et ibi per innumeros annos detenta sunt; quae plurima opera exercuerunt, et solum consecuta sunt gloriam per modum haereditatis: Ergo gratia ex natura rei cum suis bonis operibus indifferens est ad consequendam, vel non consequendam gloriam per modum Coronae: Ergo gratia cum bonis operibus nequit constituere Coronam gloriae; ut fiunt etiam attenta finitione sui inclinationem causarum 2arum sed ad eius finitionem requiritur decretum conditionatum dandi gloriam per modum Coronae.

Praeterquam quod Doctores Sententiarum concedentes in Deo fatentur Voluntatem antecedentem, et decretum conditionatum ex parte obiecti dandi gloriam benemeritis; Voluntas dandi gloriam tam per modum haereditatis; quam per modum Coronae debet praecedere decretum dandi gratiam, et merita, quia prior est Voluntas finis, quam mediorum; quae ratione electio praedestinatorum ad gloriam ut Coronam, fuit ante praevisa merita, ut dicemus in tractatu de praedestinatione: Ergo cum gratia, et merita sint media in ordine ad gloriam, consequenter ante decretum dandi gratiam, et merita debet recognosci in Deo Voluntas antecedens, aut decretum conditionatum dandi gloriam; a qua Voluntate et decreto, gloria denominabitur futura antea ad decretum dandi gratiam, ut prius meriti; atque inde ratio finitionis praemii non debet desumi ex gratia, et meritis, sed potius gratia, et merita debent supponere Coronam gloriae, ut fiunt sub conditione ex hoc ordinationis 1ae Causae.

Dices 2o. Quod eo ipso quod Justus per gratiam efficiat opera digna gloria resultat in Deo debitum morale bonitatis dandi gloriam ex gratitudine, ratione cuius terminatur divina Voluntas ad dandam Coronam gloriae; et ratione sui denominationis Coronae

gloriae

Gloria continuetur sufficienter futura sub conditione; ut se habeat tanquam terminus Meriti.

Sed contra est; quia ut supra satis probatum est, quod Justus bene operando non exhibet Deo aliquod beneficium; nec resultat in Deo aliquod debitum morale remunerandi bona opera ex gratitudine; sed adhuc suppositis bonis operibus Justorum manet Deus omnino indifferens ad ipsa remuneranda; vel non remuneranda; proinde gloria per modum Coronae permanet in statu purae possibilitatis; et omnino indifferens ad fore; vel non fore; ut patet in bonis operibus Animarum existentium in sinu Abrahae; in Purgatorio; et in Caelo; quae non sunt minoris bonitatis, et sanctitatis laudabilis; quam operationes Justorum existentium in Via, et tamen talia opera nullum causant in Deo debitum morale gratitudinis ad ipsa remuneranda.

Dices 3. quia ordinatio divina inclusa in collatione gratiae; quae datur Viatori, sufficit ad meritum; et ad continendum praemium futurum sub conditione; quamvis non sufficiat collatio gratiae, quae datur existenti extra Viam.

Haec solutio verum continet doctrinam, insufficientem tamen ad solutionem argumenti, ob terminum quaestionis: Verum enim est, quod ordinatio divina inclusa in gratia collata Viatori, sufficit, ut gratiae operationes sint meritoriae, nam in hac ordinatione includitur decretum dandi praemium sub conditione; quia status Viatoris provenit ex divina Providentia de facto existente, quae includit voluntatem imponendi leges; proponendi praemia; et supplicia, et judicandi mundum; et ita includit voluntatem conditionatam dandi praemium pro merito: Caeterum hoc non est ad propositum quaestionis; in qua non loquimur attenta, et supposita hac Providentia, in qua etiam includitur promissio, et pactum. Quod enim homo sit in statu Viatoris idem est, ac esse in statu; in quo se moveat; et currat per meritum ad consequendum bravium, et coronam

gloriæ, et ita inquirere quid requiratur ad meritum idem est, ac inquirere, quid requiratur ad statum viatoris, in quo gratiæ operationes sint meritoriæ, et ita manet integra disputatio sub alijs verbis proposita, an, scilicet ut homo sit in statu viatoris requiratur promissio, et pactum dandi præmium ipsi, si bene per gratiam ambulaverit, et non defecerit in via, et eodem vitio laborant, asserentes sufficere ad meritum ordinationem divinam, inclusam in voluntate dandi gratiam, ut prius meriti; hoc enim verissimum est, aliàs frustrari posset voluntas Dei efficax dandi operibus gratiæ rationem meriti, sed est insufficienter dictum; quia etiam dici potest, quod promissio, et pactum includuntur in collatione gratiæ, ut est prius meriti, et ita manet eadem difficultas.

Dicunt Varzquez, Torrez, et Maratius, quod status viatoris non provenit ex ordinatione extrinseca Dei; sed ex ipsa rei natura; quia homo ex natura rei est in statu viatoris, dum non est in termino beatitudinis, aut damnationis, et est in statu agonis, et pugnæ, quia potest tentari ab aliquo inimico, quamvis non requiratur ad statum viatoris, quod possit vinci ab inimicis, et quia beati et damnati sunt in termino, et animæ purgatorij, et sinus Abrahæ non sunt in statu pugnæ, et agonis, cum non possint tentari ab inimicis, sunt extra statum viæ, Adam verò in statu innocentiæ fuit in statu pugnæ, et similiter Christus Dominus, et Beatissima Virgo cum fuerint à dæmone tentati; et Christus Dominus, et Beatissima Virgo difficultatem patiebantur in bonis operibus propter corporis gravitatem et infirmitatem.

Sed hæc solutio solum reddit quandam rationem congruentiæ, ob quam Deus ordinaverit, quod status viatoris esset, dum homo non est in termino; et est in statu pugnæ et agonis; caret non probat; quod ille status proveniat ex natura rei, non verò ex ordinatione extrinseca Dei, nam Deus ordinare potuit, quod homo in carne mortali; et in statu pugnæ existens non esset in statu viatoris, et quod nihil mereretur per bona opera gratiæ; sed quòd talia opera deservirent ad conservandam gratiam, et vitandum peccata, vincendo tentationes, ut homo consequatur

Gloriæ, ut beatitatis, quã amitteret, mortaliter peccando. quod enim Deus hoc ita ordinaret, nullam contradictionem involvit; Sed in tali casu, sed non esset in statu viatoris; et eius bona opera non essent meritoria coronæ gloriæ; non propter defectum intrinseci valoris, et condignitatis; Sed propter defectum præmij; et mercedis â Deo statutæ propter talia opera.

2.° Quia similiter potuit Deus ordinare, Animas purgatorij, Sinus Abrahæ; et etiam Beatorum esse in statu viatorum ad merendum augmentum gratiæ, et gloriæ, cum potuerit promittere tale augmentum propter bona opera ipsarum; quia etiam in hoc nulla est implicatio. Dicere autem; quod etiam si Deus promitteret conferre augmentum gratiæ, et gloriæ propter bona opera istarum Animarum, adhuc talia opera non essent meritoria; quia non essent opera viatoris, est ridiculum: quia tunc Animæ essent in statu viatorum in ordine ad illud præmium, quamvis non essent in tali statu, in ordine ad aliud. Tum etiam quia meritum dicitur correlative ad mercedem, et præmium, et in tali casu illud augmentum gratiæ, et gloriæ promissum, et datum â Deo propter bona opera Animæ separatæ, vere haberet rationem mercedis, et præmij juxta illud ad Rom. 4. ei, qui operatur: merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum et ad Rom. 11. si autem gratia, iam non ex operibus; alioquin gratia, iam non est gratia. Ergo illud augmentum non haberet rationem gratiæ, sed mercedis: ergo etiam illa opera, quibus condigne redderetur tale augmentum vere haberent rationem meriti.

Nec obstat; quod prædictæ Animæ non patiantur tentationes, quas vincere: tentationes non semper requiruntur ad meritum; Sed iusti merentur per omnia bona opera; etiam cum nulla urgentur tentatione: vide D. Thomam in 2.° dist. 29. q. 1. art 4 ad 2.um ait: nec tamen est de ratione meriti certamen contra aliquem impugnantem; quia sic in Angelis meritum non inveniremus, Sed de necessitate meriti est certamen; quo quis contendit apprehendere aliquid, quod supra se est, secundum quod aliquis, quasi viribus suis luctatur: et de hoc certamine explicat illud Apostoli 2.a ad Thimot. 2 cap.

Non coronabitur, nisi, qui legitimè certaverit. et certè in Animabus Purgatorii dilatio spei, et acerbitas pœnarum quamvis ab hoste non proveniat, et ita formaliter non sit pugna; materialiter tamen urgentissima tentatio est contra patientiam; sic etiam christus Dominus propter dolores, quos pro nobis sustinuit, dicitur ad Heb. 4. cap. tentatus per omnia pro similitudine absque peccato

Idem etiam dicendum est de peccatis Dæmonum, et damnatorum; nam potuit Deus disponere pœnam, aut eius augmentum pro peccatis, quæ Dæmones, et damnati quotidie committunt in illo statu, iuxta illud Psalmi 73 Superbia eorum, qui te oderunt, ascendit semper. et tunc Dæmones, et damnati per talia peccata pœnam mererentur, et essent in statu Viatorum, in ordine ad illud augmentum pœnæ, et consequenter status Viatoris formaliter dependeat ex Voluntate, et ordinatione divina, quamvis ex natura rei adsit aliqua congruentia ad designandum statum Viatoris, dum homo existit in carne passibili absque Beatitudine corporis, aut sine æterna damnatione, et dum est in statu pugnæ, et belli.

2°. probatur Conclusio quia de essentiali ratione meriti est tribuere ius, et debitum recipiendi præmium, sed homo iustus bene operando non adquirit ius, aut debitum recipiendi à Deo præmium, nisi adveniente ordinatione Dei: ergo hæc ordinatio simpliciter requiritur ad meritum. minor probatur, nam bona opera iustorum sunt dona Dei, sub eius dominio existentia, sed homo per id, quod habet à Deo donante, et retinente dominium non adquirit ius morale, et debitum recipiendi aliquid amplius à Deo, tanquam præmium; nam recipere unum donum non tribuit ius ad recipiendum aliud, nisi interveniat gratuita ordinatio donantis. Vide Trident. sess. 6. cap 16. maxime commendat divinam largitatem, et bonitatem Dei dicentem Cælestino Papa in epistola ad Episcopos Galliæ

tam-

Tanta ē erga hōies bonitas Dei; Ut nostra velit ēē merita, quæ sūt ipsius dona; et pro hijs, quæ largitus ē æterna præmia sit donaturus. Vᵉ. Specialis ē gratia Dei, q̄ nrā velit ēē merita, quæ ab ipso nobis donant͏ᵣ. ḡ. Soō Iustus bene operando ñ acquirit Ius, aut debitū recipiendi præmij, nisi interveniente gratuita ordinatione Dei.

2ᵒ. ꝓᵇ͏ʳ min: quia bona opera nec possunt tribuere Ius, aut debitū recipiendi præmij ex Iustitia absque ordinatione divina; imo Ut fatet͏ᵣ. Vazquez etiā supposito pacto, et promissione Dei, quia oēs nrā operationes permanent sub dominio Supremo Dei: nec possunt bona opera causare Ius, aut debitū recipiendi præmij ex gratitudine, etiā admisso, q̄ sit gratitudo in Deo; nā Ut Beneficiarius possit per gratiarū actionē inducere debitū morale gratitudinis in suo benefactore, debet in gratiarū actionē tribuere plus, quā acceperit; nā si retribuit minus, aut æquale ñ resultat in benefactore debitū morale tribuendi aliquid Amplius ex gratitudine, Ut supra diximus ex D.Thō 2ᵃ. 2ᵃᵉ. q. 106 art. 6. S. Soō Iustus nequit Deo tribuere, plusquā ā Deo acceperit, imo neque æquale, nā totū q̄ pōt tribuere Sēt ā Deo accepit: Ut 1. Paralipom. ultō dicit͏ᵣ: Quæ de manu tua accepimus, reddimus tibi: ḡ. Seclusa gratuita ordinatione Dei ex bonis operibus Iustorū nullū resultat Ius, aut debitū morale accipiendi aliqd. præmij ā Deo, S. Deus posset acceptare talia opera, tanquā sibi debita titulo Supremi dominij, et Benefactoris, et Patris, et ultimi finis; nolendo pro ipsis concedere aliquā retributionē.

Proponuntur, et Solvuntur Argumenta.

Arguit͏ᵣ. 1ᵒ. quia etiā gratia habitualis ē donū Dei, et tamen per ipsā tribuit͏ᵣ Iusti Ius, et debitū recipiendi hæreditatē gloriæ, cū Iustos faciat

Filios Dei; et si filij, et hæredes Ut dicit ad Rom. 8 q. enim si bona opera Justo: ty sint dona Dei, tribuant Jus; et debitum recipiendi Coronæ gloriæ absque alia ordinatione Dei. Pbr. Con. quia sicut Justus per gratiam Constituitur dignus hæreditate glo: riæ, Ut ait D. Thom. q. 27. de Verit. art. 1. ita enim Justus per bona opera Constituitur dignus Corona gloriæ; quam dignitatem non habet Justorum ex divina ordinatione, aut acceptatione Superaddita; Ut modo supponimus.

Rñ. Quod enim gratia non tribuit Jus, aut debitum recipiendi hæreditatem gloriæ absque ordinatione divina Superaddita, et si Deus de potentia absoluta Justo in gratia perseveranti, in perpetuum gloriam denegaret, talis Justus esset filius Dei, non tamen hæres; et Apostolus dicens: Si filij, et hæredes Loquitur. Secundum præsentem providentiam, et ordinationem; nam absoluta, illa non esset bona conseq; sciebat Apostolus dicens ad Galat 4. non enim erit hæres filius Ancillæ cum filio Liberæ; itaquod fratres non sumus Ancillæ filij, sed Liberæ; qua Libertate christus nos Liberavit – et Judicum 11 dicitur: Jephte hæres in domo Patris nostri esse non poterit; quia de ancilla natus est – Jus enim hæreditatis non procedit ex gratione, aut filiatione ex natura rei, sed dependenter à Legibus; alias quas plures sunt filij, qui hæredes non sunt: Unde Jus hæreditatis gloriæ à Legale proveniens à Lege; et ordinatione divina: Unde Licet concedatur, quod Deus de potentia absoluta potest denegare gloriam in perpetuum Justo filio suo, pleno bonis operibus, Ut concedit D. Thom. in 4°. dist. 46 q. 1. art. 2 quæstiunc. 2 in Corpore, et ad 3. quia semper est Supremus Dominus, non tamen potest concedi, quod Deus de potentia absoluta possit negare gloriam Suo hæredi, aut gloriæ benemerito; quia Ut ait Apostolus 2a. ad Thimot. 2 cap. fidelis permanet, seipsum negare non potest – et Ut ait D. Thom. ibi: Deus seipsum negaret, si Creaturæ non Conferret, quod ei debetur. Secundum suam dispositionem. et Jus, aut debitum gloriæ, Ut hæreditatis; et Ut Coronæ provenit ex Lege; aut dispositione divina;

Cor

Contra quā Deus agere n̄ pōt. Aliqui vº voē Juris, et debiti hæreditariæ glo-
riæ existimant n̄ intelligi debitū legale; sᵗ connaalis exigentia, quā gratia est
priū radicale videndi Deū; et prīo radicali debetur, vt aliquando reducatur ad
actū; et quia Deus pōt agere contra exigentiā connaalē rerū; ideo coenter asserunt:
qᵈ Deus suis filijs, et hæredibus pōt de pōa absoluta negare gloriā in æternū; qᵃ
ē Dominus supremus; de quo videatur Illᵐᵘˢ Godoy utrō Argūto disp.ᵈ 52 de adop-
tione christi à n. 135. quo admisso facile ē concedere ant, et negare Coraꝫ;
quia Jus meritorij n̄ solū ē connaalis exigentia, sᵗ Jus, et debitū legale pro-
veniens ex ordinatione diuina, et Deus contra hoc debitū agere n̄ pōt; aliàs ēēt
injustus: Vº Glossa ad Rom. 5 ait: Deus recipit eū, qui ad se confugit; aliter
ēēt in eo iniquitas. Quæ verba exponens D. Thōs 1. 2ª. q 112 art 3 ad 1ᵘᵐ
ait: qᵈ glossa loquitur de illo, qui confugit ad Deū per actū meritoriū liberi arbitrij,
per gratiā informati; quē si n̄ reciperet ēēt contra Justitiā, quā ipse statuit. Vª
ad Jus meritorij requiritur statutū, et ordinatio Dei; et quia ad meritū n̄ sufficit
condignitas absque Jure, et debito legali, coenter ultra condignitatē intrinsecā
operis, requiritur ordinatio diuina; ad dignitatē vº voē hæreditariæ gloriæ su-
fficit debitū connaalitatis, ad quod sufficit gratia, et ordinatio diuina inclusa
in eius collatione.

2º Arguitur quia ex ipso, qᵈ hōo per gratiā sit eleuatus ad
ordinē supernaālē per suas operationes à gratia elicitas, tendit ad consequen-
dū à Deo gloriā, vt propriū finē, sᵗ per opperationes, quibus hōo se mouet ad
consequendū ab aliō suū finē, vere meretur talē finē, et talis finis vere habet
roē mercedis; qᵈ hōo Justus per sua opera vere meretur vitā æternā, tanquā mer-
cedē, et coronā gloriæ independenter ab aliā ordinatione superaddita gratiæ

et eius operibus. mai. è certa; quia Ut docet D. Thõs 1. 2ae. q. 4. art. 2. quamvis Omne agens agat propter finem proprium; tn Solius è tendere ad finem, Ut se agens, et movens ad finem suum consequendum: Ve Sõs elevatus per gratiam ad finem supnalis Beatitudinis per Operationes gratiae debet se movere ad supnalem Beatitudinem consequendam: Ve D. Thõs 1. 2ae. q. 5. art. 7. ait: quod solius Dei proprium è; q. ad Beatitudinem n. moveatur per aliquam operationem praecedentem; cum autem Beatitudo excedat naturam Creatam, nulla pura Creatura Convenienter Beatitudinem consequitur absque motu operationis, per quam tendit in ipsam - et ideo ait quaest. 6 in proemio — min. etiam Videtur D. Thõs dicta q. 5. art. 7. ng ibi ait: q. Sões consequuntur Beatitudinem multiplicibus operationibus, quae merita dicuntur - et meritum nil aliud èe videtur; quam quaedam Via; et tendentia ad praemium, Ut finem consequendum - 2o. quia illud bonum; quod aliquis ab alio Consequitur per suum laborem, et opera dicitur merces; quamvis nulla promissio, ordinatio; aut pactum de illo Conferendo praecesserit: Ve de Hypocritis orantibus, et largientibus elemosinam; Ut honorentur, et laudentur ab Sõibus, dixit Christus Dominus Mathaei 6. id enim receperunt mercedem suam; quia Consequuti sunt finem, quem suis operibus Consequi intendebant, de quo tn Conferendo, nulla praecesserat ordinatio, pactum, aut promissio; S. merces, et meritum dicuntur Correlative: q. operationes, quibus Sõs se movet ad Consequendum ab alio finem intentum Vere Sunt vera merita.

R. n. min.; cuius falsitas apparet in operibus Animarum Sinus Abrahae, et Purgatorii, quibus se movebant ad Cõendum a Deo Beatitudinem; et tn illa opera n. erant meritoria — et ad Ve. probe R. q. D. Thõs Loquitur de facto in praesenti providentia; in qua è ordinatio divina dandi praemium, et meritum; n. è quomodocumque Via; et tendentia ad praemium; S. Via cribus ens ius ad Cõendum aliquod debitum operibus; et si n. eet divina ordinatio Sõmines

Sunt

Iustificari per bona opera tenderent ad gloriam non debitam ipsis operibus, tamquam Coronam, et praemium; sed debitam gratiæ per modum haereditatis, sicut contingit in praedictis Abbatibus — — Ad 2.um Resp. quod honor, et laus hypocritarum dicitur merces apparentes, sicut opera ipsorum sunt bona solum apparenter; in re tamen laus, et honor non debentur ipsorum operibus; et ita non est propriè merces ipsorum; sed laus, et honor est praemium virtutis, et iustis debentur debito legali ex iustitia distributiva: unde in exhibitione honoris potest esse acceptio personarum opposita iustitiæ distributivæ, ut ait D. Thomas 2.a 2.æ quaestione 63. art. 3.

3.° Arguitur. Ex ipso quod actus sit malus, moraliter poenam meretur absque ordinatione extrinseca Dei, aut poenæ comminatione, nam ratione sui est laesio iuris divini; et inducit obligationem satisfaciendi, aut satisfaciendi; ut inaequalitas injustitiæ reducatur ad aequalitatem; et cum Peccator non possit satisfacere pro peccato; consequenter ratione peccati manet reus, et obligatus ad subeundam poenam; sed ita se habet peccatum ad merendum poenam; sicut actus bonus ad merendum praemium: ergo etiam actus bonus secundum se erit meritorius gloriæ, aut praemij absque Divina ordinatione.

Resp. negando maiorem nam etiam peccatum non meretur poenam, nisi supposita Lege, et ordinatione divina: unde peccata damnatorum non merentur poenam, quia Deus non ordinavit ipsa ad poenam; quamvis talia peccata ex se digna sint poena infinita: sicut etiam homo ratione peccati dignus erat poena infinita, et etiam annihilatione, ut ait D. Thomas in 4.° distinctione 46 q. 2. art. 2 quaestiuncula 1.a ad 4.um de facto tamen peccator non meretur poenam infinitam, aut annihilationem; quia Deus ordinavit, quod poena corresponderet peccato, quantum ad inordinationem actus, non vero quantum ad gravitatem infinitam desumptam ex persona offensa ut ait D. Thomas ibi quaestione 4. art. 3 ad 6.um

2.º pot negari minor, et redditur disparitas ex D. Thoma in 4.º dist. 45 q. 4. art 3 quaestiun. 5. ad 1.m q.a scilicet meritum est, cui iure debetur praemium; et independenter ab ordinatione divina actus bonus nequit facere in Sore debitum recipiendi aliquid à Deo; quia ad hoc requirebatur, quod aliquid amplius Deo tribueret, quam ab eo acceperit, sed opus malum ex quantitate sua malitiae, sine aequivalenti poenam meretur, quia ex parte Dei non sunt nobis aliqua mala facta, sed bona, et ita Deum offendere est, Deum malum pro bono retribuere, quod ex se gravissimam poenam meretur. Ut inaequalitas reducatur ad aequalitatem.

Et etiam alia disparitas, quia praemium est finis meriti, et finis non movet, nisi ut futurum, et consequendum, et ita requiritur divina ordinatio constituens praemium ut futurum et consequendum; poena vero non est finis peccati; nullus enim peccat, ut puniatur, sed poena est effectus sequens ad peccatum; et ex ipso peccato inquam ex causa sat sufficientem punitionem independenter ab ordinationibus extrinseca Dei; ut ponit tract. de merito culpae; et ideo in prophetia comminationis praedicitur poena, ut futura ex vi exigentiae peccatorum, quamvis non sit futura absoluta; ut patet in subversione Civitatis Ninive; ut explicat D. Thomas 2.a 2.ae q. 171. art 6. ad 2.m

Et si dicas: quod gloria est proprius effectus Dei; ita etiam poena aeterna: ergo sicut futuritio gloriae debet primo provenire a divina voluntate et 2.º à bonis operibus, ita etiam futuritio poenae debet 1.º provenire à divina voluntate et 2.º ab Sore peccante.

R. quod corona gloriae est bonum per se independenter à meritis praevisis; poena vero est bonum occasionatum ex peccato: unde Deus elegit Sores ad gloriae coronam ante praevisa merita; sed non ordinavit Sores ad poenam ante praevisa peccata; ut dicemus in tract. de praedestinatione: unde futuritio gloriae à divina ordinatione debet incipere: futuritio vero poenae ab exigentia peccatorum.

4.º Arguitur. Meritum condignum in eo consistit, quod sit aequale

Cu praemio; S.o actus bonus sit sane aequalitate cu praemio independenter ab ordinatione divina; quia supponimus, q. divina ordinatio n. tribuit valorem, et dignitatem operibus; S.o totus valor, et dignitas actus sumitur ex obiecto, et circumstantiis; et dignitate operantis: ergo actus a gratia procedens e meritorius independenter a divina ordinatione.

R.o q. ad meritum condignum n. sufficit aequalitas cu praemio, quam exhibent actus aliae separatae, et iustificatae cu gloria, et opera christi Domini cu redemptione daemonum; S.o ulterius requiritur ius, et debitum consequendi praemium; et ad hoc ius, et debitum legale requiritur lex, aut ordinatio divina dandi praemium; licet n. requiratur propter aequalitatem.

S. Contra obijcies: etiam nulla supposita ordinatione divina posset Deus intuitu bonorum operum Sti iustificati tribuere ipsi aliquod bonum, sive gratiae, sive gloriae, cur enim independenter ab ordinatione, et promissione n. potuisset Deus libere facere id, q. necessario supposita ordinatione, et promissione praestare — cu divina ordinatio, et promissio valorem actus n. constituat, nec augeat; S. tunc talis actus a Deo remuneratus absque ulla ordinatione, et promissione praecedente vere esset meritorius, et bonum collatum intuitu talis actus vere haberet rationem praemii: ergo absque ullo iure ex parte actus, et obligatione ex parte remunerandi, ex parte Dei salvatur vera ratio meriti — min. pbr. Quia talis actus intuitu cuius Deus tribueret aliquod bonum, haberet aliquam causalitatem in tale bonum, datum dependenter ab ipso; S. talis causalitas esset meritoria, nam causaret movendo voluntatem divinam propter honestatem, et valorem actus ad bonum conferendum intuitu illius, et quatenus e ex parte actus, eodem prorsus modo, ac si causaret, supposita obligatione ex parte Dei, et connexione inter actum, et praemium; et si n. e de ratione causae phisicae causantis connexione cu effectu, ut patet in causa libera, sic nec de ratione causae moralis, quae e causa meritoria, vel praemii: ergo.

Et Confirmari pōt Quia Ut supra diximus, cū D. Thā in 2. dist. 27. q. 1. art. 5 ad 4. in Iustitia distributiva n̄ requirit ratio debiti ex parte eius, qui distribuit; pōt enim ex liberalitate aliqua distribuere, in quorum tn̄ distributione Iustitia exigitur. sm̄ quod diversis gradus eorum gradus exigit proporcionabiliter tribuit. — quod ibi confirmavimus exemplo Ducis distribuentis Spolia, sibi attinentia, et Praemiantis Poetas sm̄ ipsorum merita absque ulla obligatione, propter devotionem erga Sanctum Laudatum à Poetis: g. similiter si Iusti bene per gratiam operarentur, nulla supposita ordinatione, et promissione Dei; Deus tn̄ intuitu talium operum tribueret ipsis aliqua bona, servata proportione ad ipsorum dignitatem; tale bonum haberet rōnem praemij, et talia opera Vera haberent rōnem meriti, pertinentis ad mag. Iustitiae distributivae, absque ulla ordinatione et promissione praecedente.

Rf. sm̄ Solutionem datam; et ad Replicam Rf. 1. neg. maiorem q. meritum supernale, de quo loquimur supponit fidem; quia Ut dicitur ad Heb. 11 sine fide impossibile ē placere Deo. et fides debet supponere divinam ordinationem de remunerandis bonis operibus Iustorum; nam Ut ibi dicitur: accedentem ad Deum oportet Credere, quia ē, et quod inquirentibus se, remuneratorē — et fides horum articulorum explicita necessaria fuit oī tempore, et quoad omnes, ad Iustificationem, et meritum; Ut ait D. Thās ~~[illegible]~~ 2. 2ae q. 2. art 8 ad 1. — et quod movet Voluntatem ad Credendum potius fidem Christianam; quam alias Sectas ē appetitus boni repromissi in Lege christi, Ut ait D. Thās q. 14 de Verit. art 2 ad 10. et quia fidei ē Sperandarum substantia rerum; ergo spes praemij consequendi debet supponi ad meritum; licet n̄ requiratur spes actualis ad meritum, cū sco mereatur bene operando ex charitate; quamvis n̄ operetur propter spem retributionis; spes tn̄ habitualis requiritur, quae innititur Divinae ordinationi nobis revelatae

Ve. impoba ē; q. divina ordinatio remunerandi bona opera Iustorum
n antecedat ipsa; aut quòd sufficiat ad meritum ordinatio divina subsequens;
Ut inconsiderate dixerunt Ripalda; et Oviedo.

2.º R. Admitendo quòd possit Deus remunerare aliquo
dono opus bonum hoīs Iusti factum absque pravia ordinatione Dei in ordine ad præmium; et
tunc distguendum ē; nam dupliciter posset Deus remunerare tale opus bonum 1.º tanquam Iustus
Iudex attendendo ad dignitatem personarum, et operum; ut supra diximus de eo; qui post
pravisa poemata valet tanquam Iudex remunerare Poetas, et sic eo ipso; q. Deus velet
tanquam Iudex præmiare bonum opus pravisum anter ad ordinationem ad præmium; resultaret
in ipso opere bono verum Ius ad præmium, et fieret meritorium q. prius meritorium n erat, nam
Ut tale opus ēēt meritorium, solum ipsi deficiebat præmium ut fieret, ex vi ordinatio
nis. Ve. posita fixatione præmij per decretum remunerandi bonum opus per modum Iusti
Iudicis; in opere bono resultaret Ius; et ordo ad præmium conferendum ā Iusto Iudice;
et ita fieret meritorium; q. anter meritorium n erat —— 2.º posset Deus velle re-
munerare prædictum opus bonum; n ut Iudex, s. ut amicus liberalis, et misericors;
et tunc tale opus n ēēt meritorium de condigno remunerationis; s. solum de congruo;
et donum pro ipso collatum n ēēt vera merces, et præmium; s. donum gratuitum, et amica-
bile ē præmium sm quid; ĝmuis tale opus bonum seruet condignitatem, et æqualitatem cum
præmio; quia n seruat Ius Iustitiæ ad ipsum. Ut cum Deus eximie Iustis intuitu suorum
operum tribuit gratias gratis datas miraculorum; sanitatis, et Prophetiæ, quæ ipsis ā
Deo conferuntur tanquam dona amicabilia intuitu bonorum operum, quæ Iusti faciunt ex
amicitia in obsequium Dei; et tn Iusti n merentur huiusmodi gratias de condigno;
s. solum de congruo; q. quidem n provenit ex eo; q. opera Iustorum n seruant æqualem con-
dignitatem cum gratia gratis data; cum seruant condignitatem ad augmentum gratiæ sancti-
ficantis, et ad gloriam, quæ superant omnes gratias gratis datas; s. ideo talia

Opera n. ss. Condigne meritoria gratiæ grati datæ, quia n. fundant ius Iusti-
tiæ ad tale præmiu Conferendu à Deo, Ut Iusto Iudice, eoquod Deus n. disposuit,
nec ordinauit, et idem dicendum esset si prævisis bonis operibus Aiæ in Purgato-
rio Existentis; Deus postea Vellet intuitu talium operum dare ipsi aliq. gloriæ aug-
mentum, n. Ut Iustus Iudex, s.d Ut amicus liberalis, et misericors; nam talia opera
Solum essent meritoria de Congruo augmenti gloriæ. = Per quod patet ad Replicam
et ad Confirm. Arguti, et falsum est, q. sit de roe causæ phisicæ, et liberæ in actu
1.o n. è connexio cum effectu futuro, ita de roe causæ moralis, quæ è meritum, n. sit
Connexio cum suo effectu futuro sub conditione; quia meritum n. è causa ex se indi-
ferens ad Consequendum, l. n. consequendum præmium; s.d debitè dicit ordinem ad
præmium consequendum, sub conditione perseverantiæ finalis, et quia præmium è finis
meriti, et prius ipso ordine intentionis, antea ad meritum prævium debet in intentione
præcedere præmium, Ut finem sub conditione ex vi divinæ ordinationis, et antea
ad hanc ordinationem actus, quamvis bonus, n. erit meritorius.

Denique objiciunt: Quia Ut Unus homo mereatur apud alium
Sufficit, q. operetur in commodum, et obsequium ipsius, ipso consentiente, l. n. contradicente;
nam si homo Pauper, qui solet opera sua locare laborat in Vinea alicuius Domino
Consentiente, et Vidente, aut n. contradicente, Verè meretur mercedem suam, quamvis nulla
Ordinatio, promissio, aut pactum de mercede Conferenda præcesserit: ergo à fortiori me-
rebitur homo Iustus operando, et laborando in gloriam, et obsequium Dei, ipso Deo præci-
piente, aut Consulente, quamvis nulla ordinatio, promissio, aut pactum præcesserit.

Confirmatur: quia si talis ordinatio, et promissio deberet præcedere
meritum, etiam deberet revelari Iustis, et esse nota ipsis, Ut possent Voluntariè mereri
præmium præordinatum, aut promissum; q. tn. è falsum, nam Iusti cum ignorantia præmii po-
ssint ipsum mereri, nam Iusti ignorantes merentur augmentum phisicum gratiæ, et charitatis

qui

Quod tn ignorant, et n Soly apud Soies rudes, et ignorantes, sd etiā apud Sanctos Patres Vult Vazquez; quod fuerit invincibilis ignorantia possibilitatis Divina Visionis, qua tn Meruerunt.

Confirr. 2° quia Ut dicemus in tracta de Scia Dei à Deo excludemus decreta condinonata, in quibus Deus praevideat futura sub condinone: q. ad meritū nequit èē requisitū decretū condinonatū dandi coronā gloria bene operantibus, si perseveraverint Usque in finē, et coent' nequit èē requisita ordinatio condinonalis dandi praemij.

Rx neg. cōq quia Unus hoō n è Dnus Voluntatis, et operanonis alterius Sois; et ita eo ipso q. Unus operat. in commodū, et obsequiū alterius, resultat in altero debitū remunerandi talia servitia, et obsequia, l. ex Justitia, l. ex amicitia, l. ex gratitudine; nā Soc dictat ipsa Lex naālis; Si tn contingeret, q. Soō operans in commodū, et obsequiū alterius, ita èēt ab ipso beneficiatus, Ut suis obsequijs n posset reddere aequivalens benefitijs acceptis; nihil de novo mereret. deficiente pacto, aut promissione, sd Solū conservaret amicitiā, et benevolentiā benefactoris. Deus autē è supremus Dominus. Voluntatis, et operanonis Suitoris; et Suis aequivalens Deo redere n poss. pro acceptis benefitijs; et ita ex nulla Lege, aut Sonestate resultat in Deo debitū remunerandi bona opera Suitoris, nisi ipse se Voluerit obligare sua ordinatione, promissione, aut pacto.

Ad 1. Confir Rx Revelationē divina ordinanonis depraemio conferendo èē naāriā ad meritū, cū ad ipsū requirat. fides Dei remuneratoris, et glorificatoris; fides Uo. explicita praemij intermedij, quale è augmentū gratia, et charitatis; aut praemij consequti ad Vitā aeternā; quale è gaudiū accidentale n è simpliciter necessaria ad meritū; et qmuis concedat. Suitori ignorare invincibiliter q. gloria, et Vita aeterna includat Visionē clarā Dei, adhuc tn requireret. fides saltem implicita possibilitatis divina Visionis; quae fides implicita compatitur cū ignorantia, et errore materiali de possibilite. divina Visionis.

Ad 2. Rx q. in tracta de Scia, negavimus decreta ab'ura

Ex parte Subti; et conditionata ex parte obti; Concedoramus tñ decreta Conditionata Ex parte Subti; quæ Virtualitr. includuntr. in decretis abluti, et efficacibus divinæ Voluntatis, et huiusmodi ē decretū dandi præmiū benemeritis usque in finē perseverantibus; nā hoc decretū Virtualitr. includitr. in decreto promitendi oībus gloriā, si perseveraverint, et in decreto Judicandi Vivos, et Mortuos, et in decreto dandi Coronā gloriæ prædestinatis, quia ipsi meruerunt, et perseveraverunt usque in finē. Ex quibus Decretis recte infertr.; q. si Judas perseverasset usque in finē, Deus decrevisset, dare ipsi Coronā gloriæ, qd ē decretū conditionatū ex parte Subti, Virtualitr. inclusū in decretis abluti.

2a. CCo. Proponitur; et Probatur.

2a. CCo. ad meritū n̄ requiritr. promissio, aut pactū dandi præmiū; sed sufficit revelatio divinæ ordinationis, aut propositi, de remunerandis bonis operibus Justorū. Hæc CCo. solū indiget explicatione, pro quo sciendū ē; q. divina ordinatio; aut propositū remunerandi bona opera Justorū, si in gratiâ perseveraverint, dupliciter pôt nobis manifestari, aut revelari; 1o. per simplicē enuntiationē, significantē divinū propositū de remunerandis bonis operibus Justorū. 2o. per promissionē prædictæ remunerationis, quia promissio, nisi sit ficta procedit ex proposito faciendi, aut dandi promissū, ut ait D. Thōs 2a. 2æ. qe. 88. art. 1. et promissio cadit supra simplicē manifestationē propositi; Voluntatē se obligandi per promissionē ad aliqd. dandū, vel efficiendū; quæ Voluntas se obligandi requiritr. ad Votū; nā ad ipsū n̄ sufficit bonū propositū, et eius manifestatio; sed ulterius requiritr. animus promitendi, et se obligandi per promissionē Deo factā. Durandus autē in 2o. dist. 28 qe. 4. n. 15 existimavit; Deū n̄ vere promisisse cū Volunte. se obligandi ad dandū gloriā pro bonis operibus Justorū; et ita promissio divina in Sacris Scripturis n̄ sonat in aliquā obligationē; sed explicat, et insinuat merā dispositionē liberalitatis divinæ, et ita

Exponit illud Jacobi 1.º *Accipiet Coronam Vitæ, quam repromisit Deus diligentibus se* — et ad Tit. 1.º *Sub Spe Vitæ æternæ, quam promisit, qui non mentitur.* 5

Quæ sententia dupliciter potest intelligi; 1.º ita Ut Deus promittendo non possit se obligare Sanctis, tribuendo ipsis Jus, a quo Deus maneat obligatus, et constituatur debitor non Sanctis; et sic intellecta Vera est; nam Ut ait D. Thomas 2.a 2.æ q.æ 80. art. 1. ad 3.um inferiori non est aliquis obligatus, in quantum est inferior; Homo autem sub quavis consideratione est Deo inferior; et ita Deus nequit modo dicto esse Sanctis obligatus, Ut supra satis late ostendimus; — 2.º ita Ut Deus promittendo non possit se obligare ad dandam suam gloriam; ita Ut obligatio, et debitum non procedat ex Jure creaturæ justitiæ; Sed præcise ex Voluntate ipsius Dei; et in hoc sensu est rejicienda; quia promissio, quæ non obligat promittentem non est Vera, et propria promissio; et Verba Sacræ scripturæ in sensu proprio intelligenda sunt, quando nullum sequitur inconveniens; Ut in præsenti non sequitur; nam quod Deus Velit promittere, et Velit se obligare promissione ad dandam gloriam benemerentibus, nullam dicit imperfectionem; quia hæc obligatio non provenit ab extrinseco, Sed adæquate, et præcise ab intrinseco ex Vi propriæ Voluntatis; quæ obligatio nullam dicit imperfectionem; ergo Deus ex Vi sui decreti efficacis, et revelationis dandi gloriam maneat obligatus, et necessitatus ad dandam gloriam ratione suæ immutabilitatis, et Veracitatis.

Cæterum licet de facto Deus Vere promiserit modo dicto dare præmium pro meritis; potuisset tamen absque Vera promissione revelare suum propositum dandi tale præmium; quæ revelatio æquivalenter est promissio, nam habet firmitatem, et infallibilitatem ex immutabilitate Divinæ Voluntatis, et ex summa Veracitate; qua tenetur Deus dare, aut facere, quod semel dicit se daturum, aut facturum; et ita hæc revelatio sine se est sufficiens ad fundandam certissimam fidem, et Spem de præmio, bonis operibus conferendo; quia tamen Deus solet revelare effectus, Ut futuros, 1. præcise sub inclinatione causarum Secundarum, qui sæpius non eveniunt

Ut pt in Prophetia comminationis. Vel Ut futuros sm decreti et Concilii Dei, ad firmandum hoies in fide, et spe futurae retributionis, et Ut cognant esse infallibiliter futurum sm Concilium; et Decretum Dei; Deus revelat hoc decretum per promissionem, et ipsum Juramentum Confirat; nam Ut advertit D. Thoas ad Heb. 3 lect. 2. et cap. 6. Lect. 4 Vbi promissio Dei cum Juramento e prophetia praedestinationis, et omnino infallibilis. Verum quia eo aliis prius pot revelare hoibus se daturum infallibiliter praemium, et ita ipsos certificare de infallibilitate futuri revelati, sola Divina revelatio absque stricta promissione sufficeret ad certissimam fidem, et spem futurae retributionis.

Similiter dicimus: quod divina revelatio ordinationis, et decreti Divini efficacis dandi praemium benemerentibus, si perseveraverint usque in finem sufficit ad meritum absque rigorosa promissione, aut pacto. Ratio e: quia illa ordinatio Divina sufficit ad meritum; quae sufficit, Ut Justus certo credat, et speret, se praemium consequuturum, si bene operet, et perseverat usque in finem; nam Justus per charitatem bene operans sm hanc fidem, et spem infallibiliter consequetur remunerationem bonorum operum a Deo datam, et nobis revelatam; nam Ut dicit ad Rom. 5. Spes autem non confundit, idest non deficit, nisi ei deficiat hoo; ille enim dicitur ab spe sua confundi; qui deficit ab eo, quod sperat, quod non contingit in spe divina Psalmo 30 in te Dne speravi, non confundar in aeternum; et Eclesiastici 2 nullus speravit in Deo, et confusus e Ut ibi Lect. 1. explicat D. Thoas, sed ad fidem, et spem futurae retributionis sufficit revelatio Divini Decreti, et ordinationis praedictae, ergo etiam sufficit ad meritum.

Confirmatur: quia ad meritum condignum sufficit aequalitas cum praemio, et Jus, et debitum recipiendi tale praemium, si hoo perseveraverit, sed opera elicita a gratia habent rone sui aequalitatem, et condignitatem cum gloria independenter a Divina ordinatione, Ut modo supponimus, et rone praedictae ordinationis, et Decreti divini

Nobis revelari, resultat in bonis operibus gratia verum ius morale, et debitum Consequendi infallibiliter remunerationem; cum in praedictis operibus resultet infallibilis Connexio cum praemio, si perseveraverint usque in finem: ergo haec ordinatio, et revelatio divina sufficit ad meritum, absque rigoroso pacto, et promissione.

Si dicas: quod in tali casu non esset in bonis operibus ius ad gloriam ut tribuendam ex iustitia per modum Coronae, sed praecise, ut tribuendam ex amicitia, liberalitate, aut gratitudine; quia ut bona opera fundent ius iustitiae ad Coronam gloriae, requiritur promissio, et pactum, nam ut ait D. Thomas 2. 2ae q. 106. art. 1. ad 2um Retributio proportionalis pertinet ad Iustitiam commutativam, quando attenditur secundum debitum legale; puta, si pacto firmetur ut tantum pro tanto retribuatur. Et cum in tali casu non esset promissio, aut pactum dandi gloriam pro bonis operibus; Consequenter bona opera non fundarent ius iustitiae ad Coronam gloriae, nec in homine esset fides, aut spes de retributione gloriae ut Coronae iustitiae; quamvis esset fides, et spes de consecutione gloriae, ut est donum procedens ex amicitia, liberalitate, aut gratitudine divina in ordine ad iustos.

Contra est; quia in homine non est meritum iustitiae Commutativae in ordine ad Deum, ut supra ostendimus, et ita quamvis pactum, et promissio requireretur ad meritum, et ad fundandum ius iustitiae commutativae, ut ait D. Thomas verbis relatis, ex hoc non sequitur quod promissio, aut pactum sit necessarium ad meritum hominis in ordine ad Deum.

2.° Quia ad meritum remunerandum ex iustitia distributiva non requiritur pactum, aut promissio, ut patet in provisione Cathedrarum, officiorum, et Beneficiorum: ergo in talibus meritis invenitur ius iustitiae distributivae ad praemium absque promissione, aut pacto, sed sufficit ordinatio, aut lex de distribuendo praemio, sed meritum hominis est remunerandum a Deo ex iustitia distributiva: ergo ut tale meritum fundet ius ad Coronam gloriae non requiritur promissio, aut pactum, sed sufficit voluntas, et ordinatio divina de praemio conferendo, quae habet ius legis divinae Providentiae.

3.° Quia nos Loquimur de ordinatione, et Decreto, quo disposuit Deus dare gloriam non quomodocumque, sed dare ipsam ut Iustus Iudex, attenta dignitate personarum, et proportione meritorum, sed posita hac ordinatione, nobis revelata in hoc esse fidei, et spes consequendi gloriam Conferendam ex Iustitia distributiva, quae residet in Supremo Iudice. et similiter in hoc ratione bonorum operum esse ius ad gloriam, ut coronam, a Iusto Iudice reddendam; nam supposita hac ordinatione Divina, Deus esset acceptor personarum, contra Iustitiam distributivam, quam ipse statuit, si benemerentibus gloriam non tribueret: ergo hac ordinatio nobis revelata sufficit ad meritum hoc in ordine ad Deum, independenter a promissione, et pacto.

Et si Dicas cum Belarmino, Vazquez, et Aliis, quod in Iustitia distributiva non solet exigi pactum, aut promissio, saltem expressa, quando Princeps distribuit bona Communia; exigitur tamen quando propria bona distribuit. ut cum ad Certamen bravium sponte proponit, neque enim debetur velocius currenti certum praemium, nisi promissio, pactumque praecesserit; Deus igitur qui non distribuit bona Communia, sed propria sine dubio non tenetur praemia reddere laborantibus, nisi quia ratione Se antea promisit.

Resp. Quod distribuens sive bona propria, sive communia distribuat, si velit distribuere, non ut Dominus, sed ut Iudex, attenta proportione personarum et meritorum, exercet actum Iustitiae distributivae; ut supra diximus, quia per voluntatem remunerandi, tamquam iustus Iudex, bona propria facit communia dividendo proportionabiliter inter plures, et potest peccare per acceptionem personarum contra Iustitiam distributivam; ad bravium autem proprie tale requiritur spes ipsum consequendi. D. Paulus illud: sic currite ut Comprehendatis; haec autem spes certa esse non potest inter homines, nisi praecedat Regis promissio; quia licet ex alio capite constaret de voluntate Regis tribuendi Bravium velocius currenti, quia tamen voluntas Regis ipsum non obligat, et ipsam mutare potest; hac notitia voluntatis

Reg

Regis non sufficit ad fundandum spem bravii; sed ulterius requiritur Regis promissio: in Deo vero est diversa ratio; quia eius voluntas est immutabilis, et eius veritas est infallibilis, et ita revelatio divinae voluntatis est sufficiens ad fundandum firmissimam spem, et fiduciam consequendi bravii; quamvis non praecedat Divina promissio.

Arguitur contra CC.em Occurritur.

Arguitur 1.o Quia meritum de condigno solum apud Deum est meritum Justitiae; ita ut Justus aliquod Dei jus ratione operis sui ad praemium adquirat. Ut illud 2.a ad Thimot. 4. reposita est mihi Corona Justitiae, quam reddet mihi &c. — Sed hoc meritum, ut tale sit, requirit Divinam promissionem sub conditione talis operis. ergo talis promissio ad tale meritum necessaria est — Min. prob. 1.o in illis verbis Christi Domini Math. 20 nonne ex denario diurno convenisti mecum? tolle quod tuum est, et vade — Ubi totam rationem meriti, et Justitiae inter laborem; et mercedem posuit Christus Dominus in conventione; quae est idem; quod pactum seu promissio sub conditione laboris.

2. prob. min. ex D. Aug.no Ser. 16 de verbis Apostoli. Ubi tractans: an hoc possit dicere de Deo: redde mihi prius dicit nos ex nobis non habemus. Ut hac voce exigamus, Deum debitorem et statim adjungit: illo modo possumus exigere Dominum nostrum, ut dicamus; redde, quod promisisti, quia fecimus, quod jussisti: Unde nisi praecedat promissio, nullum est jus meritorium ad exigendum a Deo praemium.

3. prob. Ex Concilio Senonensi in decretis fidei cap. 16 dicente: Justitiam nostrorum meritorum non fundari in absoluta condignitate nostrorum operum; sed magis in liberali, et gratuita promissione Dei; qua conventione facta de denario diurno misit operarios in vineam suam — et ferè idem sentit Concilium Moguntinum, cap. 8. quatenus utramque conditionem; condignitatem scilicet, et promissionem in nostris meritis considerat ad Justitiam illorum fundandam — et similiter multum favet Tridentinum Sess. 6 Cap. 16. quatenus dixit:

Iusti bene operantibus proponendg ee Vitg aeterng tanqg mercedg, ea ipsius Dei promissione bonis ipsorg operibus, et meritis fideliter reddendg. Ubi ad declarandg rationg meriti, et mercedis promissiong interposuit, et statim adjungit: Sae e enim illa corona Iustitiae &c.

4° probr. ng meritg de Iustitia, sit dat ius merenti, ita constituit debitorg illg apud quem meretur, quia illa relatio e reciproca; repugnaret enim me habere Ius Iustitiae in alterum, nisi alius ad illud sui reddendg mihi obligetur. Unde merito dixit Apostolus ad Rom. 4. ei, qui operatur, merces n imputatur sm gratiam, sed sm debitg - q. q. redditur ut merces, debitg e; sit qui ex Iustitia meretur, facit sibi debitg praemig: q. ab aliquo facit debitg, sed n ab alio, nisi ab illo apud quem, quis meretur; quia meritg per se n dicit relationg ad aliud: q. meritg Iustitiae: q. meritg Iustitiae apud Deg, ipsg constituit debitorg, et ita sine ulla haesitatione loquitur S. Cyprianus Lib. de opere, et eleemosina in fine, dicens: inter alia, qui meretur, ipsg Iudicem, Deg computat debitorg - et D. Augustinus in Psalm. 83. in fine ait: indulgentia donabit Corong reddat; donator e indulgentia, debitor Corona. - Et ipsa ponderat Paulg dicendo: quam reddet mihi Dominus, profiteri se habere Deg debitorg, ng quid tibi reddet, nisi quid tibi debetur? - et similia Sct. trac. 3 in Ioann.. et D. Fulgentius in praefatione Librorg ad Monymg - et D. Bern. de gratia, et lib. arbitrio. et D. Chrysostomus Hom. 3 in Matthaeg - Sed n pot intelligi ex parte Dei tale debitg, nisi eius promissio praecesserit, cg ipse sit Supremus omnium Dominus, et ideo a nemine possit obligari, nisi ipse velit, et ideo dixit D. Augustinus Ser. 16 de Verbis Apostoli de Deo loquens: debitor factus e n aliquid a nobis accipiendo, sed quod ei placuit promittendo: q. meritg requirit promissiong.

Confirmatur. ng aliquis nisi constituitur debitor alterius accipiendo

Vel promittendo; S. Deus n. pot constitui debitor noster accipiendo: q. soly pot fieri debitor promittendo; aut ex suppositione promissionis — mai supponit D. Augnus Ut notg ex dictis; qmvis mr. Sotas; etig solo constituat. debitor ex injusta actione, q. in Deo locy n. sit, et ideo sufficientissime D. Augnus de Deo loquens og ratione debiti in illa duo membra distinxit — min autg pbr. ab Augno ibidg dicente: quod dedimus Deo, quando toty q. sumus, et quod habemus boni ab illo habemus — nihilq ei dedimus; n. e. quqadmody ista voce celgamus debitoreg Dey; maxime, dicente Apostolo: quis prior dedit ei, aut quis retribuat illi? — Ex supremo q. dominio Dei optime pbat. nemineg posse facere Dey debitoreg esse; et ex efficatia sua actionis, aut obsequij, per quod aliquid Deo conferat; cy toty hoc sit magis ipsius Dei, qug creaturæ, et quatenus creatura e. sit a Deo acceptg; et multis titulis illi debity, et coent. si aliquomodo pot creatura habere debitoreg Dey; necessario debet supponi eius promissio.

R. Quod merity hois in ordine ad Dey e. merity Justitiæ, n. commutativæ; S. distributivæ; et ad tale merity n. requirit. stricta Dei promissio, S. sufficit divina ordinatio nobis revelata de præmio nobis conferendo sub conditione; et ita concessa mai in hoc sensu; no min — et ad 1g, 2g, et 3g pbg R; probare ad merity de facto, et sm præsenteg providentig, requiri divinag promissioneg, perqug nobis revelat. divina ordinatio, et propositg conferendi præmiy, q. nos concedimus; ng testimonia Sacræ Scripturæ, Sanctoy Patry, et Concilioy loquunt. de facto, et sm præsenteg providentig, n. vo. casu quo Deus n. promisisset præmiy; S. soly revelasset, se illud daturg, de quo nos loquimur in hac quæstione.

Ad 4g. pbg no mai; quia ut sæpius dicty e., merity hois nequit constituere Dey debitoreg, obligatg ad redendy præmiy; quia hoc dicit imperfectioneg, Deo repugnantg; S. merity præcise constituit debitg mercedg redendg a Deo, n. ut debitore fralit. ex vi meritoy; S. præcise ut debitore ex vi suæ ordinationis nobis revelatæ: itemg hæreditas gloriæ e. debita filijs Dei; Deus tn. n. constituit. debitor fralit. a Jure filioy suoy

S. gratiose constituit debitor per suā ordinationē et similr. pœna æterna mortalit. peccantibus; et tn Deus n. ē debitor infligendi talē pœnā; nisi gratiosè ex vi suæ ordinationis: Vel. Jus, aut reatus tribuens alicui debitū recipiendi aliquid alterā n. respicit pro correlativo Deū debitorē; sed rō debitū; aut si respicit Deū debitorē, n. tn ut talē constitutū ā Jure, aut reatu creaturæ; sed ut debitorē constitutū per suā ordinationē. et Sancti Patres numquā dicunt: q. Deus constituatr. debitor ā Jure Creaturæ; sed potius hoc expresse negant, ut supra vidimus; sed solū asserunt, q. Deus constituit debitor per suā ordinationē; et promissionē n. desrando, q. promissio stricta requiratr. ad meritū, etiā de pōa absoluta.

Ad Confirmō nō mai; nec D. Augnus illā divisionē adduxit ut adæquatā; quia absque ulla promissione, et absque eo quod recipiat Deus aliquid ab hoībus ē debitor faciendi, aut dandi, q. decrevit; et revelavit se daturū, et facturū, et ex suppositione q. decrevit judicare hoīes sm ea, quæ gesserunt in corpore mortali tenetr. Deus ex justitia distributiva reddere unicuique sm opera eius, et ex defectu huius divini propositi, et ordinationis, n. vero ex defectu divinæ promissionis procedit, q. aīa Purgatorij n. mereantr. et q. Xpūs Dominus n. meruerit Dæmonū reparationē, nec incarnationē Patris, et Spūs Sancti; quamvis eius meritū fuerit infinitū, et esset sufficiens ad condignè promerendū præmia prædicta.

Ex hoc arguto q. ē totū fundū oppositæ sententiæ infero, q. auctores requirentes pactū, aut promissionē ad meritū gloriæ, n. loquuntr. de promissione rigorosa, sed de promissione late sumpta, ut comprehendit etiā revelationē divini propositi, aut decreti dandi coronā gloriæ benemerentibus, si perseveraverint usque in finē, quia solū requirunt promissionē, roē cuius Deus sit debitor obligatus ad dandū gloriā benemerentibus, q. etiā provenit ā revelatione prædicta, quæ æquivalet ē promissio: Vel. aliqui pro eodē accipiunt promissionē, et legē divinæ Providentiæ;

Supernaalis, quae Lex saepius accipit. pro ordinatione Divinae Providentiae; quamvis non sit promissio; et aliqui expresse dicunt hanc promissionem non inducere contractum, nec requirere mutuum consensum; et alii solum requirunt pactum implicitum; et si promissio accipiatur in hac lata acceptione, ut comprehendit revelationem divini propositi; ferè nulla remanet quaestio, quae celebris facta est contentione theologorum, non intelligentium voces aliorum; nam omnes theologi fatentur quod ad meritum sensus iuris requiritur fides Dei remuneratoris, et glorificatoris saltem implicita; quae fides sive explicita, sive implicita necessario supponit revelationem divini propositi dandi coronam gloriae benemerentibus, et perseverantibus usque in finem: ut si revelatio praedicta appelletur promissio, omnes theologi fatentur ad meritum requiri divinam promissionem; in hoc sensu acceptam; et ita nulla remanet quaestio de re, sed solum de nomine; an scilicet, praedicta revelatio sit appelanda promissio, vel non; nam Vazquez, et alii dicunt: praedictam revelationem non esse promissionem; quia ut revelatio habeat vim promissionis debet fieri à Deo cum animo se obligandi hominibus, et talis promissio debet esse nota hominibus, et ab ipsis explicite credi, et debet ab ipsis acceptari; quia promissio non acceptata non obligat, et homo posset cedere iuri acquisito per meritum; et promissionem divinam ipsi factam; quod non verificatur de divina revelatione dandi praemium, per quam Deus non vellet se obligare hominibus; neque est necessarium, quod talis revelatio sit nota, et explicite credita; neque est necessarium, quod à merente sit acceptata; nec merens potest cedere iuri acquisito per meritum ratione talis revelationis; et consequenter praedicta revelatio non est promissio, nec habet conditiones ipsius.

Econtra vero alii dicunt: contra dictam revelationem Deus voluit se obligare non signare, sed exercite, et ita dicta revelatio aequivalenter est promissio; et promissio, quae fit per legem communem, et universalem non requiritur, quod sit nota omnibus subditis, ut mereantur praemium promissum per legem: nam si per legem, aut Regis edictum sit promissum aliquod praemium militi primo ascendenti murum civitatis obsessae; miles primo ascendens meretur tale praemium quamvis ignorat legem, et eius promissionem – et similiter promissio facta per legem communem non indiget expressa acceptatione, sic nec Lex Divina, et promissio semper praesumitur acceptata

Qmuis ignoret, quia unusquique praesumitur sibi velle adquirere per suum laborem omne bonum, quod potest; et consequenter praesumitur velle praemium promissum suo labori, quamvis ignoret promissionem. Quod autem homo non possit cedere iuri acquisito per meritum ex divina promissione provenit ex lege charitatis erga seipsum, qua obligatur homo ad quaerendum sibi primo regnum Dei, et iustitiam eius, quod pertinet ad bonum animae, et qui renunciaret iuri suorum meritorum peccaret mortaliter contra charitatem; et consequenter amitteret ius meritorum; ius autem meritorum in ordine ad praemium corporale, et temporale potest homo renunciare absque defectu charitatis. Sed tota haec contentio, et controversia tollitur clare asserendo praedictam revelationem esse promissionem aequivalenter, et late sumptam, non vero strictam, et rigorosam; et quod ad meritum non requiritur promissio stricte sumpta; sed in lata acceptione, ut comprehendit etiam praedictam revelationem; an autem praedicta revelatio sit aequivalenter promissio, quae ad fundandam iustitiam commutativam inter Deum praemiantem, et hominem merentem non habet locum in nostra sententia negante iustitiam commutativam in Deo et inter homines, certum est, quod manifestatio, et revelatio propositi remunerandi obsequium sibi exhibendum, si non accedat promissio, et pactum non inducit obligationem iustitiae commutativae. et idem dicimus de Deo comparative ad hominem; de quo supra late diximus.

Dubium 2um.

Quae Conditiones requirantur ad meritum ex parte Actus?

Ad meritum plures conditiones requiruntur. Aliae ex parte Dei, scilicet divina ordinatio, de qua iam dictum est; aliae requiruntur ex parte subiecti, quod scilicet subiectum habeat gratiam, et charitatem; de quibus, et de imperio charitatis requisito ad meritum, infra agemus. aliae vero requiruntur ex parte actus, de quibus in praesenti agimus, et 1a. Conclusio sententia: ad meritum 1o. requiritur, quod sit actus positivus, saltem

In Cōa 2ª, q.ᵈ sit Supernaālis, saltē rōe modi; aut grā – 3.º q.ᵈ sit actus liber. 4.º q.ᵈ sit bonus moraliter – 5.º quōd fiat in gloriā, et obsequiū Dei – 6.º q.ᵈ fiat ab hōie Viatore, qmuis hæc condiō possit reduci ad Conditiones requisitas ex parte sub:ti – S. nihilominus circa istas Conditiones sūt aliquæ quæstiunculæ brebiter expediendæ.

Quæstio Prima

~~Ante omnia~~ Primo enim dubitatur an ad meritū sufficiat pura omissio actus peccaminosi, maxime, quæ ponitur instante, et urgente tentatione ad peccandū? – quæ dificultas solū procedit, admisso, q.ᵈ possit dari pura omissio libera; qua sent.ª supposita. aliqui Moderni ex Ripalda asserunt: purā omissionē liberā posse ēē meritoriā, si hōo sumus libere omitat consensū in peccatū ex motibo honesto supernaāli, et precedente auxilio supnaāli sanctæ Cogitationis, et piæ affectionis subitæ, et indeliberatæ, nā rōe honestatis et supernaālitatis motibi, et auxiliorū sēt pura omissio honestatē, et supernaālitatē ad meritū sufficientē.

Dicendū tñ ē, cū Cōi Theologorū Sent.ª purā omissionē n. posse ēē meritoriā, S. ad meritū nāario requiri actū positivū, et liberū; ita D. Thō. 2ª. 2ªᵉ q. 79. art. 3 ad 4ᵘ. – et in 2.º dist.ᵉ 35. art. 3 ad 4ᵘ. – et in 3 dist.ᵉ 25. q.ᵉ 2. art. 1. quæstiunc.ª 1. et q. 2 de malo art. 1 ad 3ᵘ. et q.ᵉ 1. de Virtutibus art. 1. ad 2ᵘ. q.ᵈ pbatur 1.º quia meritū ē via, seu motus, quo Viator se mobet, et appropinquat ad Patriā, et ad eius præmiū; S. hōo per purā omissionē n. se mobet, nec appropinquat ad Patriā; S. potius quiescit in via, cū pura omissio sit quies, et privatio motus, et ita solū bene operans se mobet in viā; at peccans mortaliter recedit à via, et peccans venialiter, licet n. recedat, divertitur extra viā: ḡ hōo per purā omissionē n. meretur gloriā.

2.º pbat D. Thōs quia otiositas, et negligentia præmiū n. merentur; q.ᵈ solū ē promissū vigilantibus, et laborantibus; S. pura omissio est

Otiositas; et negligentia in operando; ng pura omitens nihil operat; S. ē negligens, et otiosus: ƒ. pura omitens n̄ meret. gloriā.

3°. pbāt quia meritū gloriæ debet ēē bonū moralit.; quia malo, aut indiferenti n̄ debet. præmiū bonū; S. potius pœna, aut carentia præmij; S. pura omissio nequit ēē bona moralit.; cū sit purū nihil, et carentia entitatis; et bonitatis; bonū autē debet ēē ex integra cā: ƒ. pura omissio nequit ēē meritoria.

Nec valet dicere: q. pura omissio ē bona extrinsecè à bonitate motivi; l. obti; propt. quod ex omitit consensū peccati.

Contra ē; quia grati admisso, q. pura omissio possit habere hanc extrinsecā bonitatē; hæc tn̄ extrinsecā bonitas n̄ sufficit ad meritū; ng ad ipsū requirit. bonitas moralis proveniens ab intrinseco libera, et voluntariē; hæc autē extrinsecā bonitas proveniens ex obto; l. motivo n̄ provenit ab intrinseco, neque ex ipsa voluntate libera; S. præcise provenit ab extrinseco, scilicet, ab obto, l. motivo; q. n̄ procedit à voluntate, S. præcedit exercitiū liberū voluntatis; in quo differt à bonitate actus externi, qui ē meritorius, qmvis ipsi soli extrinsecè conveniat bonitas moralis; quia talis bonitas extrinsecā convenit actui externo ab intrinseco subdā; scilicet ab actu interno, et libero voluntatis. et similit. ē meritoria omissio peccati, procedens ex imperio charitatis; aut ex alio actu meritorio, qui sit cā, l. occasio omitendi; cæterū in pura omissione, quæ ex alio priori actu libero n̄ procedit, nulla invenit. bonitas, sive intrinsecā, sive extrinsecā ab intrinseco subdā procedens; S. præcise ē bonitas extrinsecā ab extrinseco procedens in sent.ª admissa.

4°. Similit. pbat. Quia meritū vitæ æternæ debet ēē supernāle, supernālitate ab intrinseco sūo procedente, ng merens debet efficere aliquid proportionatū cū præmio supnāli; cū quo soli proportionat. meritū supernāle; S. pura omissio actus peccaminosi n̄ hēt aliquā supernālitatē ab intrinseco

Provenientem; nam talis omissio non procedit ab auxilijs; vel habitibus supernaturalibus; quia talis habitus, et auxilia relinquant facultatem, et inclinationem potentiae liberam, pariter ad actum; quam ad eius omissionem. Habitus enim charitatis, verbi gratia, non habet potentiam indifferentem ad amorem Dei; et eius omissionem; sicut ipsa habet voluntas libera, sed relinquunt voluntatem ad amorem Dei, et solum permittit in ipsa potestatem ad omissionem talis amoris. Vera omissio habere nequit supernaturalitatem provenientem à principio intrinseco; sed praecise potest habere supernaturalitatem extrinsecam provenientem ab objecto, vel motivo; sed tamen huius extrinseca supernaturalitas omissio, et homo omittens mere passive se habet; et consequenter per talem extrinsecam supernaturalitatem homo mereri non potest, cum mereri non sit pure pati; sed potius agere, et ut passio sit meritoria debet per actum positivum; et liberum acceptari à voluntate: ergo in tali pura omissione nequit esse meritum vitae aeternae. Quod etiam bene confirmat Oviedo hic controversia 3 numero 19 ad hominem contra Ripalda; existimantem actum naturalem voluntatis posse regulari per fidem; et specari ab objecto formaliter supernaturali; qui tamen actus naturalis meritorius non esset praemij supernaturalis; ut fatetur ipse Ripalda; quamvis talis actus haberet extrinsecam supernaturalitatem; desumptam ex fide regulante; et ex objecto, seu motivo supernaturali; et consequenter extrinseca supernaturalitas, nisi procedat ab actu interno, et supernaturali movente, vel imperante non sufficit ad meritum; quamvis talis extrinseca supernaturalitas inveniatur in actu positivo, libero, et bono: ergo à fortiori non sufficiet extrinseca supernaturalitas reperta in pura omissione; quae nec dicit entitatem, nec bonitatem naturalem; aut supernaturalem.

Argutiis contra Conclusionem Occurritur

Arguitur 1º quia Ecclesiastici 31. laudatur vir iustus: <u>qui potuit transgredi; et non est transgressus; facere mala; et non fecit.</u> et his omissionibus assignatur praemium supernaturale his verbis sequentibus: <u>ideo stabilita sunt bona illius in Domino;</u> sed exercitium liberum voluntatis laude dignum; cui correspondet supernaturale praemium vere habet rationem meriti: ergo pura omissio est meritoria. Et similiter 1ª Petri 2º dicitur: <u>Christus passus est pro nobis</u>

Vobis relinquens exemplum, Ut sequamini Vestigia eius; qui peccatum non fecit; nec inventus est dolus in ore eius; qui cum malediceretur non maledicebat; qui cum pateretur non comminabatur. Quibus Verbis christus proponitur Ut exemplum Virtutum à nobis imitandum; et tamen solum fit mentio de omissionibus; sunt enim non peccare &c.ª ergo istae omissiones sunt bonae, et meritoriae.

Respondeo. Haec testimonia non esse ad propositum; quia in ipsis non fit sermo de pura omissione; sed de omissione peccati imperata à charitate firmante Voluntatem in bono ne deducatur à malo; nam certissimum est, quod in christo Domino non fuit pura omissio; sed omnis omissio fuit imperata à charitate - et idem dicendum est, de Viro iusto ab Ecclesiastico laudato, nam D. Thomas in 2º dist.ª 7. q.ª 1. art. 1. ad 4.um explicans testimonium Ecclesiastici ait: quod laudabilitas non dependet essentialiter à potestate peccandi, sed à Voluntate adhaerente bono; aliàs Virtuosus, in quo est minor mobilitas ad peccandum esset minus laudabilis in actu suo; quam carens Virtute, et bonum operans; sed potestas peccandi est signum laudabilitatis, vel laudantium; in quantum ostendit non coactè Voluntatem bono adhaerentem. Voluntas autem adhaeret bono per actum positivum charitatis, quo imperantur omissiones peccatorum; et sic imperatae sunt laudabiles, et praemio dignae.

2º Arguitur. Quia puris omissionibus promittitur praemium; ergo Verè sunt meritoriae. antecedens probatur 1º quia Mathaei 19 dicitur: Si Vis ad Vitam ingredi, serva mandata. Sed saepe per puram omissionem servat mandata, et praecepta negativa: ergo purae omissioni est promissum praemium Vitae aeternae.

2º Quia Universali Iustitiae promittitur praemium; iuxta illud: Iusti autem in perpetuum Vivent; et apud Dominum est merces eorum. Sed ut ait D. Thomas 2.2ª q.ª 79. art. 1 cum Philosopho 5 ethicorum cap.e 1. duae sunt partes Universalis Iustitiae, scilicet, facere bonum, et declinare à malo, iuxta illud Psalmi: declina à malo, et fac bonum declinare autem à malo fit per puram omissionem: ergo pura omissio peccati est

exerci

Exercitiy Justitiæ Universalis; cui promitr. merces Vita Æterna.

3°. pbr. ans Quia Vincenti tentationes; ergo promittr. præmiy; Dra. illud Vincenti dabo manna absconditu; et nomen novy, Sr. Sæ per puræ omissione Vincit tentatione urgente ad faciendy maly: g. puræ omissioni ē promissy præmiy.

Confirtr. Quia gratia soly requiritr. ad opera meritoria; Sr. gratia requiritr. ad puræ omissione, qua Vincitr. tentatio gravis: nq Sæ sine gratia speciali nequit resistere gravi tentationi, Ut diximus in tractu de gratia: g. talis omissio est meritoria.

Confirtr. 2°. Quia pura omissio pot habere bonitate; et supnalitate derivatā ex motivo honesto supnali; Sr. omissioni honesta, et supnali nihil deficit, Ut sit meritoria: g. talis omissio libera meritoria erit. ma ibr. quia st pura omissio actus præcepti provenit ex motivo delectabili Dra. illud 1a. Joan. 2 cap. Oē quod ē in Mundo Concupiscentia Carnis ē; et concupiscentia oculory; et Superbia Vitæ ita ergo omissio peccati pot provenire ex motivo honesto supernali; Sr. omissio pura provenien ex motivo turpi; et delectabili sumit malitia ā tali motivo, et ita datr. pura omissio peccaminosa: g. ergo pura omissio sumet bonitate; et supnalitate ā motivo honesto supnali, et consentr. talis pura omissio erit meritoria præmij supernalis; st pura omissio actus præcepti ē meritoria pœnæ Æternæ, et supnalis.

Rr. neg. ans, et ad 1s. pbs Rr. cu D. Thā 1. 2æ. q. 109 art. 4. quod legis mandata dupliciter servari posse, Uno mō quoy ad substā; ita Ut hō adimpleat præceptū, et n peccet contra ipsy. 2° quoy ad mody, ita Ut observatio præcepti referatr. per charitate in Dey, nq charitas ē finis omnium præceptory. Et 1°. modo possunt servari mandata absque gratia: Ut pt in peccatore servante plurima præcepta, imo servari posse ex pravo motivo; st audiens missa ex pravo fine, implet præceptū audiendi Missa; et hæc impletio mandatory n ē meritoria, nec ipsi promittr. Vita Æterna; et hoc modo adimplentr. præcepta negativa per puræ omissione, sed

Non implent. 2° modo; nisi omissio sit imperata per charitatem, et tunc n. e pura omissio; consequenter quae pura omissio n. e meritoria. -

Ad 2um Obj. R. Quod declinare à malo, ut e pars generalis Iustitiae n. e pura omissio; s. omissio imperata ab actu positivo praecedente. Ut D. Thom. 2. 2ª. q. 79. art. 1 ad 2um ait: quod declinare à malo sicut quod ponitur pars Iustitiae n. importat negationem puram; quae e n. facere malum; hoc enim n. meretur praemium; s. solum vitat poenam; importat autem motum voluntatis, repudiantis malum, ut ipsum nomen declinationis ostendit. --

Ad 3um obj. R. quod ut notat D. Thom. in 3° dist. 34. q. 1. art. 3. aliud e n. vinci à tentatione, aliud v.° e vincere tentationem; 1um enim solum dicit omissionem consensus in peccatum; 2um v.° dicit actum positivum superantem motum tentationis in pugna, qua caro concupiscit adversus spiritum, et spiritus adversus carnem; et huic victoriae positivae promittitur praemium, n. v.° purae omissioni; ratione cuius homo n. vincitur à tentatione, nec tentationem vincit; imo instante gravi tentatione in qua e proximum periculum consentiendi, homo pure omittens se habens, mortaliter peccat, nam ratione periculi tenetur positive resistere, et postulare à Deo auxilium ad resistendum; tunc enim instat praeceptum orationis. Ita communis sententia.

Ad 1um Confirm. R. Quod ad vincendum positive, et proprie gravem tentationem requiritur specialis gratia; et hoc modo tentatio n. vincitur per puram omissionem; s. per actum positivum elicitum per gratiam Dei. Ad vincendum autem leves tentationes, etiam per actum positivum specialis gratia n. requiritur.

Ad 2um Confirm. R. neg. anteced. motibus enim bonum, et supernaturale exercet suam causalitatem, et influit bonitatem, et supernaturalitatem in exercitium voluntatis medio amore, aut intentione sui ipsius; nam hic amor, vel intentio e ipsa causalitas finis ut dicitur 2° physicorum; et ita nisi finis, aut motivum prius ametur, et intendatur per aliquem actum positivum, nequit influere bonitatem, et supernaturalitatem in omissionem. Admitto tamen

Quod tale merit. tribuat bonitatem, et supernalitatem extrinsecam omissioni, adhuc hoc non sufficit ad meritum, quia meritum debet habere bonitatem, et supernalitatem liberam, et voluntariam ab intrinseco provenientem, ut dictum est, et hae bonitas, et supernalitas non solum erit extrinseca, sed etiam ab extrinseco proveniret, non vero à voluntate libera. In pura autem omissione actus praecepti invenitur malitia intrinseca ab intrinseco proveniens, nam ad malitiam non requiritur entitas positiva, sed requiritur ad bonitatem.

Quaestio Secunda.

An ad meritum requiratur Actus Supernaturalis

Omnes theologi fatentur quod ut actus sit meritorius de condigno praemij supernaturalis debet esse aliquomodo supernaturalis propter rationem D. Thomae in 2° dist. 28 q. 1. art. 4. – et 1. 2ae q. 109 art. 5. quia scilicet, meritum de condigno debet proporcionari, et adaequari cum praemio, et ita debet esse aliquomodo eiusdem ordinis cum illo, sicut ~~praemium~~ medium proporcionatum debet esse eiusdem ordinis cum fine: unde etiam in humanis labor militiae, aut agriculturae non est meritum ad cathedram, nec labor in literatura est meritum ad consequendum officium Ducis exercitus – sed actus omnino naturalis nequit commensurari, nec proporcionari cum praemio supernaturali, quod est superioris ordinis: ergo meritum praemij supernaturalis debet esse supernaturale aliquomodo.

Certum tamen est, quod ad hoc meritum non requiritur quod sit actus supernaturalis quoad substantiam, nam actus virtutis naturalis imperatus à charitate in omni sententia meretur praemium supernaturale – et idem existimant aliqui probabiliter, si imperetur ab alia virtute infusa ex directione fidei; imo etiam si fiat ab homine justo sine imperio virtutis supernaturalis, quia accipit aliquem valorem supernaturalem

à Virtute Supnali influente, l. à gratia dignificante Subj; et omnes eius honestas operationes, sed de Veritate harum Sententiarum infra agendum est art. 4. Ubi ostendemus, ad meritum requiri imperium supnale charitatis, l. alterius Virtutis infusa.

De merito autem Congruo est aliqua dificultas inter Theologos, nam aliqui existimant actus honestos naales hominis infidelis non posse de Congruo mereri Vocationem ad fidem; nec actus naales fidelis peccatoris posse, mereri gratiam Supnalem Iustificationis, et oppositum asserunt esse dogma Pelagianorum, et Semi Pelagianorum.

Sed Theologi Antiquiores, et cum ipsis D. Thomas non renuunt Concedere bonis operibus naalibus aliquam rationem meriti de congruo; tam respectu fidei, quam respectu Iustificationis, et remissionis peccatorum, nam si infidelis, l. peccator faciat, quod est in se Convertendo se ad Deum Authorem naae, et detestando sua peccata, l. particulari à Deo eius auxilium, et illuminationem; Deus certissime tribuit ipsi gratiam fidei l remissionis peccatorum, non ex Iustitia; sed ex abundantia sua misericordiae et Liberalitatis; hoc tamen meritum non erit congruum congruitate intrinseca, quia actus naalis ab intrinseco, et ex natura sua nequit respicere praemium Supnale, ut finem connaalem, et proprium; sed solum erit meritum Congrui congruitate Extrinseca ex ordinatione Dei, qui disposuit dare gratiam facientibus totum, quod est in se; sicut econtra saepius dat suam gratiam aliquibus, nihil boni facientibus, imo etiam resistentibus, et repugnantibus; Ut patet in Conversione Apostoli Pauli: Verum hoc meritum tamen quid nequit esse ratio electionis, et praedestinationis ad fidem l. ad gratiam remissionis peccatorum, alias Deus solum eligeret facientes, quod est in se, et reprobaret non facientes, quod est in se; ut dicebant Pelagiani, et Semi

Semi Pelagiani existimantes, quod aliàs Deus eet acceptor personarum; Sed hoc constanter negant Omnes Catholici, asserentes: quod Deus ante praevisionem cuiuslibet meriti, istos elegit ad fidem, et gratiam, non vero illos gratuito propter placitum suae Voluntatis; Aliquibus tamen ex illis; quos elegit ad fidem tribuit per suam gratiam auxilium, quod faciant, quod est in se, et ita, quod infidelis faciat; quod est in se, est donum gratiae; et effectus Divinae electionis; et praedestinationis ad fidem; hoc tamen auxilium gratiae non est entitative supernaturale; sed entitative naturale; et supernaturale quoad modum; quia homo non habet potentiam moralem ad diligendum Authorem naturae super omnia; nec ad eliciendum contritionem naturalem absque speciali auxilio gratiae - Pelagiani vero et semi Pelagiani dicebant: bona opera naturalia, praecedentia fidem non esse dona gratiae Dei, sed fieri per Vires naturae absque auxilio Dei moventis, et facientis nos Velle, et facere bonum -

Haec sententia sic explicata est satis probabilis, et a nobis publice defensata; et dictata in tractatu de gratia quaestione 109. art. 6. et ex ea res intelligitur qualiter Scriptura, et Patres negant meritum aliquod ante fidem, et asserunt: quod gratia, et fides non sit ex operibus; nam excludunt meritum, quod sit ratio; sive causa Divinae electionis ad fidem, et gratiam; et quod non sit donum gratiae Dei; ut constat ex illo ad Rom. 11. reliquiae per electionem gratiae salvae factae sunt, si autem gratia, iam non ex operibus, alioquin gratia, iam non est gratia - Ubi excluduntur opera condigna, quae sunt causa, et ratio electionis gratuitae - et similiter 2. ad Timoth. 1. Vocavit nos Vocatione sua sancta non secundum opera nostra, sed secundum propositum suum, et gratiam - Ubi clare excluduntur opera praecedentia Divinum propositum, et electionem gratuitam Dei, non vero opera procedentia ex Divino proposito, et electione - et intentum Apostoli est reducere

Vocationem ad fidem, et infusionem gratiae, non ad voluntatem humanam, sed ad beneplacitum divinae voluntatis; quae quibus vult miseretur, et quem vult indurat; opera autem quae procedunt ex divino proposito, et electione reducuntur ad beneplacitum divinae voluntatis; et consequenter ad ipsum reducitur collatio gratiae, et vocatio ad fidem: Unde D. Aug.nus pluribus locis loco citato à nobis adductis, existimavit non esse contra rationem gratiae, quod sit ex operibus, et meritis; dummodo ipsa merita sint dona gratiae Dei; quia talia merita non praecedunt divinam electionem, et propositum; sed potius sunt effectus ipsius; et ita salvatur quod Deus gratis nos elegit; quia per ipsam electionem gratuitam dedit nobis merita, et ita ipsa vita aeterna dicitur gratia, quamvis in exequutione, ex meritis iustitiae detur; quia ipsa merita sunt dona gratiae Dei, et proveniunt ex gratuita Dei electione; qua ante praevisa merita elegit praedestinatos ad gloriam; et ita tota series iustificationis, et glorificationis habet rationem gratiae.

Et si dicas: quod licet D. Aug.nus tradat hanc doctrinam, et ex[pres]sa ipsum asserat; quod etiam si peccator per fidem, et orationem mereatur iustificationem, adhuc iustificatio, et remissio peccatorum gratuita perseverat; quia ipsa fides et oratio est donum gratiae Dei; caeterum ante fidem, nullum meritum in infideli recognoscit, quod possit esse donum gratiae Dei: Unde epist.a 105. concludit dicens: Restat igitur, ut ipsam fidem non humano tribuamus arbitrio, nec ullis praecedentibus meritis. Quoniam inde incipiunt bona quaecumque merita; sed gratuitum donum esse fateamur, si gratiam veram; id est si de meritis cogitamus, et idem ait aliis locis ibi à Suarez relatis.

Nec valet dicere: quod D. Aug.nus excludit meritum ante fidem; quod de sit condignum, non vero negat meritum congrui. Nam contra est; quia ibi concedit meritum praecedens remissionem peccatorum, et negat meritum praecedens fidem; sed solum concedit meritum de congruo, praecedens iustificationem (ut fatentur com[muni]ter theologi) ergo negat meritum congrui praecedens fidem; quod colligi videtur ex illo ad Ephes. 2. gratia estis salvati per fidem; et hoc non ex vobis; Dei enim donum est, non ex operibus ut ne quis glorietur

Et ad Tit. 3. n̄ ex operibus Justitiæ, quæ fecimus nos; S. Sm̄ misericordiam suā salvos nos fecit. Ubi illa particula n̄ ex operibus om̄ meritū præcedens fidē excludere videtur.

R. Xa. solutionē dant; et ad Rejē nō Cog; quia ibi Concedit D. Aug.nus meritū de congruo congruitate intrinsecâ rii Justificationis, et remissionis peccatorū; et hoc meritū de congruo congruitate intrinsecâ negat rii fidei; n̄ tn̄ negat meritū de congruo congruitate extrinsecâ; q.d ē meritū Sm̄ quid, et impropriè tale; illa autē particula: n̄ ex operibus in 1.o testimonio Apostoli excludit merita præcedentia fidē, n̄ gratuito donata â Deo per electionē gratiæ; ut pt. ex rōe Apostoli sit; Ut nequis glorietur, scilicet, in seipso; nā de meritis â Deo donatis per electionē gratiæ, nemo pōt in seipso gloriari Jux.a illud 1a. Corinth. 4. Quis te discernit; quid habes, quōd n̄ accepisti; et si accepisti quid gloriaris, quasi n̄ acceperis. - in 2.o autē testimonio loquitr. Apostolus de vocatis ad fidē, et salutē, qui n̄ fecerant totū, q.d in ipsis erat ad consequendū verā fidē, et salutē; S. potius ante vocationē ad fidē dediti erant maximis peccatis; quæ ibi enumerat Apostolus - et illa particula n̄ ex operibus Justitiæ. excludit meritū condignū, cui n̄ ex Justitiâ debetr. merces; et n̄ datr. ex pura misericordiâ; nā ēē ex operibus contraponit ad ēē ex misericordiâ ibi; S. Sm̄ suā misericordiā - meritū autē de congruo n̄ excludit; S. potius innititr. divinæ misericordiæ, et liberalitati, cū ipsi ex Justitiâ n̄ debeatr. præmiū; et cōentr. n̄ negat Apostolus meritū de congruo præcedens Ra.a salutē.

2.o R. Quōd cū dicitr. ēē aliquid ex operibus, illa particula ex denotat habitudinē cāæ efficientis moralis; nā meritū ē cāa efficiens moralis præmij, ut ait D. Thô. q.e 29. de Verit.e art. 6. cū autē cāa efficiens, sive phica, sive moralis debet cāare per aliquā cāalitatē sibi intrinsecā opera meritoria, quæ sent vī cāandi; l. rōe intrinsecæ condignitatis; l. rōe intrinsecæ congruitatis poss. dici cāæ morales præmij, et quōd præmiū ē ex operibus meritorijs - Qndo v.o in operibus

Vel meritis, nec è dignitas, nec Congruitas intrinseca; Sed precisse Congruitas desumpta ex ordinatione divina, talia opera, et merita non sunt causa efficientes morales, nec premiy pōt dici ēē ex ipsis; Sed talia merita sunt precisse quasdam Conditiones ex divina ordinatione, quibus positis decrevit Deus vocare ad fidem infidelem faciente quod è in se; et ita cum proprietate dici non pōt; quod Vocatio ad fidem, et Anima salus sit ex operibus; hyeso denotante merum causalitatem efficientem moralem, et sic loquitur Apostolus textibus nimis relatis – et Dā. Sane distinctione explicandus è D. Augnus cap. 7. de predestinatione Sanctorum, Ubi docet: quod gratia Iustificationis è ex fide, Sed fides non è ex operibus: subdens: Solet enim dici ideo Credere meruit, quia Vir bonus erat, et antequam Crederet, quod de Cornelio dici pōt; cuius acceptae sunt Elemosinae, et exaudita orationes, antequam credidisset in Christum; non tamen sine aliqua fide donabat, et orabat; nam quomodo invocabat, in quem non Crediderat? Sed si posset sine fide Xpi ēē salvus, non ad Deum Edificandum mitteretur Architectus Apostolus Petrus – Dum enim excludit meritum ante fidem, et ex quo sit fides excludit meritum condignum, et Congruum congruitate, et condignitate intrinseca, non Vero meritum Congruum congruitate extrinseca, quod è meritum secundum quid, et improprie tale, et ita dici non pōt; quod ex ipso proveniat fides, aut Vocatio ad fidem.

Praeterquamquod sic D. Augnus per fidem Cornelij non Videtur intelligere fidem infusam, et supernaturalem; Sed quamcumque fidem, et Cognitionem Dei sufficientem ad Deum invocandum, Dā. illud ad Rom. 10. – Quomodo enim invocabunt eum, in quem non Crediderunt? – ad Deum autem invocandum sufficit fides naturalis, et qualibet Dei Cognitio; cum Phi Gentiles, Mauri, et Haeretici invocent Deum absque fide supernaturali, et infusa; et D. Thas in 2º dist. 28 q. 1. art. 4. ad 4um et in 4º dist. 17 q. 1. art. 2 quaestiuncula 2 ad 4um – et q. 14 de Verit. art. 11 ad 1um et 2um et ad Rom. 10 Lect. 3. Ut infidelis faciendo, quod è in se Consequatur gratiam fidei supernaturalis requirit, quod sciat fidem naturalem, aut Cognitionem Dei, qua diligatur, Ut se Convertat ad Deum; et detestetur peccata, et postulet à Deo auxilium, et illuminationem, quod si fecerit Infi:

Infidelis, Deus mittet ei Praedicatorem fidei Supernaturalis, ut misit Petrum Cornelio Actorum 10. et Paulum Macedonibus Actorum 16. Inter quos primum Conversa, et Baptizata e Lydia Purpuraria, quae dicitur Mulier colens Deum, scilicet, naturaliter, vel lege audita a Judaeis. Ut Glossa interlinealis ait; quia non constat, quod haec mulier prius fuerit a Judaeis instructa de fide Supernaturali Unius Dei, neque de fide Cornelij Color[?] Sententia asserit: Quod ante Adventum Petri Apostoli fuerit Supernaturalis de Uno Deo, propter instructionem Judaeorum; et quod antea erat Iustificatus Cornelius, quamvis non haberet fidem explicitam Christi. de quo late Suarez Lib. 1. de gratia cap. 4 a n. 8. Sed propter exempla Cornelij, et Lydiae, et quia D. Petrus Actorum 10 dixit: in Veritate comperi, quia non est personarum acceptor Deus, sed in omni gente, qui timet Deum, et operatur Iustitiam acceptus est illi. Glossa Moralis, et Lyra testante hanc esse Communem Sententiam Doctorum. et Divus Caietanus explicans ibi Verba Apostoli ait: Verissimam Sententiam protulit Petrus, et exemplo Cornelij Centurionis comprobatur quod Cuicumque inest in animo timere Deum; sed in opere facere Iustitiam, quamvis que Barbarus fuerit, et nihil sciens de fide Christi, Deus providet illi de necessaria fide ad Salutem; hanc enim Divinam Providentiam Petrus se comperisse asserit. et Propter hoc Chrisostomus Homilia 42 in Genesim inde exaggerat Sanctitatem Abrahae, quod non per fidem a Parentibus acceptam, sed per Scientiam a natura inditam adeo profecit. et Nazianzenus Oratione de Sancto Patre suo laudans ipsum, antequam acciperet fidem, et bona opera, quae efficiebat, subdit: propter hoc ut opinor fidem loco gratiae accepit. et ita Concedere aliquod meritum bonis operibus praecedentibus fidem nullum continet errorem.

Hanc Sententiam tribuentem bonis operibus naturalibus aliquam vim meriti de Congruo ad primam Vocationem, ad fidem Supernaturalem, et ad Iustificationem Sequitur e Vazquez, asserens: praedicta bona opera procedere ex gratia Christi; ponit tunc gratiam Christi in Cogitatione Congrua excitativa naturali, quae etiam provenire potest ex obiectis.

Sensibilibus, et naturali ordine, seu dispositione causarum naturalium, quas sent.⁹ constituentes gratias praevenientes, et efficaces in cogitatione congrua, vel specialiter à Deo immissa, sive causata ex objectis sensibilibus rejecimus in tractatu de gratia quaestione 111. art. 2. quia etiam Pelagiani, et Semi Pelagiani concedebant istas congruas cogitationes, saltem procedentes ex objectis sensibilibus, et naturali dispositione causarum 2.ᵃʳᵘᵐ et tamen non admittebant veram gratiam auxiliantem requisitam ad benè operandum; quod etiam contra Vazquez late probat Suarez lib. 1. de gratia cap. 17. — Verum tamen est quod magis accessit ad veritatem Vazquez in hac parte, quam Suarez, nam ille ad omnem bonam operationem naturalem requirit cogitationem congruam, et efficacem, congruitate, et efficacia intrinseca, ratione cujus congrua cogitatio habet infallibilem connexionem ex natura rei cum libero voluntatis consensu; taliter ut Deus in voluntate praeventa, ac congrua cogitatione, tamquam in causa cognoscat infallibiliter futurum consensum voluntatis; et ita salvat, quod Deus per istam congruam cogitationem facit nos velle, et facere bonum, et consequenter quod omnis bona voluntas est donum Dei. Sed habere autem congruam cogitationem congruitate intrinseca, facientem nos velle, et facere bonum, et donantem omnem bonam voluntatem, et operationem; numquam concesserunt Pelagiani, aut Semi Pelagiani. — Suarez vero licet ad omnem bonam operationem requirat cogitationem congruam; asserit tamen cogitationem non esse congruam, et efficacem congruitate extrinseca, sumpta denominatione ab ipso libero consensu: unde talis cogitatio, prout à Deo solum est sufficiens, et ideo est in nostra potestate facere, aut non facere, quod talis cogitatio sit efficax, et congrua, vel pure sufficiens; et ita per istam Deus non facit infallibiliter nos velle, aut facere bonum; sed potius nos facimus, quod Deus faciat nobiscum bonam voluntatem, aut operationem, et consequenter non verificatur quod velle, et agere bonum sit speciale donum Dei; sed solum in causa indifferenti, ut dicebant Pelagiani, et Semi Pelagiani, qui concedebant sane cogitationem congruam congruitate extrinseca desumpta ex futuro consensu, et ex scientia media, seu conditionata, ut fatetur ipse Suarez, et Semipelagiani errabant, non quia bonis operibus naturalibus tribuebant rationem

Meriti

Meritū vi gratiæ Supnalis; S. quia asserebant talia bona opera n. ēē dona Specialia Dei, distincta a dono, quo Deus tribuit nobis Viriutē sufficientē ad operandū: Vt. D. Augnus de gratia, et lib. Arbitrio cap. 6 ait: Sed cū dicunt: Sane ēē Solā n. Sm merita nra, gratiā, qua Sāi peccata dimittunt illa Vo. quæ dat in fine, id ē Æternā Vitā nostris meritis præcedentibus reddi; Respondendū ē eis; si enī merita nra sic intelligerent, Vt etiā ipsa dona Dei ēē Cognoscerent, n. ēēt reprobanda ista Sent.ª; quoniā Vo. merita humana sic prædicant Vt ea ex semetipso hōē hōīs dicant; prorsus rectissime Rndet Apostolus 1a. ad Corinth. 4. quid habes; q. n. accepisti; aut si accepisti, quid gloriaris, quasi n. acceperis. Quod testimoniū n. soliū Verificatur de bonis operibus Supernaturalibus; S. etiā de quolibet bono opere naturali, quorumuis minimo; nā hoc etiā ē donū Dei; Vt. immediate post subdit: D. Augnus prorsus talia cogitanti Verissime dicitur. dona sua coronat Deus, n. merita tua; si tibi a teipso n. ab illo sunt merita tua; hæc enī si talia sunt mala, S. quæ mala sunt n. coronat Deus; si autē bona sunt, dona Dei sunt; quia sicut dixit Apostolus Jacobus cap. 1. omne datū optimū, et omne donū perfectū desursū ē, descendens a Patre Luminū: Vt. et dixit Joannes Præcursor Dni Joannis 3. n. pōt hōō accipere quidquā, nisi fuerit ei datū de Cælo. Quod autē opus, q. hōō habet a seipso n. donatū a Deo, sit malū, et peccatū definit Concilium Arausic. can.e 22 dicens: Nemo hēt de suo, nisi mendaciū, et peccatū; q. desumptū ē ex D. Augno Loco citato; et tract. 5. in Joan. et ex Prologo in Libros de doctrina christiana et in Psalm 142 in prīo; et ser.e 13 de Verbis Apostoli cap. 10. et 11. et epist.e 106.

Cum ĝ. Vazquez Concedat bona opera naturalia præcedentia fidē, et quæ sunt in Peccatore fideli Vera ēē dona gratiæ Dei, et donari a Deo per congruā cogitationē, congruitate intrinseca, qua facit hōēs Velle, et facere bonū, n. ē reprobanda eius Sent.ª Vt sapiens hæresim Pelagianā; S. potius opponitur huic errori in 1o. fundo, et prīo talis hæresis. Suarez Vo. quamuis neget bonis operibus naturalibus omnē roē meritū vi gratiæ; quia tn asserit. hæc bona opera naturalia solū dari a Deo per congruā Cogitationē Congruitate extrinseca desumpta ex futuro Consensu, prævisio per scientiā Conditionatā

Aut medii qualit. etiã asserebant Pelagiani; et Semi Pelagiani, Ut Concedit, et pbat ipse Suarez dicto cap. 17. ñ Videt. in sensu catholicô concidere bona opera naĩa éê bona Dei, de quibus hôô ñ possit in seipso, S. in Domino gloriari; et Licet lib. 1. de grãa Cap. 12 dicat: Cogitationẽ Congruẽ naãlẽ éê maius Dei donũ; et beneficiũ, quia provenit exo Speciali; et maiori affectu Dei erga illũ; cui tribuit. Cogitationẽ Congruẽ; ibi n. 16. ait: q. Cogitatio Congrua ñ ê maius auxiliũ; quã Cogitatio sufficiens, quia ñ semper magis excitat Voluntatẽ, nec ê in se, quid melius, aut pauciora hét impedimenta — et n. 21. asserit: q. Licet cogitatio Congrua sit cãa actus, ñ tñ ê cãa, quia Congrua ê; S. potius quia ê cãa ñ solũ in actu 1.°, S. etiã in actu 2.° ideo Congrua nominat. — Exo quo constat; q. Deus solũ dicit. nobis donare bona opera naãlia, quia tribuit nobis Cogitationẽ sufficientẽ, adjuvantẽ nrã pot; aut possibilitatẽ; Ut Loquebat. Pelagius apud D. Augum. de grãa Xpĩ cap. 4. ñ V.° quia Deus per Cogitationẽ ab intrinseco Congruã; et efficacẽ, Ut distinguit. â sufficienti faciat nos Velle; aut facere bonũ; tãquã Vera cãa perficiens, et ñ solũ Ut Concilians — et eodẽ mô Loquit. Suarez de Cogitatione Congrua in ordine ad omnes operationes supnaãles, et meritorias de Condigno; et ita ñ Videt. Salvare in sensu Catholicô; q. bona opera, et merita nrã sĩ dona Dei, S. in sensu, in quo hoc Pelagius etiã Concedebat Loco citato — In nrã V.° Sent.ª asserente: ad quodlibet bonũ opus, etiã naãle requiri auxiliũ phica praemotionis; quod ñ pôt provenire â cãis 2.is, S. procedere â Deo donante ipsũ Unicuique, prout Vult, Vere salvat. bona opera, etiã naãlia éê dona Dei, facientis nos Velle; et facere bonũ, et nâriã éê orationẽ ad impetrandũ hoc auxiliũ, et ne Deus ipsũ deneget, permittendo peccarẽ; et ñ posse nos in nobismetipsis gloriari, aut in nobis Confidere, S. solũ in Deo, Cuius tanta ê erga homines bonitas, Ut nrã Velit éê merita, quae sũ ipsius dona, Ut ait Conciliũ Tridentinũ sess.° 6 — Cap. 16.

e.° 3.ª

Q.ᵒ 3.ᵃ

5.º Objicies: q. in humanis valor, et dignitas meriti sumitur à dignitate extrinseca personæ: ergo etiam valor, et dignitas meriti in ordine ad Deum poterit desumi à dignitate extrinseca personæ, quæ sit filius adoptivus Dei, præcise per acceptationem extrinsecam, cum non magis dignitas meriti in ordine ad Deum, quam in ordine ad Regem debet provenire ab intrinseco. Antecedens probatur nam in militia cæteris paribus plus meretur nobilis, quam plebejus, plus dives, quam pauper, et plus meretur filius adoptivus Regis, quam alij nobiles inferiores, et tamen dignitas proveniens ex nobilitate, divitijs, et adoptione humana est præcise denominatio extrinseca, nihil intrinsecum ponens in subiecto: ergo in humanis dignitas meriti, sumitur ex dignitate extrinseca personæ.

Respondetur Distinguendo antecedens dignitas meriti sumitur ex dignitate extrinseca personæ, supposita in persona potentia, et virtute proportionata cum præmio, transeat antecedens, non supposita tali potentia, et virtute, nego antecedens, et consequentiam. Etenim in humanis filius Regis stultus, et ignorans nequit mereri cathedram, nec filia Regis ordinem sacerdotalem, quia non sunt potentiæ, et virtute intrinseca proportionatæ cum præmio, quamvis in ordine ad alia præmia proportionata, cæteris paribus crescat præmium, ob extrinsecam dignitatem personæ, ut in exemplo militum, ita dicimus in præsenti, q. carens gratia interna tribuente esse divinum, et virtute proportionata cum vita æterna, non potest ipsam mereri præcise propter extrinsecam dignitatem filiationis adoptivæ Dei, quamvis admittatur, q. supposita gratia, et virtute proportionata cum præmio vitæ æternæ possit crescere dignitas meriti ex aliqua dignitate extrinseca personæ.

2.º Respondetur distinguendo antecedens in humanis dignitas meriti sumitur ex dignitate extrinseca personæ, ut à circunstantia cognita, et volita, concedo antecedens, ut à conditione, seu dispositione se tenente ex parte personæ merentis, non antecedens, et consequentiam. Cum enim miles seipsum subjiciat laboribus

Et Periculis belli; Voluntas militandi reflectitur supra ipsum operans cum omnibus qualitatibus, et circunstantijs, quas habet; et ita respicit ex parte obiecti nobilitatem, et dignitatem extrinsecam personæ merentis; et quo maior est dignitas, eo actus militis est magis bonus, laudabilis, et maiori præmio dignus – et idem dicendum est, de homine, qui esset filius Dei adoptiuus per extrinsecam denominationem, si hanc circunstantiam, et dignitatem extrinsecam cognosceret, nam se Deo; aut alijs subijciendo, et humiliando efficeret actum magis laudabilem, et maiori præmio dignum, quam efficeret alius, qui non esset filius Dei adoptiuus; Sed ut supradiximus, quod in præsenti non loquimur de dignitate personæ, ut se tenet ex parte obiecti reflexè per modum circunstantiæ cognitæ, et volitæ; sed loquimur de dignitate personæ, ut est conditio, aut dispositio se tenens ex parte merentis; quatenus est principium actiuum meriti; et hæc dignitas se tenens ex parte principij actiui nequit dignificare actum meritorium, nisi actiue influat in illum; et nequit in illum actiue influere nisi sit dignitas intrinsice existens in ipso merente, quia nullum actiue operatur per extrinsecas denominationes filij adoptiui amari; aut dilecti; ut late ostendimus in tractatu de Visione Dei: Vnde in humanis nullus magis meretur per hoc, quod sit diues; Nobilis, aut filius adoptiuus Regis; quatenus istæ denominationes se tenent ex parte principij actiui meriti; quia per istas denominationes extrinsecas nullus actiue efficit actiones meritorias, et consequenter nisi ponatur in homine intrinseca dignitas gratiæ sanctificantis, quæ possit actiue influere in operationes; non posset in ipso dici, 1. esse merita condigna gloriæ.

Sed contra stat, quod miles nobilis æqualiter pugnans, plus meretur, quam plebeyus; etiam si ignoraret suam nobilitatem, nam si ipsa esset nota præmianti, apud ipsum meretur præmium Nobilium vg. habitum ordinis militaris, quem Plebeyus æqualiter pugnans non meretur: ergo in humanis dignitas meriti sumitur à dignitate extrinseca personæ; non ut à circunstantia volita, et cognita; sed ut à dispositione, et conditione se tenente ex parte merentis

Rx. Neg.do ani nq plus meret. miles nobilis Cognoscens suq nobilitatq; quq ipsq ignorans; nq Voluntarie, et Libere Vitq, et personq in Republica magis estimabilq exponeret Laboribus, et belli periculis; q. solq ma: aliter facit ignorans suq nobilitatq; et ita ignorans ipsq n. meret. de Condigno pre: miq nobiliq; eoq apud premiantq Cognantq eius nobilitatq; nq modo humano; et Libero nihil amplius facit; quq miles Plebeyus; posset tn. remunerator supra Con: dignq tribuere ipsi premiq nobiliq; quia in re tale premiq e ipsi proporciona: tq; q. tribuere n. pot. Plebeyo; quia e ipsi improporcionaq; nisi forte dispensando in Lege; aut faciendo ipsq Nobilq; in quo ipsq premiaret ultra condignq, nq de Condigno miles nobilis, et Plebeyus solq merentur. Stipendiq assignatq a Lege.

Posset eoq dici: q. meritq milites nobilis, et Plebeyi Ss intrinsece equalia; Verumtamen nobilis meret. premiq nobiliq, n. Vo. Plebeyus; q. Vterque meret. premiq sibi proporcionatq per Legq; et premiq designatq nobilibus e pro: porcionatq rei Vnius, n. Vo. rei alterius, et ita inequalitas solq se tenet ex parte personarq pertinentiq ad diversas hyerarchias, quibus designata Ss premia diver: sa; propter diversitatq personarq, in quo pot. sustineri opinio Cardinalis Lugo supra rejecta propter eius Vniversitatq; quia, scilicet, Vniversaliter negat dignitatq perso: nae; siue intrinsecq, siue extrinsecq refundere dignitatq, et Valorq in actq meritoriq, quae probabiliter defensari poterat; Loquendo precisse de dignitate extrinseca Consti: tuente personq in superiori hyerarchia; cui per Legq designat. premiq superioris hye: rarchiae; quia ita expedit ad bonq politicq Regni; aut Reipublicae.

Artus 3.us An homo in Gratia Constitutus possit mereri Vitam Eternam de Condigno?

Meritũ Condignũ dicitur; quod tribuit Verũ Ius ad Consequendũ præmiũ; et quia Ius ē objũ Iustitiæ; merito condigno ex Iustitia debetur præmiũ; et ita meritũ Condignũ innititur Iustitiæ; meritũ verò Congruũ innititur Liberalitati, et misericordiæ; et quia Iustitia respicit Æqualitatẽ; meritũ Condignũ etiã dicit Æqualitatẽ aliquã cũ præmio: Vnde ad ipsũ duæ Conditiones requiruntur, 1a. ē quod Sciat Verũ Ius Iustitiæ in ordine ad præmiũ – 2a. ē; quod Sciat Æqualitatẽ cũ ipso; et articulo 1o. ostendimus contra Vazquez, meritũ condignũ n̄ pertinere ad mag. gratitudinis, Sed ad mag. Iustitiæ; et consequenter meritũ condignũ dicere Verũ Ius Iustitiæ ad præmiũ Vitæ Æternæ; n̄ quidẽ Iustitiæ commutativæ; Sed distributivæ; Sabentis tñ aliquẽ modũ Commutativæ; et ita Solũ modò restat agendũ de Æqualitate meriti condigni cũ præmio Vitæ Æternæ.

Omissis autẽ Erroribus Lutheranorũ, et Calvinistarũ negantiũ bonis operibus Verã rõnẽ meriti ad Vitã Æternã; inter Catholicos 1a. Sententia asserit: bona opera Solũ Iustificati n̄ ēē de Condigno meritoria Vitæ Æternæ; quæ attribuitur Durando; Ariminensi, Burgensi, Marsilio; Alberto Pigio; et alijs; quos tñ n̄ recedere in re à Com. Sententia existimant alij; quia per meritũ de Condigno intelligunt meritũ n̄ Solũ Iustitiæ; Sed etiã de toto rigore Iustitiæ, quod n̄ innititur gratiæ præmiantis; et obligat præmiantẽ ad ipsũ remunerandũ; in quo Sensu etiã nos negamus meritũ de Condigno, quia merita nostra Sũt dona gratiæ Dei, et ab eius gratia dignificantur, et ita meritũ nostrũ innititur gratiæ præmiantis; præsuppositivè; Vt articulo 1o. diximus, quod etiã Supposita promissione, et pacto dandi gloriã; Seu præmiũ; Deus n̄ potest obligari à Iure, et debito nostrorũ meritorũ ad redendũ præmiũ; Sed ipsũ obligatur ex Vi Suæ promissionis; l ordinationis, quia reddit debitũ nulli debens: Vnde in præsenti Solũ agimus de merito Iustitiæ; n̄ verò de merito in toto rigore Iustitiæ, quod Solũ Conceditur Christo Domino.

2a.

2ª V. Sentª. et com. Theologorum cum D. Thomâ Concedit in homine Justificato meritum de Condigno ad Vitam Æternam; probatur rône D. Thomæ in Argumento Sed contra; quia Scilicet, id quod redditur sub Justo Judicio Videtur esse merces condigna; Sed Vita Æterna redditur â Deo sub Judicio Justitiæ juxta illud Apostoli 2ª. ad Timot. 4 de reliquo reposita est mihi Corona Justitiæ, quam reddet mihi Dominus &c. ergo homo meretur Vitam Æternam ex Condigno; cum merces Condigna non tribuatur ex Justo Judicio, nisi condigne merenti ipsam.

Confirmatur 1º. quia meritum condignum dicitur, rône cujus homo est dignus præmio, Sed Justus probatur bona opera ex gratia facta est dignus præmio, Sit, Vita Æterna juxta illud 2ª. ad Thes. 1. Ut digni habeamini Regno Dei, pro quo, et patimini: ergo Justus per bona opera potest mereri de condigno Vitam Æternam.

Confirmatur 2º. quia Trident. Sess. 6. cap. 16. et can. 32 definit Justos Vere mereri Vitam Æternam; Sed nomine mereri est propriè mereri, nam quod est tale impropriè, et methaphoricè non est Vere tale, Sit Christus non est Verè Serpens, Leo, aut petra: ergo Justi propriè merentur Vitam Æternam, Sed Meritum Vere, et proprie tale est meritum de Condigno, nam meritum de Congruo est impropriè tale, Ut ait S. Thomas in 4º. dist. 15 q. 1. art. 3 quæstiuncula 4. ergo Justi de Condigno merentur Vitam Æternam.

Sed Difficultas in hac materia procedit ex 1º. et 3º. Argumento D. Thomæ, quia Apostolus ad Rom 4 ait: non sunt condignæ passiones hujus temporis Ubi asserere Videtur passiones Sanctorum Martyrum non esse meritorias de Condigno gloriæ futuræ — et ratio Suffragatur: quia illud meritum Videtur esse Condignum, quod æquatur mercedi; Sed nullus actus præsentis Vitæ potest æquari Vitæ Æternæ, quæ est ultimus finis, et excedit Dei dilectionem: Sit ultimus finis excedit media: ergo Justus Viator non potest per gratiam mereri Vitam Æternam de Condigno.

In Solutione hujus Argumenti, Variant Theologi; nam Sco:

Scotistæ, et Nominales, distinguunt in actu meritorio bonitatem moralem intrinsecam, desumptam ex obiecto, et circunstantijs à valore, et æstimatione morali, proveniente ex divina voluntate, et acceptatione, et attenta bonitate morali, actus non est dignus vitæ æternæ, cum non æquetur cum ipsa, et de passionibus sanctorum, præcise considerans, quoad bonitatem moralem dixit Apostolus, quod non sunt condignæ passiones in ordine ad futuram gloriam, si verò consideretur actus meritorius secundum valorem, quem habet ex divina voluntate dimanante, quod talis actus habeat valorem sufficientem, et æqualem vitæ æternæ, sic actus est meritorius de condigno, et habet æqualem valorem cum vita æterna. Exæstimant enim, quod supposita bonitate morali actus, quod talis actus habeat magnum, aut parvum valorem dependet ex divina voluntate, acceptatione, pacto, aut promissione, sicut quod moneta habeat magnum, aut parvum valorem, aut nullum pendet ex Regis voluntate determinantis valorem monetæ, et similiter in certamine cursus, quod bravium proponatur velocius currenti, quamtumvis bravium sit pretiosum, in velocissimo cursu est sufficiens dignitas, et valor ad ipsum, quamvis secluso certamine, et per se spectatus talis cursus non esset dignus tanta mercede, et ratio est: quia valor meritorius non est aliquid phisicum, et reale inhærens actui meritorio, sed est quid morale consistens in humana existimatione, quæ circunstantijs extrinsecis sæpe augetur: ergo maxime augeri poterit ex divina ordinatione.

Si autem ex hoc inferatur, quod homo absque gratia in pura natura per opus bonum pure naturale, etiam minimum, posset de condigno mereri vitam æternam, si Deus vellet, quod talis actus haberet condignum valorem vitæ æternæ, concedunt Scotistæ cum, loquendo de potentia absoluta, negant tamen de potentia ordinaria, quia Deus non ordinavit de facto, quod opera bona naturalia

cent de Condigno meritoria Vitæ Æternæ; ex Doctrina sequitur, quod dum Concilia, et Patres, dicunt: quod homo viribus naturæ, aut per vires naturæ sine gratia non potest mereri Vitam Æternam, loquuntur de impotentia ab extrinseco, proveniente præcise ex defectu divinæ ordinationis, quod maxime favet errori Pelagianorum, qui asserebant in homine sine gratia non esse defectum virium, aut virtutis ad efficiendum opus meritorium Vitæ Æternæ, quod inconveniens sufficit ad recedendum ab hac sententia; nam concilia, et Patres probant hominem sine gratia non posse mereri Vitam Æternam, non ex defectu divinæ ordinationis, sed ex defectu virium, et virtutis internæ; quia licet liberum arbitrium non fuerit extinctum per peccatum originale, fuit tamen viribus attenuatum, et inclinatum; nam per peccatum fuit homo privatus gratia, et Justitia originali; et ita non habet virtutem, et vires intrinsecas sufficientes ad merendum Vitam Æternam sine gratia; ut docet Tridentinum Sess. 6. cap. 1. et 16. et Can. 1. et 2. et 32.

2.° impugnatur, quia etiam hæc sententia maxime favet errori Lutheranorum, et Calvinistarum, qui fatentur, quod Deus ordinavit, et promisit dare Vitam Æternam, non quidem otiosis, aut male agentibus, sed laborantibus in Vinea Domini, et ratione suæ promissionis, et ordinationis acceptat bona opera Justorum, et tribuit ipsi Coronam gloriæ, et ita non negant valorem extrinsecum operum, quem concedunt Scotistæ, cum hic valor nihil aliud sit, quam divina ordinatio, promissio, et acceptatio; quam concedunt hæretici, negant vero dari gloriam a Deo propter intrinsecam dignitatem bonorum operum, quæ digna non esse Vitæ Æternæ probant ex illo Apostoli ad Rom. 8. <u>non sunt condignæ passiones</u> &c.ª et ita asserunt: opera Justorum non esse meritoria de Condigno Vitæ Æternæ, quod constat ex verbis Hæreticorum; quæ adduxit Vazquez disp. 214. cap. 15. — Sed Scotistæ, et Nominales etiam asserunt Deum tribuere Coronam gloriæ Justis bene operantibus, non propter intrinsecam Condignitatem bonorum operum, sed propter suam Ordinationem, et

Promissione; r{ati}o{n}e cuius bona opera appelant{ur} extrinsece condigna gloriæ: q{uod} maxime fabet Hæc Sent{enti}a prædicto errori Lutheranorum, et Calvinistarum.

R{espond}ent{ur} P. Scotistæ; q{uod} Haeretici totam r{ati}o{n}em meriti adaquatè ponunt in Divina ordinatione, aut promissione, nam asserunt: o{mn}ia opera Iustorum e{ss}e peccata; Scotistæ v{er}o et Nominales solum asserunt; q{uod} partialis ratio meriti; et dignitatis ipsius sumit{ur} ex divina promissione; adaquate v{er}o sumit{ur} ex bonitate morali intrinseca operis; et ex divina ordinatione; et acceptatione.

S{e}d Hæc Solutio n{on} e{st} sufficiens; nam aliqui ex Haereticis admittebant in Iustis bona opera, quæ Deo placent, et e{sse}nt meritoria alicuius præmii spiritualis, et temporalis, et t{ame}n negabant talia opera Deo grata habere dignitatem sufficientem ad promerendum Vitam Æternam; Ut refert Mag{iste}r Soto Lib. 3 de nat{ur}a; et gratia cap. 8. §. 2a. Solutio et Mag{iste}r Medina Sic § S{e}d Videamus - Vazquez disp{utation}e 213 n. 1. et 2. Belarminus Lib. 5. de Iustificatione cap. 1. V{er}o ijdem authores Haeretici n{on} constituebant Valorem operis meritorij adaquate, et totalit{er} in Divina acceptatione; aut promissione; S{e}d partim in bonitate morali, et partim in Divina acceptatione, seu promissione

3. Impugnat{ur} r{ati}o{n}e adducta art{icul}o præcedenti; q{ui}a. S{ci}l{ice}t, Valor, et dignitas meriti debet ab intrinseco ipsius merentis provenire; S{e}d Valor extrinsecus ex divina ordinatione proveniens n{on} provenit ab ipso merente, S{e}d solum à Deo acceptante: E{rgo} iste Valor extrinsecus nequit constituere meritum de condigno - mai{or} p{ro}b{atu}r 1{o}. quia ad essalem; l. de essali r{ati}o{n}e meriti e{st} procedere voluntariè, et libere; et vitalit{er} ab ipso merente; S{e}d meritum essalit{er} constituit{ur} per suum Valorem; r{ati}o{n}e cuius e{st} dignus præmio: E{rgo} Valor constituens meritum debet ab ipso merente provenire.

2. p{ro}b{atu}r mai{or} quia mereri e{st} aliquid agere in commodum; l. obsequium

alterius

Alterius; s. solo non agit id, quod ab extrinseco advenit illi, aut eius operationi, sed id, quod procedit ab intrinseco ipsius, cum de ratione actionis, et effectus ipsius sit provenire ab Agente: quod Valor, et dignitas operis, ratione cuius solo meretur praemium debet ab Intrinseco ipsius merentis provenire.

3.° probatur mai. Quia mereri est se movere ad consequendum praemium, et sibi Ius adquirere ad eius assequutionem; s. solo non se movet, nec sibi Ius adquirit per id, quod habet ab extrinseco, nam in ordine ad id, quod habet ab extrinseco, mere passive se habet, et velut inanime quodam, nec sibi adquirit Ius, sed ipsum recipit ab extrinseco: quod etc.

4.° probatur mai. Quia merens seipsum facit dignum praemio, et seipsum disponit ad praemium consequendum; at si dignitas, et Valor meriti proveniret ab extrinseco, merens non faceret seipsum dignum praemio, sed fieret dignus solum a Deo tribuente Valorem, et dignitatem meriti; ut solum a Deo infundente gratiam fit solo dignus gloria, ut Sanctitate. Similiter si Valor, et dignitas meriti proveniret praecise ab extrinseco, merens non seipsum disponeret, sed solum a Deo disponeretur ad praemium consequendum; nam meritum disponit ad praemium ratione sui Valoris, et dignitatis; et merens disponitur ab eo, a quo provenit dignitas, et Valor meriti; et consequenter si non proveniret ab ipso merente, sed a Deo merens, non seipsum disponeret, sed solum a Deo disponeretur: quod dignitas meriti debet ab ipso merente provenire.

Confirmatur. quia merens per id quod facit in obsequium praemiantis debet movere eius Voluntatem ad praemium Conferendum, et ideo meritum pertinet ad genus causae efficientis moralis, quia Cognitum, et propositum praemianti movet eius Voluntatem, ut Velit propter meriti Valorem, et dignitatem conferre praemium, quod de merito Unius hominis in ordine ad alium; Concedunt Universi Theologi, de merito V.° Sancti in ordine ad Deum, negat Enriquez, et Villegas Controversia 12 de praedestinatione cap. 5. solum Concedens merito caritatem dispositivum cum D. Thoma 1. q.ª

Quaest. 23 art. 5. et Scoto in Reportatis in 1.o dist. 41. q. 4. § de argumento; q.a nec meritum, nec aliquod bonum creatum pot. movere, aut inclinare divinam Voluntatem; Ex quo infert, n. dari in Deo decretum Executivum dandi Coronam gloriae post praevisa merita; q. Licet sit probabile, probabilius tn. ê in.r Thai, et Scotistas, q. det.r tale decretum Executivum, et q. merita possint movere, et inclinare divinam Voluntatem, n. 1rio, et roe sui; S. 2rio, et roe divinae bonitatis, ita Vt merita amata â Deo propt.r divinam bonitatem, etiam roe divinae bonitatis moveant Dei Voluntatem; Vt Velit in Executione Conferre praemium, Vt diximus in tractu de Volunt.e et D. Thai q.e 29 de Verit.e art. 6. Causalitatem meriti reducit etiam ad genus causae efficientis; D.o quia Sent.d merens per suam operationem nequit etiam 2rio movere Voluntatem praemiantis ad praemium Conferendum; Si Valor talis meriti n. provenit ab ipso merente, quia nullum agens movet aliud, nisi per id, q. provenit ab ipso agente, et merens roe Valoris, et dignitatis suae Operationis movet Voluntatem praemiantis: q. Valor, et dignitas sui meriti debet ab ipso merente provenire, et n. praecise ab Extrinseco.

Confirmat.r 2.o quia Licet divina ordinatio, promissio, l. acceptatio requirat.r ad meritum Condignum per modum naturae Conditionis, Vt supradiximus, n. tn. requirit.r Vt ratio formalis tribuens merito Valorem; S. haec Convenit actui, roe bonitatis, et Valoris, quam het ab ipso merente, q. constat, â simili in peccato, q. Vt mereat.r in actu 2.o poenam aeternam requirit Divinam ordinationem; ob cuius defectum peccata Daemonum, et damnatorum n. merent.r in actu 2.o poenam aeternam; et tn. divina ordinatio n. ê ratio formalis tribuens peccato dignitatem poenae; S. dignitas poenae Convenit peccato, roe suae malitiae intrinsecae - et econtra Constat similit.r in actu Contritionis, cui promissa ê â Deo remissio peccatorum, et Iustificatio; et tn. Divina ordinatio, et promissio n. tribuit

Contritioni

Conditioni Valorem Condignum in ordine ad remissionem peccatorum, et Iustifica-
tionem; aliâs ipse mereretur de Condigno, et Gratiam non gratis Iustificarentur; quod
damnat Tridentinum Sess. 6 cap. 8. quia Valor meriti gratuiti non provenit ex divi-
na ordinatione, et acceptatione; sed est aliquid intrinsecum in actu meritorio prove-
niens ab ipso merente.

Ex quo Solvitur fundamentum Contrariae Sententiae. Valor enim Monetae non
est Valor actionis Vitalis, Voluntariae, et Liberae; sed cuiusdam rei, quae est arte-
factum, et instrumentum publicum ad Contractus, et Commutationes rerum pecunia aesti-
mabilium, et ita eius Valor debet provenire â Voluntate extrinseca Principis, quin
ius debeat Supponere in moneta aliquem Valorem intrinsecum, vel ex materia, et ita non re-
quiritur quod Valor monetae proveniat â possidente, et tribuente ipsum pro alia
re: Valor vero meriti debet necessario provenire ab ipso merente, nam est Valor
Vitalis, Voluntarius, et liber, quo merens seipsum facit dignum praemio.

Sed Dices: quod etiam Valor Laboris, quem apponit Mercenarius, Mi-
nister, aut officialis in suo opere, quamvis sit Valor actionis Vitalis, Liberae,
et Voluntariae, provenit ab extrinseco ex Lege, aut Consuetudine - nam Sicut
Rex potest taxare pretia rerum, et Valorem pecuniae, ita etiam taxare potest Va-
lorem, et pretium humani Laboris, exhibiti in obsequium alterius, et de facto constat
in Stipendio designato Regiis, Consiliarijs, Ministris belli, et Iustitiae, et cathe-
dras Regentibus: ergo a fortiori poterit Deus sua ordinatione taxare Valorem cuius-
vis operis meritorii.

Respondetur negando antecedens nam in Labore humano exhibito in Commodum, vel
obsequium alterius, totus Valor provenit ab ipso merente; sed quia iste Valor est pretio
et pecunia aestimabilis, et tamen quantum ad nos non est determinatus: nec Cognitus gradus talis
Valoris, nec pecunia, quae ipsi debet Correspondere: ideo ad Vitandas fraudes
Rex, Consuetudo, aut Periti in Arte taxant, et determinant pecuniam debitam pro tali
Labore; per hanc tamen taxationem; aut determinationem non tribuunt Valorem; aut dignita-
tem praedicto Labori; sed Valor praesupponitur, et solum declaratur tali taxatione

Et similit. dicimus; q. actus Virtutis, gratiâ informatus habet Valorem intrinsecum, provenientem ab ipso merente; qui in actu 1° sufficiens ē ad Beatitudinem promerendam; dependet tñ ex divina ordinatione, tanquam ex conditione; q. in actu 2° mereat. Beatitudinem; et posset Deus ordinare, q. ipsam n. mereret. in actu 2°; S.d mereret. aliud praemium; aut nullum; quia ē supremus Dñus omnium; hac tñ ordinatione tribuere n. pôt Valorem operi meritorio; neque talis Valor essentialit. potest procedere ab ipso merente.

Ad exemplum de Bravio, proposito Velocius currenti, Resp. ēē falsum; aliâs nulla promissio sub conditione operis onerosi posset ēē prodiga, et quaelibet, impleta conditione obligaret ex Justitia commutativa; q. tñ ē falsum, neque promittens prodigē meretrici pro Usu corporis, n. tenet. impleta conditione, adimplere promissum, propter excessum; Ut tenent Mag. Soto, Ledesma, Mercado, Salon, Bañez, et Manuel Rodriguez apud Sanchez Lib. 1. de Matrimonio disp. 14. n. 1. – et si Rex Velocius currenti in stadio promitteret in Matrimonium suam Unicam filiam Regni haeredem n. teneret. adimplere promissum; nec Velocius currens mereret. de condigno tale praemium; sed aliud proportionatum, maius tñ quam deberet. cursui extra Certamen; neque in Certamine auget. praemium, propter periculum amittendi praemium post labores adhibitos, et patiendi dedecus, si ab alio vincat. – et similit. quamvis Deus promittat habenti contritionem remissionem peccatorum; Contritio tñ n. meret. de condigno tale praemium: Ue. sola promissio, aut ordinatio n. sufficit ad tribuendum condignum Valorem operi.

Ad rationem Contrariam negandum ē enim; q. Valor meritorius n. sit aliquid physicum, et reale inhaerens actui meritorio, S.d praecise quid morale consistens in humana existimatione; quia Ut dicimus 2. judicium, 1. existimatio Prudentum n. tribuit Valorem merito; aut rebus pecunia aestimabilibus; S.d supponit Valorem; et ipsum declarat, et denotat quoad nos. — Nec obstat, q. Valor aliquando augeat.

Circumst.

Circumstantijs extrinsecis; quia Valor non convenit Labori humano, aut alijs rebus absolutè; sed comparativè ad commodum, utilitatem, vel necessitatem alterius, quae variatur secundum diversas circumstantias; nam quòd una occasione, aut tempore est alteri utile, commodum, necessarium, vel raro, et cum magno labore invenitur, in alia occasione, tale non est; quod non arguit valorem esse extrinsecum, sed respectivum, et connotare aliquid extrinsecum, sicut ego uno tempore sum similis, et aequalis alteri, et alio dissimilis, et inaequalis praecisè per ejus mutationem; cum tamen aequalitas, vel similitudo non sit denominatio extrinseca: Unde in omnibus rebus venalibus valor est intrinsecus, quamvis secundum diversas circumstantias varietur. Moneta vero ultra valorem intrinsecum materiae habet aliquem valorem extrinsecum ex Principis ordinatione; et in merito ordo ad circumstantias cognitas, et volitas intrinsecus est, et mutatis circumstantijs intrinsecè variatur meritum.

Sententia D. Thomae Proponitur.

Alia via incedit D. Thomas in hoc articulo dicens: quòd opus meritorium hominis dupliciter considerari potest; uno modo secundum quòd procedit ex Libero Arbitrio, alio modo secundum quòd procedit ex gratia Spiritus Sancti; si consideretur secundum substantiam operis, et secundum quòd procedit ex libero Arbitrio, sic non potest ibi condignitas esse gloriae, propter maximam inaequalitatem; sed est ibi congruitas propter quandam aequalitatem proportionis. Videtur enim congruum, ut homini operanti secundum suam virtutem, Deus recompenset secundum excellentiam suae virtutis, et de merito sic accepto; et de passionibus Sanctorum sic consideratis secundum earum substantiam, ut procedunt ex libero arbitrio loquitur Apostolus dicens: <u>Quod non sunt condignae passiones hujus temporis</u> etc. Ut ait D. Thomas ad 1um et haec consideratio, vel distinctio maxime apparet in actu meritorio virtutis naturalis, imperato à charitate; nam hic actus secundum suam substantiam, et ut procedit praecisè ex libero Arbitrio est naturalis; et habet maximam inaequalitatem cum vita aeterna; et consequenter secundum hanc considerationem nequit esse condignè meritorius ejus vitae aeternae

Adhuc tn̄ in actu Virtutis Supernaalis, qui etiā ē Supernaalis Sm̄ suā Speciem, invenit͠r hæc distinctio, et consideratio, quatenus, scilicet, talis actus super naalis convenit cū actu mere naali in roē gñca, aut Coi, et in obto naali; sic enī n͠ explicat Supernaalitatem, et tn̄ quā probabile defensavimus, in tractu de Visione Dei, posse naalē immerè concurrere ad actū Supnaalē Sm̄ roēm Coēm, in qua convenit cū actu naali, quæ ratio Cois sæpius à D. Thoma appellat͠r Substantia actus, et coent͠r Sm̄ hanc considerationem nequit actus charitatis mereri de Condigno Vitā Æternā propt͠r maximā inæqualitatem cū ipsa.

Si autē loquamur de opere meritorio Sm̄ quod procedit ex gratia Spūs Sancti, sic ē meritoriū de Condigno Vitæ Æternæ, sic enī Valor meriti attendit͠r Sm̄ Virtutē Spūs Sancti, moventis nos in Vitā Æternā, Sm̄ illud Joannis 4.° <u>fiet in eo fons Aquæ, salientis in Vitā Æternā</u>, nā Spūs Sanctus ē fons, cujus Aquæ, idest effectus, saliunt in Vitā Æternā- atten dit͠r etiā pretiū operis Sm̄ dignitatē gratiæ, per quā hōō consors factus Divinæ naæ adoptat͠r in filiū Dei, cui debet͠r hæreditas ex ipso Jure adoptionis Sm̄ illud ad Rom. 8. <u>si filii et hæredes</u>

S. Adhuc integra manet difficultas rationis dubitandi, q.ª meritū etiā Vt procedit ex motione, et gratia Spūs Sancti, n͠ æquat͠r cū Vita æterna, nā Visio Beata, et amor Beatificus etiā procedunt ex gratia, et motione Spūs Sancti, in quo conveniunt cū merito- et Vlterius Visio Beata excedit in perfectione quamcumque operationē meritoriā, Vt certū ē in doctrina D. Thæ, et in opinione Scoti amor Beatificus excedit in perfectione amorē Viatoris, cū ille sit æter nus, et iste temporalis, et ille tollat poēm peccandi, n͠ V.° iste - et ille sit ultimi finis, n͠ V.° iste: g.ª actus meritorius, etiā Vt procedat ex gratia et motione Spūs Sancti, nequit ex Condigno mereri Vitā Æternā.

R.et D. Thas hic ad 3.m quod gratia Spūs Sancti, quā in

Pracenti-

In praesenti habemus, etsi non sit aequalis gloria in actu; est tamen aequalis in virtute; ut semen arboris, in quo est virtus ad totam arborem. et similiter per gratiam inhabitat hominem Spiritus Sanctus, qui sufficiens causa vitae aeternae est: unde dicitur esse pignus haereditatis nostrae 2a. ad Corinth. 1. et ita meritum ut procedens a gratia, et motione Spiritus Sancti, inhabitantis, et moventis hominem ad consequutionem vitae aeternae; in virtute continet totam vitam aeternam; quae aequalitas virtualis sufficit ad meritum condignum vitae aeternae.

Sed haec solutio adhuc non videtur sufficiens, quia ad condignitatem meriti, requiritur quod valor moralis meriti adaequetur in aestimatione prudentum cum valore praemii, ad hoc autem non sufficit aequalitas virtualis, nam quia fructus est plantae; aut eius fructus non satisfacit condigne retribuendo gratiam seminis; virtute continens totam plantam et fructum. Ita autem viatoris, et merita, quamvis in virtute contineant vitam aeternam, in morali tamen aestimatione prudentum non adaequant vitam aeternam, cum omnes dicant vitam aeternam esse finem ultimum, cuius gratia homines laborant, ut ipsum consequantur, et finis ultimus in morali aestimatione excedit media: unde Apostolus 2a. Corinth. 4 ait: Quod momentaneum est et leve tribulationis nostrae supra modum in sublime aeternum gloriae pondus operatur in nobis. et D. Augustinus in Psalm. 93. dicit: quantum laborem damus? quodammodo unum sextarium ad percipiendos thesauros sempiternos. et eodem modo loquuntur Sancti Patres.

Confirmatur: quia dignitas meriti, gratia informante, potest a Deo remunerari de condigno alio minori praemio, quam sit vita aeterna: sed dignitas talis valoris non adaequatur cum vita aeterna, nam quod adaequatur cum minori, nequit esse aequale maiori. antecedens probatur. nam si Deus ordinasset remunerare opera iustorum, non vita aeterna, sed aliquo praemio accidentali, ut dixerunt aliqui de bonis operibus Angelorum usque ad diem Iudicii; talia opera non mererentur vitam aeternam, sed illud praemium accidentale: sed tali praemio accidentali, quod minus est vita aeterna; manerent talia merita de condigno remunerata.

Rx. in Solutione Sumpti Argumenti, divisi sunt Theologi, et Thomistae; Aliqui asserunt, inter meritum gratiae informatum, et praemium Vitae Aeternae esse Aequalitatem Simpliciter moralem Valoris, et aestimationis; quia Valor moralis meriti Consistit in Virtuali Continentia Vitae Aeternae, et ita meritum gratiae informatum, Continens Virtualiter Vitam Aeternam; tam moraliter aestimatur, quam aestimatur Vita Aeterna: ita Soto, Martinez, Vazquez, et Araujo; qui etiam addit gratiam, et merita, etiam in perfectione physica excedere Vitam Aeternam; quia existimat, gratiam esse perfectiorem Visione Beata; quod probabiliter defensavimus in tractatu de gratia.

Hic modus dicendi displicet, quia plus aestimatur finis ultimus, quam media, licet Virtualiter Contineant finem; et Valor mediorum resultat ex Virtuali Continentia finis; quia propter quod unumquodque tale, et illud magis. Ut magis aestimatur Salus, quam medicamenta Virtualiter Continentia Salutem; et ita plus aestimatur Vita aeterna, quam merita ipsam Virtualiter Continentia. Quod autem gratia sit perfectior Visione Beata, solum est probabile, et oppositum etiam defensavimus in tractatu de gratia, et est quaestio impertinens ad nostrum praesentem; quia Comparatio in praesenti fit inter meritum procedens a gratia, et inter Visionem Dei, etiam a gratia procedentem; non vero inter gratiam, et Visionem Simpliciter, et in hac Comparatione Visio Dei est perfectior merito. Loquimur etiam in praesenti de Vita Aeterna, et Beatitudine, non praecise, ut dicit Visionem Dei; sed ut dicit statum omnium bonorum aggregatione perfectum; prout sic enim cadit sub merito; et Beatitudo quoad statum, in omni sententia est perfectior gratia Viatoris; nam includit etiam ipsam gratiam, ut perfectam, et Consummatam; et ideo D. Thomas 1. 2ae. q. 113. art. 9. dixit: quod ablatio donum gloriae est maius, quam donum gratiae Iustificantis impium.

Alii vero dicunt, quod inter meritum Condignum, et Vitam aeternam non datur Aequalitas quantitatis, nec in perfectione physica, nec in Valore, et

Æstimatione morali, s.d solum datur Æqualitas proportionis, q.d expresse docet D. Thomas in 2°. dist.e 27. q.e 1. art. 3, et in 3°. dist.e 18 q.e 1. art. 2. et in 4°. dist.e 46 q. 1. art. 1. quaestiun.a 1 – et 1.a Corinth. 3. Lect.e 2 et 2.a Corinth. 4. Lect.e 5. – quem sequuntur Capreolus, Dnus Caiet.us, Soto, Serra, et alij; quia in meritis remunerandis per Iustitiam distributivam non requiritur Æqualitas quantitatis, seu Arithmethica cum praemio; s.d sufficit proportionalis, et Geometrica. – Aliquando enim contingit, q.d in distributione Beneficiorum tribuatur alicui Beneficium, excedens eius merita; quae inferiori beneficio manerent condigne remunerata, si concurrerent ex oppositoribus aliquis magis dignus; et aliquando merita excedunt beneficium, non servata condignitate ad dignius beneficium, et pinguius, si vacaret, et esset distribuendum; et semper salvatur Iustitia distributiva, dum magis digno ex oppositoribus datur maius beneficium, et minus digno, datur minus; quia salvatur Æqualitas proportionis; licet non salvetur Æqualitas quantitatis; Deus autem remunerat merita nostra, non per Iustitiam Commutativam; s.d per distributivam; ut ostensum est arto 1°. et conventur non requiritur q.d inter merita, et praemium Vitae Æternae detur Æqualitas quantitatis, s.d sufficit Æqualitas proportionis; quia maior gloria datur magis digno; et minor minus digno – et idem dicendum est de punitione peccatorum, quia inter peccatum, et paenam non datur Æqualitas quantitatis; s.d proportionis; cum maius malum sit malum culpae; quam malum paenae: V.e D. Thomas in 4°. dist.e 46 q.e 2. art. 2 quaestiunc.a 2. ad 1.m ait: – Vel dicendum, et melius, q.d Æqualitas iusta inter culpam, et paenam proportionalis est, non Æqualitatis, et attendenda est non secundum comparationem paenae ad culpam, s.d secundum proportionem duorum peccatorum ad duas paenas; ut scilicet, qui plus peccavit, plus puniatur, et secundum quod excedit in peccato, sic excedatur in paena. V.e condignitas demeriti non dicit Æqualitatem Arithmethicam cum paena, ut existimant Contrarij; s.d solum dicit Æqualitatem proportionis.

X.a Sane f. Sent.a Distinguimus, ad Condignitatem meriti re–

remunerandi ex Iustitia commutatiua requirit, q Valor meriti adaequet. in aestimatione Prudentis cum Valore praemij, Concedo ans; ad Condignitatem meriti remunerandi ex Iustitia distributiua, nego ans, et cog. V.e ista particula de Condigno e Valde aequiuoca; nam Vt applicatur Satisfactioni, et merito remunerando ex Iustitia commutatiua dicit aequalitatem quantitatis; et Vt applicatur beneficio gratuito digno Antidorali remuneratione dicit inferioritatem beneficij Comparatiue ad remunerationem, et Vt applicatur merito remunerando ex Iustitia distributiua, praescindit ab aequalitate, l. inaequalitate cum praemio. Vt autem applicatur demerito poena dicit excessum supra poenam.

Ad Confirm. Rx. quod Valor operis meritorij dupliciter Consideratur. Uno mo in actu 1.o ex se Sufficiens ad merendum praemium, et sic n requirit Diuinam ordinationem; aut promissionem praemij, S. reperitur in bonis operibus Beatorum, et Animarum purgatorij; et actus meritorius sub hac Consideratione, et Vt e gratia informatus nequit remunerari adaequate, et de Condigno alio praemio inferiori Vita aeterna; nam Sola Beatitudo e praemium proprium Viatoris; Vt ait D. Thom. 1. 2.ae q.e 2. art. 2. ad 1.m = et 2.a 2.ae. q.e 131. art. 1. ad 2.m — alio mo consideratur. Valor operis meritorij in actu 2.o et quoad efficaciam; quatenus actualiter e meritorium, et si perseuerat, Sed efficax ad infallibiliter praemium Consequendum, quia Supponit diuinam ordinationem, et promissionem, atque conditionem; Si autem Deus n ordinasset bona opera, gratia informata ad Beatitudinem, S. ad aliud praemium inferius; talia merita manerent Condigne remunerata praemio inferiori; atque ad Valorem, et dignitatem meriti in actu 2.o et quoad efficaciam, n V.o quoad Valorem talis actus in actu 1.o et quoad Sufficientiam.

S. Instabis; quia ad Condignitatem meriti Vita aeterna

n

Non sufficit Æqualitas proportionis: s. requirit. Æqualitas Quantitatis;
1. in perfectione phisica, 1. in Valore; et æstimatione morali - anis pbr. quia
Æqualitas proportionis cu præmio, etia reperit. in merito de Congruo: q. n. sufficit
ad meritu de Condigno, q. requirit maiore æqualitate, qua meritu de Congruo.
anis pbr. quia duplex æqualitas proportionis consideratr. in hac mat.; Alia
intr. hoie merente; et Deu præmiante; quia sicut hoo merens sm sua Virtute operatr.
in obsequiu Dei, ita Deus operatr. sm sua Virtute, et Largitate remunerando
hoie merente; et hac æqualitas proportionis, sufficit ad meritu de Congruo;
n. vo. ad meritu de Condigno, Ut exprasse docet D.Thas in hoc arto - quia
Congruu videtr. Ut hoi operanti sm sua Virtute, Deus recompensat sm ex-
cellentia suæ Virtutis; et ita hac æqualitas proportionis reperitr. in actu
meritorio sm sua substantia; et vt procedit ex libero Arbitrio, et solu
sic; et alijs locis adducitr. a D.Tha, ad ostendendu; q. intr. Deu, et hoie
merente; et intr. Patre, et filiu datr. quidq modus Iustitiæ Commutativæ; qa
hac Iustitia constituit æqualitate intr. dante; et recipiente; et quia intr.
Deu; et Creatura; Patre; et filiu nequit dari æqualitas quantitatis, qa Deo;
et Parentibus æqualia reddere n. possumus; ideo intr. ipsos solu datr. æqua-
litas proportionis; et quidq modus Iustitiæ commutativæ, insufficiens tn
ad saluandu in Deo, Iustitia Commutativa; quæ essentr. requirit æquali-
tate quantitatis intr. dante; et recipiente; 1. intr. datu; et acceptu, Vt explicat
D.Thas in 4.o dist. 46 q.e 1. art. 1. quæstiunc. 1 — Alia V.o æqualitas
proportionis e intr. duos hoies merentes, et duo præmia, qa ita se het magis
merens ad maius præmiu; sicut minus merens ad præmiu minus; et ita se het
magis peccans ad maiore pæna; sicut minus peccans ad minore, et hanc æqua-
litate proportionis respicit Iustitia distributiva; n. tn sufficit ad meritu Con-
dignu, quia salvatr. etia in merito de Congruo - Ut pt in Iustificatione
Impij; nq Unusquisque recipit gratia sanctificante sm propriam

Dispositione, Ut ait Sidenius Sess. 6. Cap. 7. et ita in infusione gratiæ Sanctificantis Servatur æqualitas Geometrica, et proportionis, nam magis se disponenti, datur maior gratia, et minus se disponenti, datur minor, et ita se habet magis dispositus ad maiorem gratiam, sicut minus dispositus ad minorem; et tamen dispositiones ad Iustificationem non merentur de condigno gratiam, sed ad summum solum de Congruo: ergo nulla æqualitas proportionis sufficit ad Constituendum meritum condignum Vitæ æternæ; et ad distinguendum ipsum a merito de Congruo.

R. Hoc Argumentum Convincere, ad meritum Congruum non sufficere quamcumque æqualitatem proportionis, sed illam, quæ includit æqualitatem Virtualem meriti cum præmio, quæ Virtualis æqualitas reperitur in merito de Condigno, non vero in merito de Congruo, quod nec formalem, nec Virtualem æqualitatem dicit cum præmio. Cæterum hæc Virtualis æqualitas non arguit formalem æqualitatem Arithmeticam meriti ad præmium, sive in perfectione phisica, sive in æstimatione morali; quia causa moralis meritoria non debet esse ita perfecta, et æstimabilis, ac eius effectus, cum cuius effectus sit finis meriti, et Consequenter inter meritum, et præmium formaliter solum datur æqualitas proportionis cum æquali Virtualitate, quæ est æqualitas causæ adæquatæ cum suo effectu, non cuius est effectus in genere causæ finalis. Sicut semen est causa adæquata Arboris in genere causæ efficientis instrumentalis, et Arbor est causa adæquata seminis in genere causæ finalis; et hanc solum adæquationem Virtualem in hoc causa, et effectus, Concedit Oviedo inter meritum Condignum, et præmium, et ita in re sequitur nostram sententiam quamvis dicat, quod sequitur 1. Sententiam.

2° R. quod ad meritum remunerandum ex Iustitia distributiva sufficit æqualitas proportionis inter duos homines merentes, et duo præmia suppositâ tamen proportione merentis in ordine ad præmium; et

Suffi-

Supposito, q^d praemiu sit bonu Coe distribuendu intr. partes Coitatis. Ut autem diximus Arto praecedenti, Solo n e proportionatus ad praemium Vitae Aeternae, nisi per gratiam praesuppositam; nec Vita Aeterna Computatur intr. bona Coia, nisi roe charitatis; quae e amicitia cum Deo, et Amicitia facit, q^d ea, quae Sunt Amicorum, sint Coia; Supposita in gratia, et charitate in Solo, omnia Eius opera ex gratia, et charitate provenientia, Sunt meritoria de Condigno Vitae Aeternae; qmuis n Seant Aequalitatem Quantitatis cum gloria, Sd Solum Aequalitatem proportionis; nam ad Iustitiam distributivam n requiritur Aequalitas quantitatis; Sd Sufficit aequalitas proportionis. In infusione autem gratiae Iustificantis; qmuis Deus observet Aequalitatem proportionis intr. gratiam, et dispositiones; et aliquem modum Iustitiae, Ut dicit D. Thom. 1. p.^e q.^e 21. art. 4. ad 1^m. n tn Supponitur ex parte Soli Iustificandi proportio cum gratia, nequem cum praemio; Sd potius Supponitur improportio propter peccatum; roe cuius impio debetur privatio gratiae; nec Supponitur, q^d gratia facta sit bonum Coe distribuendum intr. Amicos, cum impius Iustificandus potius sit Dei inimicus; Ue. dispositiones praecedentes Iustificationem ex parte Operantis n Sunt proportionem cum gratia, et Coentr n posse ipsam mereri de Condigno.

Quae Solutio in re Coincidit cum praecedenti, nam eo ipso, q^d actus bonus procedat a Viatore, Ut Deo grato, et amico Dei, informat gratia, et charitate; et Set Aequalitatem Virtualem, et adaequationem caalitatis moralis cum Vita Aeterna, q^d Solum probant Argumenta, quae adduxit Sentca, et ita necessarium n e ipsa proponere.

2.º instabis Quia praemium Correspondens nostris meritis, n Solum e Beatitudo formalis; Sd etiam obiectiva, quae e ipse Deus; Sd merita nostra, gratia infusa n posse habere Aequalitatem formalem, aut Virtualem cum ipso Deo, qui e infinitus per essentiam; et a nulla caa pot dependere

V.º Genesis 15. dixit Deus ad Abraham: Ego Protector tuus sum, et merces tua magna nimis. in qua nimietate explicatur excessus suus mercedis; aut praemii, vel meriti humani: ergo merita nostra non possunt esse condigna ad praemium Beatitudinis.

Nec valet dicere: quod licet merita nostra nequeant habere aliquam aequalitatem cum ipso Deo sumpto in se; bene tamen cum ipso, ut finito modo viso; et consequto, et solum est merces, aut praemium, ut finito modo visus consequutus.

Nam contra est quia Deum esse visum, et consequutum finito modo; quae est denominatio extrinseca proveniens a visione Dei non est ratio formalis, constituens Deum in ratione praemii, et mercedis; sed solum est conditio applicans praemium merenti; ratio vero formalis constituens Deum in ratione praemii est sua infinita bonitas, nam ratione ipsius est ultimus finis satians appetitum humani, et Beatitudo obiectiva. Sicut enim in creatis ratio formalis finalizandi non est apprehensio bonitatis finis, sed ipsa bonitas finis; ita in Deo; ratio formalis finalizandi ultimo, et satiandi appetitum humanum non est apprehensio, aut assequutio finita; sed infinita eius bonitas; quae Deum constituit in ratione ultimi finis, et Beatitudinis obiectivae. Quod etiam constat ex eo quod praemium Beatitudinis supernaturalis est obiectum spei theologicae; spes autem theologica, quamvis respiciat Deum, ut videndum, et assequendum; non tamen ita, quod visio, et assequutio finita est ratio formalis obiecti spei; sed solum conditio; alias obiectum formale spei esset aliquid creatum, et finitum, et non esset virtus theologica: ergo Deus, ut sumptus in se infinitum bonitate est praemium Beatorum, quamvis ab ipsis modo finito consequatur; sed nullum meritum adaequari potest formaliter, aut virtualiter cum bonitate infinita Dei: ergo nullum meritum potest esse condignum respectu boni aeternae Beatitudinis.

Confir.

Confirmatur quia si Deus posset esse praemium condignum Beatorum, quia finito modo videtur, et unitur per modum speciei impressae, et expressae; ergo persona Verbi divini Hypostatice unita humanitati, posset esse praemium condignum meriti alicuius purae Creaturae; et ita antiqui Patres, saltem de potentia absoluta, potuissent mereri de condigno Verbi incarnationem; quia ergo persona Verbi, modo finito unita est humanitati, et qua unita reduplicative est aliquid finitum, et limitatum, quod potest cadere sub merito condigno purae Creaturae, quod concedere absurdum est.

Respondetur hoc argumentum ergo probare, quod Christus Dominus non meruit nobis de condigno Beatitudinem obiectivam; quia licet eius meritum fuerit infinitum moraliter, non tamen adaequavit infinitatem divinae bonitatis, quae est infinita per essentiam, et infinite excedit meritum Christi. Unde dicendum est ad solutionem datam, et ad replicam nego antecedens; ratio enim formalis constituens Deum in ratione praemii, et mercedis non est divina bonitas secundum se, sed reduplicative prout consequuta, apprehensa, et unita finito modo, quod Deus habet rationem praemii et mercedis secundum illam rationem, secundum quam potest esse effectus meritorum, cum meritum sit causa efficiens moralis praemii; Deus autem secundum nullam praedicatum sibi intrinsecum potest esse effectus meritorum; nam quidquid est in Deo est Deus, estque a se, et non ab alio: unde D. Thomas 1. p. q. 23. art. 5. ait: nullus fuit ita insanae mentis, qui diceret, merita esse causam divinae praedestinationis ex parte actus praedestinantis. et consequenter Deus solum potest esse praemium, merces, et effectus meritorum, ut apprehensus, et consequutus finito modo, sub qua ratione dicit aliquid extrinsecum, finitum, et limitatum —

Ad 1. probationem Respondetur concedendo Deum in ratione ultimi finis, et Beatitudinis obiectivae formaliter constitui per divinam bonitatem, infinitam per essentiam; et unionem, vel apprehensionem finitam divinae bonitatis esse solum conditionem; quia ipsa ratio ultimi finis, et Beatitudinis obiectivae est obiectum formale visionis Beatae, et amoris Beatifici, et ratio formalis constitutiva obiecti, nequit esse ipse actus ab illa specificatus. et similiter bonum non ultimum, sed ulterius ordinatum ad finem; et bonum ultimum; sic visio Beata

ordinat. ad Deum; nequit formalit. constituere finem ultimum; alia tamen ratio est de Deo, si consideret. in ratione praemij, et mercedis; sic enim debet per aliquid causabile à meritis creaturae constitui; quod necessario debet esse aliquid creatum: Vel ratio ultimi finis, et Beatitudinis obiectivae solum materialit., et ex parte subiecti: tantum coincidit cum ratione ultimi praemij, et mercedis Beatorum.

Ad 2um probatum Respondeo quod obiectum formale Spei Theologicae est Deus; Vt ultimus finis, et ut Beatitudo obiectiva, consequenda per divinum omnipotentem auxiliantem, sub qua ratione, Deus dicit bonitatem increatam; non tamen est obiectum formale Spei, reduplicative, Vt est praemium meritorum, nam Spes potest esse in non habente merita, sicut erat in animabus puerorum circumcisorum, quae erant in sinu Abrahae; et in anima Purgatorij illius, qui per totam vitam fuit in mortali peccato, et in instanti mortis Justificatus est per Sacramentum poenitentiae, cum sola attritione, qui etiam dum vixit, habuit spem absque ullo merito.

Ad Confirmationem nego sequelam; quia licet Vnio Hypostatica sit aliquod finitum, est tamen donum ordinis superioris, habens aestimabilitatem moralem infinitam; quae virtualit. contineri non potest in gratia, et meritis purae creaturae; et consequenter nulla pura creatura potest ipsam de condigno mereri, et rationi cuiuslibet purae creaturae est praemium improportionatum; Visio autem Dei virtualit., et radicalit. continetur in gratia, et in merito gratia informato, et consequenter est praemium proportionatum, et potest cadere sub merito condigno purae creaturae.

Dices: Sane senteria dicentium; meritum non esse causam efficientem moralem praemij, sed solum reduci ad genus causae dispositivae, quatenus disponit moralit. subiectum, et ipsum facit dignum visione Beata, et Visione essentia Divinae per modum speciei impressae, et expressae, quod non est habere aliquam causalitatem in Deum, sed in subiectum: ad modum quo lumen gloriae disponit illum ad unionem essentiae divinae per modum speciei impressae absque aliqua causalitate in Deum; Vt ait D. Thomas 1. parte quaestio 12 articulo 5. potest concedi, quod ipse Deus est merces, et

Præmiy meritory; rōe Suæ bonitatis increatæ, et infinitæ; qmuis Connotet in obliquo; tnqug effecty, Visiong, et assequtiong ~~[illegible]~~ finitaz, illius Creati — Qua Sentª. Supposita pōt 1º. dici; quōd meriy nostry ē condig: ny vi Vitæ æternæ; quæ Consistit in Visione Dei, n Vº. in ipso Deo Visso, nisi Soly Cœaliter; Ø Illud Joannis 17. Hæc ē Vita æterna; Ut Cognoscant te Soly Dey Very — vi Vº. Beatitudinis obiuæ; et ultimi finis qui; meriy nostry n ē condigny; et rōe Suiy mercedis, et præmij dicitr. Deus præmiare ultra Condigny; et D. Thōs in hoc arto Soly Loquitr. de Vita æterna; n Vº. de Beatitudine obiua; aut ultrō fine qui.

2º. pōt dici meriy nostry ēē Condigny vi ipsius Dei, Ut est ultis finis, et Beatitudo obiua; quia licet grana, et meriy ipsa informaty n Contineat in Virtute, ipsy Dey, tnqug effecty; continet tn ipsy Dey Virtualitr. tnqug Causay gratiæ præcipug, et meritory, et Beatitudinis fitlis: Cā enj Virtualitr Continetr. in Suo effectu proprio, qui ē fitlis participatio ipsius: St grana ē fitlis participatio naē diuinæ — et etig Continetr. in effectu, qui ē motio Virtuosa agentis vi finis, abipso intenti: St ē motio Spūs Sancti inhabitantis, et mobentis hōig ad Consequtiong ultimi finis. Hæc autg Virtualis Continentia Sufficit ad meriy Condigny ultimi finis, et Beatitudinis obiuæ; supposito, q. meriy n sit cāa præmij, quia Ut diximus in 2ª. Solutione præcedentis objectionis, Supposita proportione merentis in ordine ad præmiy, et q. præmiy sit bony Coē distribuendy intr. inferiores; ad meriy Condigny Sufficit æqualitas proportionis, et n requiritr. æqualitas Qntitatis, et talis proportio invenitr. intr. meriy grana infōty, et intr. Beatitudinj obiug, et ultiy finj; rōe Virtualis Continentiæ in grana, et meritis; ng consideratr. Beatitudo obiua, et ultii finis, Ut ē bony nostry cōalitr, et prout sic Virtualitr continetr. in effu; qug cāat in Beatis, et prout sic contineny hēt proportiong cy meritis — et hæc Solutio Viderr. D Thōæ 1ª. Corinth. 3. Lectª. 2. ng explicans illa Verba: Unusquisque propriā mercedē accipiet Sm suy laborē; docet: q. hæc merces ē ipse Deus

X^a. illud Genes. 15. et merces tua multa nimis - et Isaiæ 28. in illa die erit Dominus exercituum Corona gloriæ; et Sertum exultationis populo suo - et ulterius Ait: quod hæc particula Sim suum Laborem non designat æqualitatem quantitatis Laboris ad mercedem; sed æqualitatem proportionis, Ut scilicet, Ubi est potior Labor, sit potior merces; quod Loquendo de mercede, quæ est ipse Deus debet intelligi formaliter; quia scilicet, in eo, qui plus Laboravit creat maiorem Beatitudinem formalem; nam Deus Sim se nequit esse potior uni Unius, quam uni alterius.

Denique Arguitur ex communi Theologorum Axiomate, Deus præmiat ultra Condignum, et punit Citra Condignum: ergo merita nostra non sunt condigna præmio æternæ Beatitudinis.

An Deus præmiet Ultra Condignum?

Hoc Theologorum Problema, Contemnunt Vega, et Oviedo; quia Unde dimanaverit, nesciunt quod facile Scirent, Si legissent Magistrum in 4. dist. 46 cum Cassiodoro, dicentem: Quod in omnibus operibus Dei inveniuntur simul Justitia, et Misericordia; X^o. illud Psalmi 24. Universæ Viæ Domini, misericordia, et Veritas - et præcipue resplendet misericordia X^o. illud Psalmi 144. et miserationes eius super omnia opera eius — Ex quo infert Magister; quod Deus etiam in punitione Damnatorum exercet misericordiam puniendo citra condignum; quod non esse alienum à mente D. Augustini ostendit: Quia Sanctus Doctor admittit quod illud Psalmi 76. numquid obliviscetur misereri Deus, aut Continebit in ira sua misericordias suas? - Extendatur etiam ad Damnatos, ita Ut manente ira Dei circa damnatos, non Contineat Deus misericordias suas in æterno Supplicio, finem dando, Ut dicebant Hæretici; sed Levamen adhibendo, vel interponendo Cruciatibus; Quam doctrinam Magistri sequuti sunt Universi Theologi; et quod Deus puniat citra Condignum explicat D. Thomas ibi q. 2 art. 2 quæstiuncula

Ad 1.^m ita ut intelligatur de Condignitate peccanti simile; non vero supposita mitigatione; et taxatione poenae facta citra condignum per divinam misericordiam; cum enim peccatum dicat gravitatem infinitam; aut superioris ordinis, ex se meretur annihilationem peccatoris; et quamcumque poenam in acerbitate, excedentem poenam damnatorum; sed divina Misericordia ipsam mitigavit infligendo minorem poenam; et ita ablure punit citra condignum; et condigne posset infligere maiorem poenam; supposita vero taxatione, et mitigatione poenae non punit citra condignum; sed poenam infallibiliter infligit iuxta illud Mathaei 5.º non exibis inde, donec reddas novissimum quadrantem – Quando dicitur in Scriptura; quod Deus reddet unicuique suam opera sua. et Apoc. 18. quantum glorificavit in delitijs suis, tantum date illi tormentum; et luctum. non debet intelligi; quod sit aequalitas quantitatis inter culpam; et poenam; sed quod est aequalitas proportionis; aut proportionalitatis; supposita mitigatione Divinae Misericordiae; iuxta quam magis peccanti dabitur gravior poena, et minus peccanti levior, ut ibi exponit D. Thomas.

De remuneratione Meritorum est maior difficultas; nam Suarez sic cap.^e 31. ita conatur exponere dictum axioma, ut in re sit falsum; prout sonat, sed Magister ibi enim docet: quod Deus in remuneratione meritorum non solum exercet Iustitiam; sed etiam Misericordiam iuxta illud Psalmi 102 Qui coronat te in misericordia, et miserationibus; et Caeterum; sit sicut Deus punit citra condignum, etiam praemiat ultra condignum; et ita tenent D. Thomas, D. Bonaventura, et D. Albertus, Alensis; Scotus, Durandus; et caeteri Theologi Scholastici – quod confirmant ex illo Lucae 6. date; et dabitur vobis mensuram bonam, et confertam et coagitatam, et superefluentem dabunt in sinum vestrum. Ubi D. Cyrilus in Catena D. Thomae ait: quod autem ampliori manu recompensationem accipiemus à Deo; qui largifluè donat diligentibus eum; ostendit, subdens: mensuram bonam &c.^a – in quibus verbis rationem, quam unus è D. Thomas assignavit, quia scilicet, magnitudini divinae bonitatis, Misericordiae, et Liberalitatis congruit, ut suis amicis; ipsis diligentibus non solum tribuat id; quod ipsis ex Iustitia debetur, sed etiam largiflue donet, et ampliori manu aliquid superaddat: ut videmus in Principibus terrenis, qui suis Amicis plus donant, quam merentur, quia ita decens est Regiae magnitudini.

Nec obstat, quod testimonia adducta Sacrae Scripturae possint aliter exponi; quia ut docet D. Thomas 1. p. q. 1. art. 10 cum D. Aug.no sub eadem litera Sacrae Scripturae possunt contineri plures sensus literales, fide catholica credendos, et credi non potest, quod intelligentia omnium scholasticorum praedictis locis adhibita, non sit sensus literalis; nam theologi scholastici solum utuntur Sacra Scriptura in sensu literali; nam ex solo sensu literali potest trahi argumentum, ut cum D. Aug.no docet ibi D. Thomas ad 1.m atque inde negare, quod Deus praemiat ultra condignum, contra communem sententiam scholasticorum hoc deducentium ex Sacra Scriptura est periculosum in fide.

Difficultas tamen est in explicando verum sensum praedicti axiomatis, qui deducitur ex Sacra Scriptura; theologi enim varias tradunt expositiones; 1.a est, quod Deus praemiat ultra condignum, quia praemiat ultra condignitatem intrinsecam meriti; licet non ultra extrinsecam; quia meritum ex gratia, et libero arbitrio non habet dignitatem intrinsecam, nec tanti praemii, ut est vita aeterna; ex acceptatione tamen, et ordinatione divina habet valorem condignum extrinsecum nec talis praemii, ita D.or Scotus in 1. dist. 17 q. 2 cui ex parte accedit Martinez, asserens quod meritum ultra dignitatem, et valorem intrinsecum a gratia provenientem habet ulterius valorem extrinsecum, provenientem ex pacto, et ordinatione divina; et consideratum secundum utrumque valorem, tam intrinsecum, quam extrinsecum habet aequalitatem cum praemio, et non remuneratur ultra condignum; consideratum vero praecise secundum valorem intrinsecum non adaequat praemium vitae aeternae, et ideo praemiat Deus ultra condignum.

Sed sic valor extrinsecus meriti, sive totalis, sive partialis supra manet rejectus, et ipso gratis admisso non salvatur veritas praedicti axiomatis, nam ad ipsum verificandum, requiritur, quod Deus in remuneratione meritorum secundum ordinem executionis praemiet ultra condignum, nam praemiare dicit executionem praemii; quae supponit merita in executione, sed merita in executione

posita

Posita supponuntur ex toto suo Valore, sive intrinseco, sive extrinseco: ergo si suppositis meritis in executione ex toto Valore, Deus tribuit premium aequale, et condignum, et non superaddit aliquid amplius in executione, non praemiat ultra condignum, sed intra condignum; quamvis praesuppositive Valor meritorum proveniat ex gratia Dei, sive intrinseca, sive extrinseca; ratione cuius ipsa Vita aeterna dicitur gratia in radice; quamvis sit Corona Iustitiae; intra explicationem D. Augustini dat. art. 1°.

Confirmatur nostrum quod Deus praemiet ultra condignum, infertur ex eo, quod etiam in remuneratione meritorum non solum reluceat opus Iustitiae, sed etiam Misericordiae, et Liberalitatis, ut dictum est; at si Deus in executione tribueret praemium solum aequale, et condignum, attento Valore, tam intrinseco, quam extrinseco operis, in remuneratione meritorum, reluceret opus Iustitiae tribuendo praemium debitum; non tamen exerceret Deus actum Misericordiae, et Liberalitatis, ex nihil tribueret suis Amicis ultra debitum ex Iustitia; quamvis praesuppositive in collatione meritorum, Deus exerceat misericordiam suam, et Liberalitatem, quia merita nostra sunt dona gratiae Dei: ergo ad salvandum Deum praemiare ultra condignum, requiritur quod ultra totam condignitatem meriti, tam intrinsecam, quam extrinsecam, et ultra praemium debitum aliquid superaddat ex Liberalitate, et Misericordia: sicut enim Deus in executione non puniret citra condignum, si redderet totam poenam debitam gravitati peccati, et nihil poenae debitae gratis remitteret, ita non praemiaret ultra condignum in executione, si solum praemium debitum redderet, et nihil amplius ex sua Largitate, et Misericordia superadderet. Et certe Scotus in 4° dist. 46 q. 4 in fine, videtur reformasse suam sententiam nostram explicans illud Apocalyps. 18: Quantum glorificavit se in deliciis suis, tantum date illi tormentorum, et fletum; dicit: quod tantum, et quantum non nominant aequalitatem

Quantitatis; s. proportionis; hoc e; q. qui plus se inordinate glorificavit; quam alius; ille sm proportionem similem plus alio puniatr. - Et licet praemium excedat meritum; qui plus alio meruit; plus proportionabiliter praemiatr. - Ubi eodem mo loquitr de supplicio, et praemio, Sterig D. Thas, ex quo desumpsit solutionem.

2a. Explicatio e; q. Deus praemiat ultra condignum bona opera considerata praecisse sm substantiam; ut procedunt ex libero arbitrio, quia prout sic n merentr gloriam ex condigno, ut ait D. Thas in hoc arto, n tn praemiat ultra condignum; si considerentr opera, ut informata gratia; et charitate.

S. hac expositio eodem vitio laborat; quia Deus in exequutione praemiat bona opera sm totum valorem; quem hent ex gratia; et bonitate morali: ve. si solum tribuit praemium debitum, et condignum operibus sm totum valorem in remunerazione meritorum, solum exercet actum iustitia; n vo liberalitatis, et misericordia.

3a. Expositio e, Deum praemiare ultra condignum; eo q praemium vitae aeternae excedit finalr in quantitate merita nostra; eo q infrata gratia; ing meritum e temporale, et amisibile; praemium vo e inamisibile, et aeternum, et intensio; l. acervitas passionum huius vitae, n adaequat intensionem gaudij beatorum; merita vo in virtute adaequant praemium vitae aeternae; et prout sic n remunerantr ultra condignum.

Haec etiam expositio simili vitio laborat; quia meritum condignum in virtute continet aeternitatem praemij; et intensionem gaudij beatifici, q sufficit, ut ipsi ex iustitia debeatr aeternitas, et intensio beatitudinis; et consequenter Deus tribuendo hoc praemium exercet actum iustitiae; n vo actum liberalitatis; et misericordiae praemiando ultra condignum; et debitum.

Quarta expositio e; q. Deus praemiat ultra condignum; intra latitudinem tn iustitiae; quia Deus potuit intra latitudinem iuris praemium minori gloria condigne remunerare merita; nihilominus tn voluit iuxta promittere mensuram bonam; et superefluentem; intra latitudinem tn iustae mensurae; q. satis erit ut ultra condignum praemium conferre dicatr. - Et qui emit aliquid; cujus ipsum

mitissimo

Minimo praemio comparare; velit tamen solvere rigorosum, et summum; merito dici potest ultra condignum; idest ultra aequitatem debitum re solvere voluisset.

S.^d Haec expositio falsum supponit; q.^d sicut in rebus venalibus datur valor, et pretium justum, quod dividitur in supremum, medium, et infimum, ita etiam valor meriti, et praemium ipsi debitum habet latitudinem supremi, medii, et infimi, intra latitudinem justitiae; hoc enim contingit in actibus venalibus, ratione nostrae ignorantiae; quia adamussim non cognimus laborem rei intrinsecum, et pretium ipsi totaliter adaequatum; et ita circa justum pretium sunt diversa judicia, et sententiae peritorum in arte, secundum quas sententias dividitur pretium justum in supremum, medium, et infimum — Deus vero comprehensive cognoscit valorem, et dignitatem meriti, et praemium ipsi totaliter adaequatum; quod tribuit dum remunerat ex justitia; et de condigno: unde si tribueret praemium inferius, non remuneraret ex justitia, et si tribueret praemium maius, donaret praemium indebitum; quod ad excessum ex liberalitate, et misericordia

Adhuc tamen hoc admisso, gratia, et liberalitas Dei esset promittere praemium supremum bene operanti, cum posset promittere praemium infimum, et justum — Caeterum supposita promissione, et pacto, et posito bono opere, reddere praemium supremum esset actus justitiae, non vero misericordiae, et liberalitatis; ut etiam fatetur Suarez; et consequenter Deus in exequutione non praemiaret ultra condignum ex liberalitate, et misericordia; et in remuneratione meritorum reluceret justitia, non vero misericordia, quod tamen esse falsum, ostensum est.

S. Objicies: q.^d Deus punit citra condignum, quia licet infallibiliter infligat totam poenam taxatam; potuit tamen infligere maiorem poenam, quae etiam esset condigna rationi peccati: ergo similiter Deus remunerabit ultra condignum; quia licet praemium taxatum infallibiliter tribuat, potuit tamen promittere praemium inferius, quod de condigno remuneraret merita intra latitudinem justitiae.

Rx. neg.do cons. quia diminutio pœnæ correspondentis gravitati culpæ est effectus misericordiæ, et liberalitatis Divinæ, quia licet punitio peccatoris secundum se sit actus Iustitiæ, ut tamen dixit diminutionem, aut negationem maioris pœnæ condignæ est actus Misericordiæ, et punitio citra condignum proveniens ex Misericordia - tribuere vero maius præmium condignum cum potestate tribuendi minus præmium, eius condignum non est effectus Misericordiæ, et Liberalitatis; sed præcise Iustitiæ, cum ex parte obiecti, semper respiciat præmium debitum ex Iure, quod est obiectum Iustitiæ, et ita non verificatur quod in executione Deus præmiet ultra condignum ex Misericordia, et Liberalitate; quamvis promissio maioris præmii antea esset gratia, et Misericordia Dei, potentis promittere minus præmium condignum.

Dicendum 5.o est quod Deus præmiat ultra condignum, quoad maiorem intensionem gloriæ essentialis, et accidentalis; quia, scilicet, ultra gradus Visionis Beatæ, et Amoris Beatifici, debitos ex Iustitia, et de condigno meritis Iustorum; superaddit Deus alios gradus intensionis indebitos - et similiter tribuit aliquid gloriæ accidentalis supra gradus debitos; servata tamen proportione; ita ut habenti ampliora merita ex Liberalitate, et Misericordia plures gradus intensionis tribuat, quam habenti minora merita: cum enim ratio præmiandi ultra condignum sit Amicitia; et magnitudo Dei; magis Amico, habenti maiora merita; plus liberaliter tribuit, quam minus Amico habenti minora merita - et ratione suæ proportionis, verificatur quod reddit unicuique secundum opera sua, et illud 2.a Corinth. 9. qui parce seminat, parce et metet. cum enim in punitione malorum verificetur quod Deus reddit unicuique secundum opera sua; quamvis puniat citra condignum, ut fatetur Suarez, quia diminutio pœnæ est proportionalis, et ita maiori peccatori datur maior pœna, quam minori - Cur similiter

Non sufficiet, ad Verificandum; quod Deus reddet Unicuique Secundum opera sua in remuneratione Iustorum; et ita praedictum Axioma intellexerunt D. Thomas; et Ceteri Antiqui Scholastici; quos sequuntur Sic Dominus Caietanus; Vazquez, Lorca, Montezinos, Belarminus, et plures Alij - et 2o. Sane explicatione intelliguntur testimonium D. Hylarij in Psalm. 51. in fine dicentis: quia quamuis probabilis per Iustitiae operationem Vita Iustorum sit; tamen per misericordiam Christi plus meriti consequitur - et S. Fulgentius Lib. 1. ad Monymum cap. 10 ait: quod Vita aeterna dicitur gratia, et Deus coronat Beatos in Misericordia, non solum quia merita nostra sunt dona gratiae Dei; quae est explicatio D. Augustini, sed etiam quia tamen ibi gratia diuinae retributionis exsuberat incomparabiliter, et inefabiliter omne meritum excedat. - et Utramque explicationem adhibet D. Thomas opusc. 2 cap. 214. - et loquuntur de gratia: mio essenti exsuberante; et excedente merita, cum loquantur de Vita aeterna; quae est gloria essentialis -

Contra istam explicationem solum obijcitur: quod Deum praemiare ultra condignum; quantum ad intensionem praemij; solum diuina reuelatione Cognosci posset; de qua reuelatione; nihil nobis constat - Tum etiam; quia gratia; et gloria Beatorum debent habere intensionem aequalem; ad quam seruandam debet Deus tribuere augmentum gratiae ultra condignum; quod augmentum deberet dare in hac Vita; in qua homo Crescit in gratia; quod Videtur falsum; quia est contra Communem modum recipiendi augmentum gratiae; 1. ex opere operato per Sacramenta; 1. ex opere operantis per actus, quibus homo meretur augmentum gratiae; et disponitur ad ipsum recipiendum - Tum etiam quia D. Thomas in hoc articulo Comparat meritum semini, et praemium Arbori; Sed Arbor non excedit Virtutem seminis: ergo nec praemium Virtutem meriti.

Et si Dicas: D. Thomam solum ponere aequalitatem; et

et condignitatem cum gloria, non cum omni gradu gloriæ, quod superadditur ultra condignum.

Contra est; quia si quis est gradus excedens condignitatem meriti, talis gradus non erit de condigno, sed de congruo, quod tamen est falsum; nam omnis gradus gloriæ dignitati operis correspondet; aliàs excessus ille non erit corona, nec præmium; quod est contra suppositum axiomatis; Deum scilicet, præmiare ultra condignum.

R. Deum præmiare ultra condignum inferri ex testimonijs Sacræ Scripturæ supra adductis iuxta intelligentiam Sanctorum Patrum; et Scholasticorum.

Ad 2um R. quod Deus etiam tribuit augmentum gratiæ ultra condignum; ut salvetur æqualitas inter gratiam, et gloriam; et hoc augmentum gratiæ ultra condignum dari in hac vita existimant aliqui. Communis tamen sententia tenet; quod hoc augmentum gratiæ ultra condignum datur in ingressu Patriæ, quia tunc exercet Deus opus iustitiæ simpliciter tribuendo præmium ultimum, et simpliciter tale, et simul etiam exercet opus misericordiæ; augmentum vero gratiæ in via est quoddam præmium intermedium; et secundum quid; quod datur iuxta dispositionem recipientis, et ita non excedit dispositionem merentis; et consequenter nequit esse ultra condignum; imo augmentum gratiæ, debitum actibus remissis datur in ingressu gloriæ; ut latius dicemus articulo sequenti.

Ad 3um R. iuxta solutionem ibi datam, et ad replicam R. quod talis gradus gratiæ, et gloriæ superadditus ex misericordia, et liberalitate Dei non est corona, aut præmium simpliciter; et de condigno, sed solum secundum quid, et de congruo, congruitate extrinseca, desumpta ex magnitudine divinæ misericordiæ, et liberalitatis erga eius amicos; et in hoc sensu dicitur Deus præmiare ultra condignum et hæc de hoc dubio.

Dubium Primum.

An Valor meriti sumatur formaliter ex Gratia, et meritis Christi Dni.?

Gratia Xpti dicitur, quae nobis confertur propter Xpti merita; et talis est omnis gratia, quae data est hominibus post Adami peccatum; gratia vero Dei gratuita dicitur, quae datur a Deo independenter a meritis Christi, et talis fuit in nostra sententia gratia primo collata Angelis, et Adamo in statu innocentiae ante praevisum peccatum originale; et in praesenti non inquirimus, an sit maior gratia Christi, quam gratia Dei primo collata Angelis, et Adamo; sed supponimus, quod salvo dono perseverantiae, quod non est datum Adamo, ~~Praesupponimus~~ in statu innocentiae; maior est in hominibus gratia Xpti iuxta illud Joannis 10. Ego veni, ut vitam habeant, et abundantius habeant – et ad Rom. 5. Ubi abundavit delictum, superabundavit et gratia. – et D. Aug. de Corrept. et gratia cap. 11. ait: Haec est prima gratia, quae data est primo Adam, sed haec potentior est in 2.o Adam, idest Christo – Quia tamen in praesenti non loquimur de dono perseverantiae, sed de gratia sanctificante, et auxiliante requisita ad efficiendum bona opera, quae potest esse aequalis gratiae Dei, primo collatae Adamo, inquirimus, an stante aequalitate gratiae, intentione actus, et caeteris paribus, actus sit magis meritorius, ex eo quod procedat ex gratia Christi, per quam iustus efficitur vivum Christi membrum.

Supponimus autem ex dictis contra Haereticos, totam dignitatem, et valorem nostrorum meritorum non desumi formaliter ex meritis Christi, nostris bonis operibus extrinsece applicatis per fidem; sed in bonis operibus per gratiam elicitis esse valorem intrinsecum, desumptum ex morali honestate actus, et gratia Dei; qui valor intrinsecus fuit in meritis Adami in statu innocentiae independenter a meritis Christi: Unde difficultas solum procedit de valore

Partiali meritũ, Supponente in bonis operibus gratia elicitis aliquem Valorem intrinsecum.

1ª. Sentª. Asserit: merita nostra habere aliquem Valorem maiorem ex eo qd. procedunt ex gratia Christi; intr. Authores huius Sentª. sunt diversi modi dicendi; hi Scotistæ negantes bonis operibus â gratia elicitis Valorem intrinsecum Condignum, et adæquatum cum præmio Vitæ æternæ, Asserunt: qd. Valor condignus meritorum partim consurgit ex bonitate intrinseca actus, et gratiæ, partim Vº ex meritis Christi nobis applicatis; rõe, quorum Deus nobis promittit gloriam, et acceptat nostra opera, tanquam Condigna Vitæ æternæ; quia Tridentinum Sessª 14 capª 8. loquens de bonis operibus, quæ sunt fructus pænitentiæ ait: qd. â Christo Vim habent, ab illo offeruntur Patri, et per illum acceptantur â Patre.

Sed hæc Sentª. Asserit: ~~meritum nostrum~~ supra rejecta est, et testimonium Concilii, quo hic frequenter Vtuntur Authores huius Sentª, non Videtur esse ad rem; quia Concilium non ait; qd. fructus pænitentiæ habeant Vim â Christo in genere Causæ finalis significantis opus, sed solum in genere Causæ efficientis meritoriæ, qd. omnes fatemur — Tum ergo quia Concilium ibi non loquitur de merito, sed de Satisfactione, quæ est pars pænitentiæ, de quibus est dispar ratio, quia Vt docet D. Thõs 3. pª. qª 48. art. 2 ad 1ᵘᵐ Satisfactio consistit in actu exteriori, ad quem assumi possunt instrumenta, inter quæ computantur etiam Amici — et ita Vnus pot. Satisfacere totaliter, aut partialiter per alium, et pro alio: Vª. membra Christi Satisfaciunt per suum Caput, et Christus Satisfacit pro suis membris, et consequenter Satisfactio nostra, quæ Sumpta se non est condigna pro peccato mortali, simul conjuncta cum Satisfactione Christi pot. Conflare condignam Satisfactionem — meritum Vº est actio personalis interna, quam merens debet per se ipsum exercere; et ita Vnus non pot. mereri pro alio, aut per alium, aut in Capite, Vt supra ostendimus

Et Coenter meritum Unius nequit reddi Condignum per Conjunctionem ad meritum Alterius — Et Unus Solo nequit Confiteri, aut Conteri pro Alio; Aut per Alium; Ut ibi ait D. Thomas: Unde quamvis admitteretur praedicta Sententia in Satisfactione; neganda esset de Merito.

Authoritas etiam praedicta non favet Scoto, nam Scotus asserens bona opera habere Valorem meritorium ex divina acceptatione propter merita Christi, non loquitur de acceptatione supponente bona opera, et praescientiam ipsorum; sed de acceptatione, Ordinatione, aut promissione Divina, praecedente elicientiam bonorum operum, Ut probat Faber in 3 dist. 42. Concilium autem dicens: quod per Christum bona opera acceptantur a Patre, clare loquitur de acceptatione supponente ipsa bona opera ab Hominibus elicita, et a Christo oblata Patri; nam Christus non affert Patri nostra bona opera quae possibilia, sed futura, aut existentia; et haec bona opera a Christo oblata, acceptat Pater propter Christi satisfactionem; ac si essent Sufficientia ad Satisfaciendum; cum tamen ratione sui sint insufficientia; Ut ait D. Thomas 3. p. q. 85. art 3. ad 2um et ita Faber inconsequenter Utitur praedicta Authoritate ad Confirmandum Sententiam Scoti — Ad 2am quoque dicendum esse, quod etiamsi Christus non veniret Opera elicita per gratiam Dei; haberent Valorem meritorium ex Divina Ordinatione, aut Acceptatione, in eo gradu, in quo Deus tunc determinaret pro beneplacito Suae Voluntatis, et posset dari, quod tunc haberent maiorem Valorem; quam modo habent ex meritis Christi.

Alii Vero dicunt: quod licet in bonis operibus Justorum sit Valor intrinsecus, et Condignus; hic tamen Valor augetur ex eo quod opera procedunt ex gratia Christi; Caeteris paribus, nam ratione Suae Gratiae Justi constituuntur Viva membra Christi Capitis; atque passiones

et Actiones membrorum attribuuntur Capiti Christo; Act. illud Actorum 6 - Saule; Saule quid me persequeris? et 2a. Corinth. 13. An experimentum quaeritis eius; qui in me loquitur Christus - et Universaliter ad Galat. 2. Vivo ego; iam non ego; Vivit vero in me Christus - ideo meritum nostrum non est tam Actio nostra, quam actio Christi Capitis in nobis, et per nos; nam verissime dicere possum. mereor ego, iam non ego, meretur autem in me Christus; etiam merita nostra à Christo habent condignum Valorem gloriae aeternae - ita Dnus Caiet. de fide, et operibus cap. 9. - Suarez lib. 12 cap. 19. Lorca disp. 46. et Martinez Sic dub. 3. qui addit; quod merita nostra finaliter, ut procedunt à nobis, ut sumus membra Christi, et idem cum illo, tanquam cum capite habent Valorem infinitum, et merentur de rigore Justitiae, quod nihil aliud est, quam devorare inconveniens; quod Videtur sequi ex hac Sententia. Si enim merita nostra sint aliquam considerationem dignificantur à merito, et gratia personali Christi, cum hac habent infinitam dignitatem moralem; ergo Merita nostra sub aliquam considerationem habebunt dignitatem, et Valorem infinitum, et consequenter Deus, etiam de potentia absoluta non poterit praemiare ultra condignum; imo nec de condigno; attenta dignitate, et Valore operis; sed solum attenta Ordinatione; et taxatione divina; nam meritum habens Valorem infinitum meretur omne praemium possibile: Vel quamvis Deus tribueret Beatis maiorem gloriam; quam modo tribuit; adhuc non praemiaret ultra condignum. Verum tamen est; quod ipse Martinez se postea explicat dicens: quod meritum nostrum solum habet infinitatem si quid in sensu improprio, et metaphorico. Melius tamen esset non indigere explicatione; quia Theologi Scholastici non debent uti sermonibus figuratis; metaphoricis, et improprijs; qui dant occasionem errandi; ut optime notavit Bañez in proemio 1a. partis circa finem

Caeteri

Cæteri V.º Defensores Suius Sent.ª negant nrij meritij Valorē infinitū, et æqualē meritij Christi; quia nrā merita n̄ dignificant.ʳ immeḋte à persona Christi; S.ᵗ à gratiâ in nobis recepta, participante aliquā maiorē excellentiā moralē à Christo; finitā tn̄, et limitatā: Ut filius Regis participat aliquā dignitatē à Patre Rege; n̄ tn̄ æqualē excellentiā Patris. et B.ᵐᵃ Virgo participavit specialē excellentiā à filio; n̄ tn̄ æqualē dignitatē, et excellentia Christi Domini.

2.ª V.º Sent.ª asserit: q.ᵈ cæteris paribus, meritū n̄ ē maius, aut melius ex eo quòd sint per gratiā, et merita Christi; ita Soto, Vega, Vazquez, quos refert, et sequit.ʳ Sic Montezinos disp.ᵉ 35. n.º 184. Oviedo Controv.ª 5. n.º 123. – et Ill.ᵐᵘˢ Godoy disp.ᵉ 2 de Incarnat.ᵉ n.º 75. Quæ Sent.ª mihi probabilior videt.ʳ; nā supposito, q.ᵈ valor, et condignitas meriti debeat ēē intrinseca, et ab intrinseco proveniens, ut supra contra Scotistas ostendimus; n̄ apparet, q.ᵈ merita nostra habeant aliquē valorē intrinsecū ex gratiâ, et meritij Christi, q.ᵈ n̄ haberent procedentia ex gratiâ Dei in gradu æquali; et cæteris paribus, nā gratia Dei, et Christi sunt eiusdē speciei, et solū differunt, quia una dat.ʳ per Christū, et eius merita; alia V.º n̄; q.ᵈ n̄ variat intrinsece gratiā, S.ᵗ solū extrinsece. Ut oculus productus per gratiā, et miraculose restitutus per Christum S.ᵗ eiusdē speciei, et solū extrinsece distinguunt.ʳ V.ᵉ q.ᵈ gratia dicat.ʳ extrinsece gratia Xp̄i; n̄ ē sufficiens ad influendū aliquē specialē valorē intrinsecū in merita nostra; cū denominatio extrinseca n̄ sit ratio operandi; nec ista extrinseca denominatio facit homines magis justos, aut sanctos, aut magis filios, et hæredes Dei, aut magis amicos Dei; quia istæ denominationes justi, sancti, filij, hæredis, et amici Dei n̄ S.ᵗ denominationes extrinsecæ, S.ᵗ intrinsecæ provenientes à fā intrinseca gratiæ, et charitatis, ut

Ostendimus in tractu de gratia, et Iustificatione — effectus autem f[orma]lis formæ intrinsecæ augeri n[on] pot[est], nisi f[orm]a intrinsece augeat[ur], à qua provenit, et cons[equen]t[e]r si gratia Christi n[on] dat maiorem intensionem intrinsecam, suam gratia Dei nequit constituere s[anc]t[u]m magis iustum, sanctum, filium, et sacratum Dei, nec magis amicum, Deo gratum, et acceptum, et consequenter nequit augere meritum, servata æqualitate cum gratia Dei, et cæteris paribus, q[uo]d amplius constabit solvendo funda[men]ta contrariæ sent[enti]æ.

Argutis contra CC.em Occurritur —

Argu[itu]r 1.° quia gratia iustificans, ex eo q[uo]d sit in nobis per Christum, licet n[on] sit maior intensione, aut entitate phisica, nihilominus s[ortitu]r inde peculiarem dignitatem moralem: ergo ex illa, tamquam ex radice s[unt] opera, quæ ex illa manant quamdam maiorem æstimationem apud Deum, et consequenter eiusdem s[unt] aliquam maiorem dignitatem meritoriam — ant[ecedens] p[ro]b[atu]r. Quia per gratiam Christi iusti efficiunt[ur] membra Christi, et unum corpus cum ipso, ut dicit[ur] ad Ephesios 4 — et 1.a Corinth. 12 — et dicunt[ur] fratres Christi ad Heb. 2 et Psalm. 2 cohæredes eius ad Rom. 8 — s[ed] ex hac unione, et singulari societate, et quasi propinquitate cum Christo, resultat in iustos aliqua singularis dignitas moralis, et specialis ratio, propt[er] quam, et Deo amabiliores sint, et in maiori pretio habeant[ur]: ergo — min[or] p[ro]b[atu]r exemplis — nam filius amici, licet, aliàs sit per se amabilis propt[er] propriàs qualitates, peculiari modo placet, q[ui]a filius amici e[st] — et mulier per se nobilis, si regi nubat, nobilior reddit[ur], et omnes res per tactum ad personas sanctas, quamdam sanctitatem participare censent[ur] propt[er] sanctorum excellentiam, ut patet in sanctorum vestimentis: ergo eiusdem iusti per specialem coniunctionem cum Christo, qui à Patre amori, et singulari modo diligit[ur] participant aliquam excellentiam moralem, ratione cuius s[unt] Deo magis grati, et dilecti.

Cont[r]a

Confir^r ng Sac roẽ docent Sancti Patres nãg Huma:
ng per Unionẽ ad Verbũ in tota Specie; et omnibus individuis fuisse peculiari
modo nobilitatã; ng Ut dicit^r ad Heb. 2 quia quoniam Communicaverunt Carni,
et Sanguini; et filius Dei participavit eisdẽ propt^r. quod n Confunditur
eos fratres appellare, dicens: narrabo nomen tuum fratribus meis Psalm. 21.
et propt^r hanc Excellentiã naẽ Humanæ; provenientẽ ab Unione Hypostha:
tica n permisit Angelus adorari à Ioanne Evangelista Apoc. 19 et 22
Ut ibi notant, D. Ambrosius, Rupertus, Beda, et D. Gregorius Hom. 8 in Evang.

R. Dist^o ant. Gratia Dei à Christo Specialis dignita:
tis moralis; pertinentis intrinsece ad lineã Iustitiæ internæ, Sanctitatis; et Amicitiæ
Dei; neg. ant. Existentis Extra talẽ lineã; et pertinentis ad objs Cultus; et Reli:
gionis, transeat ant., et nõ Cog. cũ enĩ Sola gratia intrinsecè sit Iustitia, et Sancti:
tas interna, constituens Hoẽ objs divinæ Amicitiæ; Solũ augmentũ internum
Huius gratiæ constituit Hoẽ magis Iustũ, Sanctũ, et Amicũ Dei; et consequent^r
Solũ Hoe Augmentũ è fuis operis magis meritorijs; Alia v^o Excellentiæ
Extrinsecæ; 1. n pertinentes ad istã lineã Gratiæ internæ impertinenter se
habent ad Augmentũ meriti; cũ n faciant Hões magis Iustos; Aliàs Cæteris
paribus, magis meret^r Sacerdos, quã Laicus; et magis Episcopus, et magis
Pontifex Romanus; quia è Vicarius Christi, et Caput Sanctæ Ecclesiæ;
roẽ cuius Extrinsecæ dicit^r Beatissimus, et Sanctissimus; et è dignus maio:
ri cultu, et Veneratione; q. tn è falsũ; ng Romanus Pontifex per actus
fidei, Spei, et charitatis, n magis meret^r quã Cæteri Iusti, Cæteris paribus;
Quamvis Verũ sit, q. Excellentes in dignitate, et ipsã Cognoscentes magis
merent^r. se Humiliando; et Exercendo alias actiones, quæ reflectunt^r
Supra propriã Excellentiã; S. tunc n Sũt Cætera paria, quia Humiliando

Personae excellentioris seu et maioris bonitatis moralis desumptae ex maiori dignitate personae; Ut a circumstantia Cognita, et Volita; n. 9.° Ut a forma praecise se tenente ex parte subjecti meriti; Ut supradiximus; Quod autem Iustus sit membrum, frater, et Cohaeres christi supponit Iustitiam, et sanctitatem internam, et non auget ipsam in propria linea; sed extrinsece se habet, et ita non influit specialem Valorem in opus meritorium; nec Ut conditio se tenens ex parte personae, et subjecti merendi; nec Ut Cognita, et Volita circumstantia, cum homo merens non possit certo Cognoscere se esse membrum, fratrem, et Cohaeredem Christi: sicut nequit Cognoscere se habere gratiam, et charitatem.

Cum autem instatur quod ex hac Conjunctione cum christo, maxime Deo dilecto, Iusti redduntur Deo magis grati, et Amabiles: sicut in Humanis filius Amici est magis Amabilis — distinguendum est antecedens: redduntur Deo magis grati, et Amabiles, gratia, et Amore amicitiae, nego antecedens; Amore simplicis benevolentiae, transeat antecedens - cum enim per amorem amicitiae, qui simpliciter dicitur gratia Dei causet Deus in Iustis gratiam internam, et charitatem, qua homo fit Dei Amicus, nisi Deus infundat maiorem gratiam internam, et charitatem, non magis amat Iustos amore amicabili; nam Ut docet D. Thomas 1. p. q. 20 art. 3. Amor divinus non dicitur maior ex parte actus, sed ex parte effectus, et boni, quod cadit in Amato, amore vero simplicis benevolentiae Vult Deus hominibus caetera bona, tam interna, quam externa, tribui Iustis extrinsecam excellentiam, et dignitatem ipsis Convenientem, quia sunt membra, fratres, et Cohaeredes Christi; quae excellentia impertinenter se habet ad meritum; sicut etiam Vult naturae humanae, et omnibus hominibus, etiam gentilibus dignitatem, et excellentiam provenientem ex Verbi incarnatione; Ut dicitur in Confutatione Arguti

Quæ tñ dignitas, et excellentia nihil conducit ad meritũ; nec provenit ex amore Amicabili Dei; S. ex amore simplicis benevolentiæ; cũ hæc excellentia reperiat. in peccatoribus; et gentilibus. Loquendo V.o de amore Creato, quo magis diligimus filiũ amici ẽ dispar ratio; quia amor creatus Amicitiæ ñ causat bonitatẽ Amati; S. ipsã supponit; et in obto hũo amicitiæ supponit internã bonitatẽ; in Deo V.o externã, derivatã ex obto hũo: Sic per charitatẽ diligimus proximos Deo propter bonitatẽ externã Dei; et ita bonitas externa conveniens filio à Patre sufficit ad obtũ Deiũ amicitiæ, et Ut filius magis à nobis amicabiliter diligat. Amor V.o divinus amicabilis ñ supponit bonitatẽ obti; S. causat bonitatẽ internã gratiæ, rõe cuius hõo constituit. obiũ Congruũ divinæ Amicitiæ; et ita maior Amor amicitiæ debet causare in Amato maiorẽ gratiã internã; ac proinde sine maiori gratia interna hõo nequit ẽe magis gratus, acceptus, et dilectus Deo amicabiliter, qmvis denominet. membrũ, frater, et Coheres Christi.

2.o, pot. Resp. qd licet gratia christi hẽat aliquã moralẽ dignitatẽ ab ipso Christo Dño, ñ tñ superadditur excellentiæ gratiæ Dei, ita Ut gratiã Dei faciat excellentiorẽ; quia talis excellentia ẽ inferior ad excellentiã gratiæ Dei, et in ipsa eminenter continet. Sic enĩ humanitas Christi eminenter continet. in eius divinitate, et ñ superaddit divinitati aliquã excellentiã, rõe cuius Christus, aut Deus hõo sit perfectior, aut excellentior Deo solo; ita excellentia, quæ convenit gratiæ christi, rõe suæ humanitatis, quia scilicet causat instrumentaliter per christi humanitatẽ, et moraliter per merita Christi, Ut hoc, eminenter continet. in excellentia, quæ convenit gratiæ Dei, quia ẽ formalis, et immediata participatio Divinæ nãæ faciens hoĩes Deos, Justos, Sanctos, Amicos, filios, et heredes Dei; ex hoc enĩ gratia participat excellentiã, et dignitatẽ immeta ab ipso Deo, et consequenter continet eminen:

Eminentiori modo excellentiæ gratiæ christi; quæ participatur ab ipso Deo, non immediatè, sed mediante humanitate christi Domini; et à solo Deo immediatè produci absque interventu causæ 2.æ aut instrumenti creati, majorem explicat excellentiam; quam produci à Deo, medio instrumento; aut causa 2.a quæ excellentiam habuit Adamus supra cæteros homines; et ita ex hac parte videtur excedere gratia Dei gratiam christi; vero dignitas; quæ modo convenit Justis, quia sunt membra, fratres, et hæredes christi; continetur in excellentia gratiæ Dei, nec facit Justos magis excellentes; aut dignos; ut eorum opera sint magis meritoria, aut magis grata Deo. Ut Rex Hispaniæ magis excellens non esset, si cum titulo Regis Castellæ, conservaret antiquum titulum Comitis Castellæ; quia excellentia tituli Comitis perfectiori modo continetur in excellentia Regia; si vero fiat sermo de excellentia extrinseca, quæ convenit naturæ humanæ, et omnibus individuis, ratione incarnationis Verbi; Dicendum est: quod hæc non continetur in excellentia gratiæ habitualis Dei; quia est ordinis superioris proveniens ex unione substantiali humanæ naturæ ad Deum; gratia vero solum est unio accidentalis cum Deo; cæterum ut dictum est; excellentia naturæ humanæ, ratione unionis hypostaticæ impertinenter se habet ad meritum dignificandum; cum etiam reperiatur in peccatoribus, et pœnalibus.

2.o Arguitur. Quia causæ 2.æ et inferiora omnia semper recipiunt aliquem influxum à causis primis, et superioribus; sed gratia nostra est quid inferius; et causa 2.a respectu christi Domini; qui est 1.a causa meritoria, et primum caput totius nostræ Justificationis: ergo nostra gratia recipit ex illo aliquem influxum, et perfectionem; ratione cujus opera procedentia ex gratia christiana digniora sint, et perfectiora; quam si à gratia, non derivata à christo, talia opera dimanarent. sicut in imaginativa, quæ à superiori ratione, et in scientia infusa christi Domini, quæ à scientia Beata perficitur. - et in universum patet in omni causa

2ª. phisica; quia influxus, et motiong perfectiong participat à Vº.

Si Resp. Sane difig Solus se tenere ex parte Caa, n autg Sm. aliquid intrinsy, reperiy in Una; et n in alia gratia —. — Contra Arguit. ng diversitas Caa; et diversus modus ex parte Caa refundit. in effecy; g. etiag ex parte gratia è difia intrinsea - ani gbr. in fia facta per Creationeg, l. per grationg; diverso eng mó causi facit, fig aliter intrinsea se Sabere; siquidg fia Creata n dependet in èè à mãa; bene tn genita; q. è aliter se Sabere Sm. perfectiong intrineg forma; sic g. in praesenti causi, l. n causi à Christo perfectiong intrineg ponit in gratia ex peculiari influxu, qug Sat à Christo; q. ipsemet explicavit in illis Verbis, Joannis 15. Sit palmes n pòt ferre fructg à semetipso, nisi manserit in Vite; sic neque Vos, nisi in me manseritis; Ego sum Vitis, et Vos palmites; qui manet in me, et Ego in eo Sic fert fructg multg — ecce in Soc ultó Verbo, excellentiq gratia, in eo quòd dimanat à Christo.

Confirr. Quia gratia Collata Sacramento aliqug excellentiag Sat, qug n Sat, quae confert. sine Sacramento; imo, quae confert. ab excellen= tiori Sacramento, excellentior è: g. similit. gratia Collata à Christo erit ex= cellentior - pt cõa ng èè excellentiong, quae à Sacramento Confert. n alia è ratione, nisi quia meritg Christi per Sacramentg operat; et excellentius per Sa= cramentg excellentius: g. procedere ex meritis Christi maiorg excellentiq ponit in gratia - Ani Vº. ad Longy gbr. 3. qª. qª. 62 art. 2 quia si n magis, l. melius per Sacramentg, qug sine illo Justificaret. Sóo, n aliquid Correspondeuret Sacramento ex opere operato: g. ex ipso q. gratia sit à Sacramento Sat aliquid excellentius ex opere operato, q. n Saberet ex vi Sacramentg ex opere operantis.

Resp. Quòd Soc Argy cy sua Confirmatione probat, q. gratia Christi sit intrinsea maior, et intensior, qug gratia Dei, Vº Collata Angelis, et Adamo, q. tn Universaliter dicty è falsg; ng D. Thos in 2º. distª. 29. qª 1.

Arto 3. et 4. expresse docet; q. hoo in 1o. Statu maiorem gratiam Coiter habuisset, quam post peccatum, et q. opera hois in 1o. Statu simpliciter magis erant efficacia ad merendum, quam post peccatum; quamvis gratia hois post peccatum sit gratia christi, n. vo. gratia primi Status. Ve. Arto 3 ad 5m ait: quod christus Dnus passus e, Vt hois nam repararet: Ve. per passionem christi n. apparet, q. maiorem gratiam hoo Consequutus sit post peccatum, quam antea fuisset sine ea; loquendo de gratia in ordine ad praemium essale. de qua in praesentia loquimur; solum enim roe doni pertinere rantiae; q. modo per christum confertur praedestinatis; et n. fuit collatum hoibus in 1o. Statu dicitur maior, et perfectior gratia Christi. addit tn D. Thas ibi in Corpore Arti. Si. tn n. e inconveniens; q. aliquis post Statum peccati multo maiorem gratiam habeat, quam aliqui habuissent in 1o. Statu. et ita n. erit inconveniens q. habeant aequalem gratiam in utroque Statu; et solum in Casu aequalitatis gratiae; et Caeteris paribus, procedit quaestio praesens, Ut Supradiximus; et notauit eam Martinez, impertinenter hoc Utens Arguto.

Unde in fia dicitur. mai Causa 2a. et omnia inferiora recipiunt a Causis primis, et Superioribus aliquem influxum tribuentem eé, l operari Cais inferioribus, Concedo mai, tribuentem augmentum Virtutis causam inferiorem Semper; et in omni eventu, nego mai, et Concessa min, no cq. Verum enim e, q. Christus, Ut hoo in gie Causae instrumentalis, et in gie cae moralis meritoriae influit in nostram gratiam, et merita; quam ad eé ipsorum, et ita tale eé dependet a meritis christi. Caeterum Christus Dnus, aut eius merita n. tribuunt gratiae nostrae augmentum Virtutis, et perfectionis internae, roe cuius opera ab ipsa elicita habeant maiorem Valorem meritorium, nam loquimur in Casu aequalitatis utriusque gratiae, quam ad augmentum, et latitudinem gradualem. Exemplum autem de phantasia n. urget; haec enim in hoie recipit augmentum Virtutis ad

dicu-

Discurrendi circa singularia; quia intrinsece conjungitur cum voluntate, et naturaliter dimanat ab illa vitali, et discursiva radicaliter; et est potentia perfectior intellectu sensitivus, ng sensus exterior est ...; conjuncta cum voluntate, et illa vitali; et tamen non participant virtutem ad discurrendum circa singularia — Gratia autem nostra non habet intrinsecam unionem cum gratia christi; neque ex natura rei subordinatur gratiae christi Domini, nec potuit ab ipsa procedere; sed solum ex ordinatione extrinseca Dei, cum in Angelis, et Adamo fuerit gratia absque tali subordinatione, et dependentia; et christus Dominus est causa moralis, et libera nostrae gratiae, causans ipsam majorem, aut minorem, prout ipsi placet, et consequenter, quod gratia aequalis intensionis procedat à christo, vel à solo Deo non ponit majorem perfectionem, aut dignitatem intrinsecam in gratia; quatenus est prius meriti; sed tota diversitas est extrinseca, se tenens ex parte causae efficientis moralis, quae non est simpliciter causa —

Admissa prima solutione data instantiae arguendi, ad replicam respondetur negando antecedens universaliter intellectum, nam omnis producta per creationem, vel per generationem, vel per resurrectionem est idem secundum speciem absque variatione intrinseca; sicut oculus productus per generationem, et restitutus per miraculum; et forma elementorum primo creata, et postea per generationem producta est ejusdem speciei, et perfectionis: si vero aliqua forma ex natura rei à subjecto, vel materia dependens produceretur per creationem; distingueretur intrinsece à forma ejusdem speciei producta per generationem, vel eductionem; quia haec produceretur cum unione; et dependentia à materia in fieri, et esse; illa vero produceretur absque tali unione, et dependentia, ut conservantur accidentia Eucharistiae; quod nihil facit ad rem praesentem, quia gratia Dei, et gratia christi Domini producuntur cum eadem unione, et dependentia à subjecto.

Ad confirmationem respondetur non esse ad propositum; quia de facto gratia causata ex opere operato per sacramentum; et ex opere operantis extra sacramentum; utraque est ex meritis christi, etsi gratia habitualis producta per sacra-

Sacramenti sit aequalis intensionis cum gratia causata extra Sacramentum, ut potest contingere, nullam habebit excellentiam, aut dignitatem, ex eo quod instrumentaliter producatur per sensibile, et materiale Sacramentum. Gratia vero Sacramentalis addit supra gratiam, et virtutes aliquod auxilium actuale ad consequendum finem Sacramenti, ut docet D. Thomas 3 p. q. 62 art. 2. Caeterum si hoc auxilium conferatur a solo Deo, non erit minoris virtutis, aut excellentiae, quam auxilium causatum per Sacramentum.

3° Arguitur. Quia merita nostra maiorem efficaciam habent ex meritis Christi: ergo ex ipsis habent specialem dignitatem, et perfectionem. Antecedens probatur 1° ex D. Thoma in 2° dist. 9. q. 1. art. 8 dicente: quod meritum hominis est efficacius, quam meritum Angeli, propter duas rationes. Prima etiam in quantum merita nostra efficaciam habent ex merito Christi, cuius gratia est quodammodo infinita: ergo clare sentit, quod merita nostra habent maiorem efficaciam, quam merita Angelorum propter merita Christi Domini.

2° probatur antecedens quia Iustitia nostrorum meritorum ex parte in divina promissione, et ordinatione, sed haec promissio est facta nobis ex meritis Christi: ergo ex hac parte merita nostra nituntur meritis Christi, et maiorem quamdam Iustitiae rationem, et efficaciam ab illis participant. Patet consequentia, nam si promissio confert Iustitiam, et efficaciam meritorum, si promissio non fuit omnino gratis facta, sed ex Iustitia, maior quidem Iustitiae ratio in nostris meritis invenietur. Minor vero probatur. Primo ex Concilio Tridentino Sess. 6. cap. 16 dicente: Vitam Aeternam per Christum Iesum esse Iustis promissam. Secundo etiam quia illa promissio fuit magnum Dei beneficium gratuitum; et Deus concedit omnia beneficia hominibus propter Christum, et eius merita, iuxta illud ad Ephes. 1. benedixit nos omni benedictione Spirituali in Coelestibus in Christo Iesu.

3° probatur antecedens quia non solum Christus meruit promissionem praecedentem nostra merita, sed etiam acceptationem meritorum nostro modo intelligendi subsequentem ipsa, nam licet illa acceptatio, supposita promissione, sit debita nostris ~~meritis~~ ope

Operibus ex Iustitia; nihilominus etiam e debita Christi meritis; quae ad hoc ipse Obtulit; et Ordinavit, Ut rigorosa etiam Iustitia in acceptatione nostrorum meritorum intercederet: ergo ex meritis Christi habent merita nostra maiorem efficaciam; et rationem Iustitiae.

Quarto probatur anis Quia etiam concurrit christus Dominus ad nostra merita offerendo illa Patri; Ut ab illo non solum Libentius acceptentur; Sed etiam Ut maiori quodammodo obligatione acceptentur; nam illa christi oblatio etiam auget rei oblatae dignitatem; seu acceptabilitatem; quod Sacrum indicavit Tridentinum Sess. 14. cap. 8. dicens: Quod fructus digni paenitentiae a Christo Vim habent, ab illo offeruntur Patri, et per illum acceptantur a Patre. – Ubi Concilium aperte docet: nostra merita, et Satisfactiones non solum initiari Christo, nempe dando Virtutem; et gratiam, per quam Operamur; Sed etiam Ut dando nostris operibus specialem Vim Satisfaciendi; et merendi; et quatenus in Suis meritis nituntur; et ab illo offeruntur et per ipsum acceptantur. – et similiter D. Thomas 3 p. q. 1. art. 2 ad 2um ait: Quod Omnis qui hominis Satisfactio efficaciam habet a satisfactione Christi. ergo –

Quinto probatur anis Quia Deus remunerat merita nostra Ultra Condignum, Ut dictum est, Sed quod merita nostra extendantur ad praemium ultra condignum, provenit ex meritis Christi; nam Christus nobis promeruit tale Augmentum praemii Ultra condignum: ergo Vis, ac efficacia nostrorum meritorum provenit specialiter a meritis Christi.

Respondeo negando anis, et ad 1um probationis Respondeo quod D. Thomas ibi addidit praedictam vocem ex Sententia Aliorum; nam ex propria Sententia ipsam inefficacem reputavit; et omisit locis citatis in Solutione praecedentis Argumenti; Quibus Standum est; Ut notavit Bergomensis dub. 156.

Vel dicendum cum Ill.mo Godoy, D. Thomam Solum intendere, quod merita nostra habeant efficaciam ex meritis Christi, effective; non Vero formaliter; quia Scilicet,

Per merita christi, saepius tribuit hominibus uberiora gratiae auxilia, quibus plures, et perfectiores actus meritorios eliciunt, quam Angeli; et ita meritum hominis est maius, et efficacius, quam meritum Angeli. In praesenti autem solum loquimur, quando caetera sunt paria.

Ad 2^m. R^r quod licet dicere dist. 5. dub.° 2 existimat sine idoneo fundamento dici Deum propter merita Christi promisisse Coronam gloriae, quod dici potest de 1^a. promissione facta Angelis, et Adamo in 1°. statu - supposito vero peccato originali dicendum est, Deum promisisse Coronam gloriae propter merita Christi, ut probat Argumentum; ex hoc tamen non sequitur, quod merita nostra maiorem quamdam Iustitiae rationem a meritis Christi participent; cum enim promissio, vel divina ordinatio non sit ratio formalis dignificans meritum, sed quaedam conditio extrinseca, ex eo quod promissio gloriae fuerit in Deo actus Iustitiae comparative ad Christum, et ad eius merita non sequitur, quod collatio gloriae habeat maiorem rationem Iustitiae comparative ad nos, et ad merita nostra, sed solum sequitur, quod in collectione omnium concurrentium ad nostrum meritum sit extensive maior ratio Iustitiae, sive in ordine ad nos, sive in ordine ad Christum.

Ad 3^m. similiter R^r quod Christus promerendo nobis gratiam, et auxilia, et ipsa merita condigna, ex consequenti meruit nobis acceptationem meritorum, et collationem gloriae, et ita acceptatio meritorum et collatio gloriae habet rationem Iustitiae, tam in ordine ad nos, quam in ordine ad Christum; ex hoc tamen non sequitur, quod acceptatio, vel gloria sit nobis magis debita propter nostra merita, nec quod merita sint perfectiora, aut efficaciora.

Ad 4^m. R^r quod supposito, quod Iusti per gratiam, et virtutem Christi efficiant bona opera ait Tridentinum sess. 6 cap. 16 nihil ipsis Iustificatis amplius deesse, credendum est, quominus plene illis operibus, quae in Deo sunt facta divinae legi, pro huius vitae statu satisfecisse, et vitam aeternam suo etiam tempore, si

tamen

Si tñ in gratiâ decesserint; Consequenter vere promeruisse, et eorum pre:
dictis operibus, Ut mereantur vitam aeternam ñ deest, q. christus specialiter appli:
cet sua merita; Ut acceptentur â Deo; nec deest, q. per christum offerantur Pa:
tri; nec q. per ipsum acceptentur â Patre; s. totum hoc supponit meritum condignum,
q.d Deus ñ pôt ñ acceptare, et remunerare, si justus in gratiâ decesserit. Lo:
quendo v.o de merito Congruo, de impetratione, et satisfactione ê diversa
ratio; quia meritum de Congruo, et impetratio ñ fundant ius, aut iustitiam in ordi:
ne ad praemium, l. donum postulatum, s.d potius innituntur liberalitati, et Misericordiae
Dei; et eorum posse â Deo acceptari, et ñ acceptari, et proinde, Ut acceptentur, requiritur
specialis applicatio meritorum christi, quae suppleant defectum meriti Congrui, et
impetrationis. et similiter nostra satisfactio pro offensa Dei, eâ ratione ñ ê suffi:
ciens, et condigna; et ita indiget speciali applicatione meritorum, et satis:
factionis christi, Ut â Deo acceptetur, ac si esset sufficiens, Ut enim ait D. Thom.
3. p.e q.e 1. art. 2 ad 2.m q. aliqua satisfactio pôt dici dupliciter sufficiens:
Uno mô perfecte; quia ê condigna per quandam adaequationem ad recom:
pensationem culpae commissae, et sic hominis puri satisfactio sufficiens esse ñ potuit
pro peccato &c.a alio mô pôt dici satisfactio hominis sufficiens imperfecte,
scilicet, sm acceptationem eius, qui ê ea contentus, quamvis ñ sit condigna;
et hoc mô satisfactio puri hominis ê sufficiens, et quia omne imperfectum prae:
supponit aliquid perfectum, â quo sustentetur; inde ê: q. omnis puri hominis satis
factio efficaciam habet â satisfactione christi. — Ubi D. Thom. ñ loquitur de
merito condigno, s. de satisfactione imperfecta, quae habet efficaciam â satis:
factione christi, et similiter Tridentinum loquitur de fructibus poenitentiae,
ñ Ut ss. meritorijs de condigno, s. Ut ss imperfectis satisfactionibus pro nostris
peccatis, quorum insufficientia, et defectus nostrae satisfactionis suppletur, et completur
per satisfactionem christi Domini; Eo merito enim nostro, et christi nequit

Conflari, aut Componi Vnu meritu nostru, quia nemo pot mereri per aliu; nec partialit, nec totaliter; eo Satisfactione Vo nostra, et Christi, pot Conflari Vna nostra condigna Satisfactio, quia nos possumus per aliu proprie Satisfacere, ut si Ego Soluam dimidiu partem mei debiti, et Amicus pro me Soluat aliu dimidiu partem, ego complete Satisfacio integro debito, et omnino maneo Liber ab illo; Veru tn e, q si Satisfactio nostra Sumat Vt actio personalis, qua Debitor per seipsu Satisfecit, sic nequit Compleri per satisfactione Christi, quae n e actio personalis nostra; Sd a Deo acceptat, ac si eet sufficiens, propt meritu, et Satisfactione christi; et si Deus independenter a meritis et Satisfactione christi acceptaret nram Satisfactione, Vt sufficiente, tunc Solo eodem modo Satisfaceret, sicut modo eo meritis christi, Vt ait D. Thom in 4o dist 15. q 1. art. 2 ad 1m Vbi Loquit de nostra Satisfactione, quatenus e actio personalis, n Vo de Satisfactione coiter Sumpta, quatenus Conflari pot eo Satisfactione personali, et partim eo Satisfactione amici; l. capitis.

Ad 5. Dr neg. do cons quamuis enim augmentu praemij Vltra Condignu det nobis eo meritis christi Dni, et indigeat Speciali applicatione meritoru christi, tunc n Sequit q nostru meritu sit maius, aut efficacius; quia nos n meremur illud Augmentu praemij Vltra condignu; Sd nobis dat omnino gratis eo Liberalitate, et Misericordia Dei, quamuis Comparatiue ad Christu dat eo Iustitia. Sic gratia paruulorum comparatiue ad ipsos dat omnino gratis; et Comparatiue ad christu e debita eius meritis eo Iustitia. In praesenti aute Solu Loquuti sumus de merito comparatiue ad praemiu condignu, n Vo comparatiue ad Augmentu praemij, q dat eo Liberalitate Dei ultra condignu. et satis probabile e, q etiamsi Adamus n peccasset, nec Christus Venisset; Deus praemiaret Vltra Condignu eo Sua

Miseri-

Misericordiâ; independenter à meritis christi, sic modo tribuit præmium Ultra condignum ex meritis christi: Ut ex hac parte nequeunt nostra merita excedere merita, quæ provenirent ex gratiâ Dei, et non ex gratiâ christi.

S. Inquires: an possit Verificari illa propositio Dni Caiet.: *mereor ego, iam non ego, meretur autem in me christus?* — Respondeo posse Verificari in sensu figurato, et methaphorico, nihil tamen conducente ad salvandam condignitatem nostrorum meritorum, nam sensus est: merear ego, renovatus per gratiam christi, iam non ego; quantum ad Veritatem peccati — Vel iam non ego sum propriam Virtutem, meretur autem in me christus, in sensu causali, quia christus facit nos mereri, sic Apostolus dixit: quod Spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus — ad Rom. 8. id est; postulare nos facit — Vel potest Verificari in sensu figurato iuxta regulam Thiconij de Capite, et membris, approbatam à D. Augustino, et caeteris Patribus, iuxta quam, ea, quæ sunt membrorum, attribuuntur Capiti, et econverso: Ut etiam nostra peccata attribuuntur christo, iuxta illud Psalm. 21. *Longe à salute mea, Verba delictorum meorum.* Ubi christus delicta suorum membrorum, appellat sua, et ita potest Verificari, quod Iustus meretur in christo merito infinito, et christus in Iustis merito finito, quod ad rem præsentem nil facit, nam sicut ex eo quod nostra peccata attribuantur christo, ut capiti, nihil ipsi advenit, quod augeat, aut diminuat ipsorum malitiam, ita ex eo quod merita nostra attribuantur christo, aut merita christi attribuantur nobis; nihil accrescit merito nostro, aut christi, sed totum pertinet ad figuratum modum loquendi; à quo debet Theologus Scholasticus abstinere.

Articulus 4.us Utrum Gratia sit principium meriti principalius per Charitatem, quâm per Alias Virtutes?

CC.o D. Thõe ẽ affirmativa contra Alvisidiorem Lib. 3 Summæ, tract. 16 cap. Unico q. 4. dicentem: meritum prius, et principalius à fide, quam à charitate procedere; Sed CC.a D. Thõe defenditur à Cæteris Theologis — Ita q.a promissio Vitæ æternæ principaliter facta ẽ diligentibus Deum, Xta illud Joannis 14. qui diligit me, diligetur à Patre meo, et ego diligam eum; et manifestabo ei me ipsum — in qua manifestatione, et Visione consistit Vita æterna Xta illud Joannis 17. Hæc ẽ Vita æterna, Ut cognoscant te solum Verum Deum, et quem misisti &c.

Ita etiam notat D. Thõe, quia actus humanus hẽt rationem merendi ex duobus; 1.o quidem, et principaliter ex divina ordinatione; Secundum quòd actus dicitur meritorius illius boni, ad quòd divinitus ordinatur. — 2.o Vero ex parte liberi arbitrij; in quantum scilicet, Homo hẽt præ cæteris creaturis, Ut per se agat, Voluntarie Agens; Sed quoad Utrumque caput, principalius ẽ meritum procedens à charitate: Ergo gratia ẽ prius meriti, principalius per charitatem, quam per alias Virtutes. Min. pro 1.a parte probatur quia Vita æterna in Dei Visione, et fruitione consistit; Sed ad istam fruitionem homo principaliter ordinatur à Deo per charitatem: Ergo ex hac parte principalitatem hẽt meritum charitatis — Min. probatur quia Deus homines ordinat ad fruitionem Beatitudinis per proprios actus humanos, quibus ipsi se moveant ad Consecutionem talis finis, nam Deus movet homines, Ut ipsi se moveant ad finem; Sed motus humanæ mentis ad fruitionem divini boni ẽ proprius actus charitatis, per quam omnes actus aliarum Virtutum ordinantur in hunc finem, Secundum quòd aliæ Virtutes imperantur à charitate; Sicut enim ex amore amicitiæ procedat desiderium Videndi amicum, et fruendi eius præsentia, et convictu; ex amore charitatis procedit motus humanæ mentis ad fruitionem divini boni, quo affectu motus Apostolus dicebat: Cupio dissolvi, et esse cum Christo: Ergo ad fruitionem divini boni homo principaliter ordinatur per charitatem, quæ ẽ amicitia hominis cum Deo; Nam licet enim homo etiam moveatur ad fruitionem summi boni per motum Spei, non tamen ita perfecte, ac per motum charitatis, q.a per spem non diligitur Deus

Vt Vltimus finis Simpliciter; nec diligitur Vt Amicus; Sed Vt bonum proprium Sperantis, cum Spes pertineat ad Amorem Concupiscentiæ; per charitatem autem Solo diligit Deum super omnia tamquam Vltimum finem omnium; et tamquam Amicum; et ita movet Solum ad fruitionem divini boni; quatenus est bonum amicabile, et ultimus finis simpliciter omnium meritorum; de quo Videatur D. Thomas 2a. 2æ. q. 28 art 4.

2a. ergo pars minoris probatur quia ille actus est magis meritorius ex parte liberi Arbitrii, qui est magis liber, et Voluntarius; Sed actus procedentes a charitate Sunt magis Voluntarii; nam id, quod ex amore facimus, maxime Voluntarie facimus; Charitas autem est principium amandi Deum, et operandi propter ipsum: ergo ex hac parte etiam excedit meritum charitatis, meritum aliarum Virtutum; Ex quo infert D. Thomas, quod meritum Vitæ Æternæ 1o. pertinet ad charitatem; ad alias autem Virtutes 2rio Secundum quod earum actus a charitate imperantur.

Argutis contra CCem. Occurritur

Arguitur quia gratia generaliter est principium merendi per Virtutem Specialem eliciendam omnes actus Virtutum, quatenus Sunt meritorii; Sed gratia principalis est principium obediendi Deo per Specialem Virtutem obedientiæ, ad quam pertinent omnes actus aliarum Virtutum, quatenus cadunt sub præcepto; et Sunt rationem obedientiæ; Sed Virtus tendens ad omnes actus Virtutum, quatenus Sunt meritorii de condigno est distincta a charitate: ergo charitas non est principalis principium merandi, Sed non est principalis principium obediendi Deo. minor probatur quia Virtus respiciens actus, Vt meritorios de condigno, debet esse pars Justitiæ, vel Subiectiva; vel potentialis; Sed charitas non est pars, neque Species Justitiæ: ergo talis Virtus distinguitur a charitate. maior probatur quia meritum est ad alterum, cum nullus mereatur a seipso, et meritum condignum dicit æqualitatem cum præmio, et convenienter Virtus ordinata ad actus, Vt meritorios respicit Alterum, et æqualitatem inter meritum

et praemij; et inter merentem, et praemiantem formaliter. S. Iustitia est Virtus in ordine ad Alterum; et constituit Aequalitatem inter datum; et Acceptum: Virtus, si ponit Aequalitatem simpliciter est pars Subiectiva Iustitiae, si Virtus solum constituit Aequalitatem proportionis, et aliquid, est pars potentialis Iustitiae: ergo Virtus respiciens actus omnium Virtutum formaliter Ut meritorios debet esse pars Iustitiae Subiectiva, vel potentialis.

Confirmatur nam omnis Satisfactio pro offensis Dei possit fieri per actus omnium Virtutum, ad Satisfaciendum tamen Deo offenso ponitur specialis Virtus; quae in Christo condigne Satisfaciente pro nostris peccatis fuit Specialis, et pars Subiectiva Iustitiae, et in nobis imperfecte Satisfacientibus est pars potentialis Iustitiae, quae est Virtus poenitentiae, Ut ait D. Thomas 3. p. q. 85. art. 2 et 3: ergo quamvis Iustus per actus omnium Virtutum mereatur, Ut tamen de Condigno mereatur, Vitam aeternam debet poni Specialis Virtus, quae sit pars Subiectiva, vel potentialis Iustitiae distincta à Charitate. Probatur consequentia 1º quia sicut omnia opera Virtutum, quatenus sunt Satisfactoria sunt eiusdem rationis, et Speciei, et ideo sub hac ratione debent respici ab eadem Virtute; ita etiam omnia merita sunt eiusdem rationis; et Speciei in ordine ad praemium Vitae aeternae: ergo actus omnium Virtutum formaliter Ut meritorij debent pertinere ad Unam Specialem Virtutem; sicut omnes Satisfactiones.

2º probatur consequentia quia Satisfactio est quoddam meritum Veniae, et reconciliationis; nam Ut docet D. Thomas 1. p. q. 62 art 4. omnis operatio tendens in aliquem finem; vel est factiva finis; vel est meritoria finis; sed Satisfactio nostra non est activa Veniae, et remissionis peccatorum, ad quam tendit: ergo solum est meritoria illius, et consequenter datur Specialis Virtus ad merendum Veniam; et remissionem peccatorum; sicut ad Satisfaciendum pro peccatis.

Respondetur quod Aliqui Argumento Convicti, Concesserunt Virtutem Specialem ad merendum Vitam aeternam; quam dicunt: non esse Speciem Iustitiae; quia inter Deum; et hominem non datur Ius simpliciter; sed esse partem potentialem Iustitiae, quam

Appelant, pietatg Supernalg Sõi in ordine ad Dey, Vt Pang in ordine Supnali; quq Sent. ingug probabilg tenet Ledesma, Martinez, Arto praecedenti dub.º 4. Cl.e 3. Licet oppositg dicat, ẽẽ probabilius Cl.e 4. et oppositg absluta defendunt Ill.mus Araujo Sic n.º 43. Mag.r Serra dub.º 1.º Ill.mus Godoy disp.e 6. de Incarnatione à n.º 16. — quae Sent.a eng nobis pbat.r

Quia ratio meriti ẽ conditio generalg ad actus oỹ Virtuy; Vt ẽẽ laudabilg ẽ conditio Coĩs ad actus oỹ Virtuy, et ẽẽ meritoriy quod ad oĩa peccata; Vt docet D. Thõs 1. 2.ª q.e 21. art. 2 et 3. — S.ª ad istas conditiones, aut proprietates Coẽs humanoy actuy n. dant.r Virtutes; aut Vitia Specialia: ꝑ. ad merendy n. requirit.r Specialg Virtus distincta à reliquis — min. pb.r Ty quia ob hanc rõg ad eliciendy actus aliary Virtuy, Vt laudabilg n. dat.r Virtus Specialg; nec ad eliciendy peccata, Vt Vituperabilia; et meritoria quod, n. dat.r Speciale Vitiy — Ty eng quia habitus dicunt poam in ordine ad obg bony; aut maly; à quo sumit.r bonitas, aut malitia moralg actus; in quo distinguit.r habitus à poã, quae ẽ indiferens ad bony; et maly; et per habitus determinat.r l. ad bony, l. ad maly; ng habitus ẽ dispositio, qua res bene; l. male se hent in ordine ad suy ẽẽ; l. operationg: ꝑ. habitus soluy dat.r in ordine ad obg bony; l. maly; et in ordine ad actus respicientes obiy bony; aut maly; S.ª istae Conditiones generalg laudabilg, aut Vituperabilg; meritoriy, aut demeritoriy sunt proprietates supponentes actus humanos specificatos ab obtõ bono, l. malo: ꝑ. in ordine ad istas proprietates; aut Conditiones generalg actus humani n. dat.r habitus Specialg Virtg; aut Vitiy.

Nec Valet dicere: q.d eng obedientia ẽ conditio generalg ad actus oỹ Virtuy, qui cadunt sub praecepto, et tamen datur Specialg Virtus obedientiae: ꝑ —

Non, inquam Valet, quia Virtus obedientiae respicit ex parte obti Specialg bonitatg; seu honestatg, et nobg dificultatg Sfalg, ng respicit

Pro obiecto Ius Legislatoris; rõe cuius ipsi debetur observantia suorum mandatorum; et tribuere alicui Ius suum; aut, debitum ex Iure, dicit bonitatem moralem; et Honestatem; et difficilius è facere aliquid propter Voluntatem, et praeceptum Legislatoris; quam facere illud ex propria Voluntate; et Arbitrio, et ita obedientia è Specialis Virtus respiciens Speciale obiectum Honestum; quae reducitur ad Iustitiam; et respicit observantiam praecepti, non praecise Ut circunstantiam Exterioris, et Concomitantem actus aliarum Virtutum; sic enim respicitur etiam per Alias Virtutes, Sed respicit illam observantiam signate; Ut per se intentam, nam obediens intendit tribuere Ius suum Legislatori, et Subiicere propriam Voluntatem; et Arbitrium Voluntati, et Arbitrio Legislatoris - ratio autem meriti, talis è proprietas; et conditio generalis actus Humani, quod etiam si reflexe ametur, et intendatur non dicit Specialem bonitatem; et Honestatem obiectum; nec Specialem difficultatem Exigentem Specialem Virtutem, aut Habitum; quia meritum Ut tale Solum superaddit Honestati desumptae ex obiecto aliarum Virtutum rõem medii; et boni utilis ad Consequutionem praemii; medium autem, seu bonum Utile formaliter Ut tale condistinguitur à bono Honesto, quod Habet rõem finis, saltem intermedii: Ut medium, et bonum Utile non dicit Specialem Honestatem, rõe cuius possit Specificare Specialem Virtutem; Sed Quis amatur per Virtutem intendentem finem; et ita per Virtutem; qua Homo Vult consequi Deum; et frui ipso; Quis Vult mereri; et sibi Ius adquirere ad tale praemium Consequendum; qua rõe diceremus in tractatu de Incarnatione, quod etiam in Christo Dño non requiritur Specialis Virtus ad merendum, quamvis requiratur Specialis Virtus Ad Satisfaciendum de Condigno pro nostris peccatis quo Supposito.

Ad Argumentum Respondeo negando minorem, et Ad probationem non mai; ad cuius probationem Respondeo quod Iustitia respicit pro obiecto Ius alterius; aut Iurum, quod Alteri debetur sine aequalitatem; et ita Aliqua Virtus deficit à rõe perfecta

Iustitiae

Iustitia, vel quia n. respicit debitum alteri ex Iure simpliciter; vel quia n. reddit æquale debito, ut ait D. Thom. 2a. 2æ. q. 80. art. 1. Virtus autem, qua homo vult mereri de condigno vitam æternam n. ordinatur ad tribuendum Deo aliquid, q. ipsi debeatur ex Iure, q. n. tribuatur per alias virtutes, nam honor, cultus, et gloria, quæ Deo debetur ut primo principio, et Patri, tribuitur per religionem; et q. Deo debetur ut legislatori, tribuitur per obedientiam; et q. Deo debetur ut ultimo fini, q. scilicet, ad ipsum omnes actiones referantur, redditur Deo exercite per omnes virtutes, quæ efficiunt actus honestos virtualiter, et ex natura rei ordinatos ad ultimum finem; et redditur Deo signate per charitatem, quæ respicit Deum, ut ultimum finem, et imperat, seu ordinat ad ipsum actus omnium virtutum: Unde homo intendens mereri n. vult formaliter tribuere Deo aliquid debitum, s. intendit proprium bonum, et sibi velle ad consequendum vitam æternam; et consequenter velle mereri e actus cujusvis virtutis, tendentis ad ultimum finem, et vitam æternam consequendam, quod principaliter pertinet ad charitatem.

Ad Confirmationem nego consequentiam nam virtus intendens satisfactionem respicit debitum Deo ex Iure; nam offensio debetur satisfactio pro offensa: Unde si satisfactio sit æqualis pertinet ad Iustitiam rigorosam, qualis fuit in christo Domino, ad satisfaciendum pro nostris peccatis; si vero sit satisfactio deficiens pertinet ad partem potentialem Iustitiæ, qualis e in nobis pœnitentia. Meritum vero formaliter ut tale n. reddit Deo aliquid ipsi debitum ex Iure; s. ex eo quod per charitatem ordinantur ad Deum actus omnium virtutum, consequitur in omnibus actibus humanis ratio meriti, nempe proprietas actus humani pertinens ad bonum proprium merentis, et quo intenditur per charitatem, qua homo diligit seipsum, ut e aliquid Dei, ut ait D. Thom. 2a. 2æ. q. 25. art. 4. — et ad 1m ibidem concedo, nego consequentiam, quia satisfactio super honestatem aliarum virtutum addit specialem honestatem moralem, quia honestum e Deo offenso reddere debitam satisfactionem; et ita actus omnium virtutum, ut conveniunt in ratione satisfactionis pertinent ad

Specialē Virtutē; meritū v.º supra Honestatē aliarū Virtutū n' addit Specia-
lē Honestatē; S.º Specialē Utilitatē ad Consequtionē præmij: v.ª si Deus n'
ordinasset opera Virtutū ad præmiū gloriæ, talia opera n' eēnt meritoria, Ut
Supradiximus Art. 1. et tñ n' eēnt minus Honesta, quā modo sunt, qmuis eēnt
minus Utilia, et ita oīā opera Virtutū, Ut conveniunt in roē meriti n' per-
tinent ad Specialē Virtutē; S.º Quo pertinent ad charitatē; quatenus actus
oīū Virtutū ordinant.ʳ per charitatē ad Ultīū finē.

Ad 2.ᵘᵐ pbē Coē R.ʳ q.ᵈ Licet meritū, et satisfactio materialiter
Conveniant in eodē actu Hoīs Iustificati; formalitʳ tñ differunt, q.ª meritum
dicit roē boni utilis; satisfactio v.º roē boni honesti; et quando satisfac-
tio ē perfecta seipsa extinguit debitū; et causat passivē Veniā; et remi-
ssionē offensæ, dū tñ applicetʳ. illi; pro quo fit satisfactio - Sᵗ satisfactio
Christi Dñi nobis applicatʳ. per gratiā, et Sacramenta; mā v.º satisfactio,
cū sit insufficiens n' extinguit perseipsā debitū offensæ divinæ, qmuis per se-
ipsā aliquando extinguat debitū pœnæ temporalis, et ita causet passivē
Veniā; et remissionē pœnæ - et D. Thōs ibi loquitʳ. de actione Suffici-
enti; et perfecta tendente in finē; quæ debet ēē factiva finis, vel
meritoria illius-

2.º Arguitʳ. Quia illa Virtus ē principiū prius meriti,
cuius actus ēē. maxime meritorij; S.º maxime meritorij sūt actus fidei,
patientiæ; et fortitudinis, Ut pt in Martiribus, qui pro fide patienter,
et fortiter usque ad mortē certaverunt: s. aliæ Virtutes prialius ēē
priū merendi, quā charitas.

R.ᵉᵗ D. Thōs hic ad 3.ᵘ q.ᵈ fidei actus n' ē meritorius, nisi
fides per dilectionē operetʳ, Ut dicitʳ ad Galat. 5. - similitʳ etiā actus
patientiæ; et fortitudinis n' ē meritorius, nisi aliquis ex charitate hæc
operetʳ. sm illud 1.ᵃ Corinth. 13. - Si tradidero corpus meū, ità Ut

ardeam

Ardeam; charitatẽ autẽ n̄ habuero, nihil mihi prodest. Ex qua doctrinâ infert D. Thõ 2. 2. q. 2 art 9 ad 1.^m quòd neque nãa, neque fides sine charitate poss. producere actũ meritoriũ; s.^t charitate superveniente actus fidei, fit meritorius per charitatẽ. Sic et actus nãa, et nãlis liberi arbitrij. Ex quo constat, q.^d 1.us actus fidei proponens obiũ charitatis, et praecedens actũ ipsius n̄ ẽ meritoriũ in 1.ª sui elicientiâ; pôt tñ ẽẽ meritoriũ in sui continuatione, et duratione; nã quatenus ad hoc pôt imperari à charitate; sic etiã actus subsequentes fidei fiant imperant.^r à charitate; s.^d circa istã doctrinã D. Thõ s.^t graues difficultates à nobis examinandae.

Dubium Primum

An ad meritũ Vitae Aeternae in hõie Justificato requirat.^r Imperiũ; vel Ordinatio Charitatis?

Certũ ẽ; q.^d ad meritũ requirit.^r q.^d hõis operatio ordinet.^r in obsequiũ, et gloriã Dei praemiantis, Ut ait D. Thõ hîc art. 1. ad 2.^m et rationẽ reddit 1. 2.ª q.^e 21. art. 3. quia meritũ, et demeritũ dicunt.^r in ordine ad retributionẽ, quae fit s.^m justitiã; retributio autẽ s.^m justitiã fit alicui ex eo, quòd agit in profectũ, seu obsequiũ; l. nocumentũ alterius, nã si operat.^r in obsequiũ particularis personae, retributio fit à tali persona particulari, et si operat.^r in obsequiũ, l. profectũ communitatis, retributio fit à Rectore coitatis; si v.^o operatio neutro modo ordinet.^r ad obsequiũ l. commodũ alterius, nullo mô hẽt rõẽ meriti apud ipsũ; quia ad ipsũ n̄ attinet remunerare ex justitiâ talẽ actionẽ, Ut patet in humanis, et ita Ut actio honesta sit meritoria apud Deũ; quia ẽ bonũ commune

Debet ordinare in Deum, ad eius obsequium, gloriam, et honorem; aliàs ad Deum non attinebit remunerare ex iustitia talem actionem.

Difficultas tamen procedit ex diversis modis, quibus honesta operationes hominis iustificati dicuntur ordinari ad Deum, ut ad ultimum finem; nam 1° dicuntur ordinari ad ultimum finem ex natura rei, et ex parte operis; quia scilicet, operatio honesta tendit ad bonum honestum, quod est finis intermedius, ordinatus ad finem ultimum; et ita talis operatio tracta ad finem intermedium ex natura sua, virtualiter tendit etiam ad finem ultimum, dum non vitiatur aliqua prava circumstantia, tollente bonitatem moralem, et ordinem ad ultimum finem; et haec apelatur ordinatio interpretativa, et virtualis ex parte operis; quae reperitur etiam in bonis operibus Gentilium, et Haereticorum.

2ª ordinatio dicitur habitualis ex parte operantis, quia scilicet, operans vi gratiae, et charitatis habitualis est habitualiter ordinatus ad ultimum finem; et ita omnes operationes iustificati eliciuntur cum aliqua subordinatione ad finem ultimum; quia iustus per nullam operationem amat aliquod aliud obiectum, ut bonum sattiativum, nec magis quam amat habitualiter finem ultimum, ad quem est habitualiter conversus, et hoc modo etiam peccata venialia hominis iustificati dicuntur habitualiter ordinari ad finem charitatis, ut dicit D. Thomas 2. 2ae q. 24 art. 10 ad 2um — et q. 7. de malo art. 2 ad 4um —

3ª ordinatio dicitur actualis ex parte operantis, quando, scilicet, homo per actum charitatis phisica, et formaliter existentem ordinat actum aliarum virtutum ad Deum finem supernaturalem super omnia dilectum — Et in iustificatione impii in eodem instanti est simul amor Dei super omnia, et dolor, seu contritio de peccatis propter Deum summe dilectum, ut ait D. Thomas supra q. 113. art. 7. ad 2um —

4ª ordinatio est virtualis ex parte operantis, quando, scilicet iustus per actum charitatis praeteritum, et non retractatum ordinavit actum

Subse

Subsequentes ad finem ultimum, nam talis actus charitatis, licet phisice non existat, moraliter tamen, et virtualiter perseverat in deratione voluntatis, et actibus subsequentibus, ut ait D. Thomas 1. 2ae q. 1. art 6. ad 3um et q. 2. de virtutibus art. 11. ad 2um – et haec ordinatio virtualis est duplex alia generalis, qua homo in statu virtus vel justificationis ordinat per charitatem seipsum, et omnes suos actus honestos subsequentes; quoscumque fecerit, ad gloriam Dei, non tamen intendit determinate efficere potius istos, quam illos actus – alia vero est specialis, quando scilicet, homo ex amore Dei intendit efficere tempore sequenti aliquos actus virtutis determinatos, quos deinde postea efficit, etiam absque actuali consideratione Dei, virtualiter ordinante ad finem charitatis, sicut iter faciens ad S. Jacobum, non requiritur quod in toto itinere habeat semper actualem considerationem, et intentionem visitandi S. Jacobum, sed sufficit virtualis intentio habita in principio, ut totus labor itineris ordinetur ad talem finem.

Fatentur autem omnes theologi ad meritum non requiri ordinationem formalem charitatis per imperium phisice praesens; quia Deus promisit coronam gloriae bene operantibus ex motivo charitatis, modo humano, et possibili; modus autem humanus operandi propter finem est operari ex intentione; vel phisice praesenti; vel virtualiter, et moraliter permanenti; quae sufficit ad celebrandum contractus, et ad recipiendum, et ministrandum sacramenta; quia ut ait D. Thomas q. 2 de verit. art. 11 ad 2um impossibile est semper esse in actuali consideratione, et intentione ultimi finis, nam hoc pertinet ad perfectionem patriae: ut D. Thomas in 2o dist. 40 art 5. ad 7um dicit: quod omnia in Dei gloriam facere ex intentione actuali talis finis non est praeceptum; nec concilium, sed est finis praecepti, consequendus in patria; sic

Cuÿ Sancti in Patria Actus suos in Deum referunt; q. Semper facere ē nobis moraliter impossibile; et ita tenent Universi Theologi, et falso in Contrarium referuntur Durandus Scotus, et Gabriel, Ut notavit Suarez cap. 10 n. 10. Ut Solum de aliÿs ordinationibus ē Controversia inter Theologos.

1a. Senta. Asserit. Ad meritum Sufficere habitualem relationem charitatis, qua habent etiam bona opera hominis Iustificati; quamvis sint actus naturales Virtutum moralium Acquisitarum; qui omnes sunt meritoriÿ Vita Aeterna absque imperio Charitatis, l. Alterius Virtutis Supernaturalis. hac Senta Ut refert fuit Mag. Victoria; quem Sequuntur Vazquez, Bachanus, Torres, Meratius, et Aliÿ — pro qua etiam referuntur Soto, Capreolus, et Cayetanus falso tamen; quia isti Thomistae Ultra habitualem ordinationem Charitatis requirunt Virtualem, habitum Saltem in principio Iustificationis; l. Usus rationis, Ut sui oblivione fatetur Vazquez disp. 217. n. 36 — Itemque falso referuntur pro hac Senta Theologi asserentes in homine Iustificato omnes actus, l. esse meritorios, l. demeritorios, nec dari actum medium, Seu neutrum, quia hoc defendunt, Supponendo, q. ad meritum requiritur Virtualis, l. actualis ordinatio charitatis; Ut bene notavit Lorca disp. 48 — et ex infra dicendis constabit.

2a. Senta. asserit: Actus Supernaturales Virtutum in homine Iustificato non indigere imperio, aut Virtuali ordinatione charitatis, Ut sint meritoriÿ Vitae Aeternae; Actus Vero Virtutum naturalium indigere Imperio, aut ordinatione alicuius Virtutis Supernaturalis, quaecumque illa sit, non tamen requiri debere imperium charitatis — ita Medina hic in fine Commentariÿ; Suarez, et Montesinos, Mag. Serra, Oviedo, et Aliÿ —

3a. Senta. Asserit. Ad meritum cuiuscumque actus sive naturalis, sive non, Ultra ordinationem habitualem requiri imperium, aut ordinationem Saltem Virtualem charitatis; ita Alensis, D. Thomas, D. Bonaventura, Dr. Scotus, Durandus, et caeteri Theologi Antiquiores, quos referunt, et Sequuntur Lorca, Valencia, Arauxo, Belarminus, Mag. Ioannes a S. Thoma, Mag. Gonet, et Aliÿ — Quae a nobis tenenda ē, Sed ad Vitandam Confusionem sit.

Prima Conclusio Proponitur, et Probatur.

1.ª Conclusio. Sola ordinario habitualis gratia, et charitas non sufficit, ut actus honestus naturalis virtutis acquisitae sit de condigno meritorius vitae aeternae, sed ulterius requiritur ordinario, l. imperium virtutis supernaturalis, virtualiter saltem; aut moraliter perseverans — ita docet D. Thomas in 2.º dist. 38 q. 1. art. 1 ad 4.um et dist. 40 art. 5. ad 6.um quia ex hoc, quod est in habitu, nullus meretur, sed ex hoc, quod actu operatur: ergo si habitus est otiosus, et nihil operatur, non est principium merendi — Iterum quia alias justus actu peccati venialis, et actu judicii indifferentis; quos Vazquez admittit, ad Deum ordinaret, et per ipsos mereretur — et econtra existens in peccato habituali bona opera, quae facit, ordinaret in pravum finem, ad quem est habitualiter conversus, et per tales actus mereretur poenam; quod est contra fidem; ergo quia actus, quibus peccator ultimo disponitur ad justificationem, merentur gloriam, ut diximus in tractatu de Justificatione; quod efficienter procedunt a gratia, et charitate — et supra articulo 2.º ad 2.um ob hanc rationem diximus, quod gratia non dignificat actum 2.um secundum totam suam intentionem; sed solum secundum illam latitudinem gradualem, secundum quam aequatur cum actibus remissis, quia solum secundum tales gradus active concurrit ad actum: ergo gratia habitualis existens in homine justificato nequit informare actus pure naturales, non imperatos ab aliqua virtute supernaturali, nec reddere ipsos meritorios; quia nullo modo active influit in tales actus, sed gratia, et charitas otiosa sunt, et virtutibus otiosis non est promissum praemium — ergo Celestinus Papa in epistola ad Episcopos Galliae cap. 12. ait: tanta enim est erga homines bonitas Dei; ut nostra velit esse merita; quae sunt ipsius dona, et pro his, quae largitus est, aeterna praemia sit donaturus; agit quippe in nobis, ut quod vult, et velimus, et agamus; nec otiosa in nobis esse patitur, quae exercenda; non

Negligenda donauit, Ut Cooperatores simus gratiæ Dei.. Hæc autem quæ exercenda ad meritum; et non negligenda, nobis Deus donauit, præcipue sunt Virtutes, et dona gratiæ habitualis; quibus Cooperamur gratiæ Dei auxilianti; et ita si habitualis gratia, et Virtutes infusæ, otiosæ maneant, et negligantur, vel non exerceantur, nullo modo dignificant bona opera naturalia, nec ipsa constituunt meritoria præmij supernaturalis.

Suarez Vero qui asserit, ultimas dispositiones ad Iustificationem non procedere a gratia, et tamen a gratia concomitante dignificari, et effici meritoria gloriæ, absque fundamento negat, bona opera naturalia solum ex motivo naturali facta in homine Iusto dignificari a gratia Concomitante, et per ipsam ordinari ad ultimum finem supernaturalem; et constitui meritoria Vitæ æternæ; quia Necesse non potest cum aliquibus Thomistis, quod Ut opera naturalia sint capacia dignificationis gratiæ concomitantis, requiritur, quod ab ipso operante fiant ex aliquo motivo, et fine supernaturali – nam ipse Suarez 3. parte disputatione 39. de merito Christi sectione 2. in ultima Conclusione tenet, quod etiam si in Christo non esset aliquis habitus, vel actus supernaturalis, ordinans actum honestum naturalem ad finem supernaturalem; adhuc actus honesti naturales dignificarentur a supposito Divino, et essent meritorij cuiusuis præmij supernaturalis; qua instantia bene conuincit ipsum Vasquez, Torres disputatione 2. de conditionibus meriti dubio 12. numero 5. contra Thomistas, asserentes: quod talia opera Christi Domini non essent meritoria præmij supernaturalis. Ut tenet Illustrissimus Godoy disputatione 49. de merito Christi numero 232..

2.º probatur Conclusio. Quia Ut actus naturales honesti sint meritorij Vitæ æternæ, debent supernaturalizari, saltem per aliquem modum supernaturalem; per quem eleuentur ad ordinem supernaturalem; quia Ut docet D. Thomas in 2.º distinctione 28. quæstione 1. art 4. et nos supradiximus; meritum, et præmium debent propor.

Proporcionari, et ẽẽ eiusdẽ ordinis; et cũ Vita Aeterna sit supnãlis, actus nãlis nequit ipsã mereri, nisi elevetr. ad ordinẽ Supnãlẽ; S. actus nãles nisi imperentr. ab aliqua Virtute Supnãli n̄ sortit. aliquẽ Supnãlitatẽ quoad modũ, nã talis modus deberet ã gratia, et Virtutibus infusis provenire, et cũ de facto talis actus, nec elicitiue, aut imperatiue ã gratiã, aut Virtute Supnãli procedat, nequit ab ipsis modũ Supnãlitatis participare; S. permanet omnino nãlis: ergo nisi ã Virtute Supnãli imperet, nequit de Condigno mereri Vitã Aeternã.

Tenent Contrarii, q. Ut actus nãles sint proporcionati cũ Vita Aeterna, et meritorii ipsius, n̄ requiritr. q. sortiant aliquẽ modũ phisicũ supnãlẽ; S. sufficit, q. inficiantr. per ipsã gratiã, et Charitatẽ habitualẽ, nã per hanc moralẽ infectionẽ elevantr. ad ordinẽ Supnãlẽ, et redduntr. proporcionati cũ Vita Aeterna; et ipsã merentr. de condigno, ut Suarez dicit de operibus naturalibus Christi Domini.

Hac solutio, admisso, q. gratia, et charitas possint inficere, et dignificare opera ab ipsis n̄ procedentia, magna difficultate pōt impugnari – Suarez tñ hoc admittens contra ipsã arguit, quia ut opus sit meritoriũ debet procedere ab auxilio speciali, et supernãli gratia; S. hoc auxiliũ Supernãle n̄ requiritr. ut opera inficiantr. vel dignificentr. ã gratia, et charitate; nã hoc praestant isti habitus in genere cãe fõalis, et ut cãa fõalis Comunicat suũ effectũ fõalẽ subiecto capaci, n̄ indiget auxilio superaddito: ergo hoc auxiliũ speciale, et Supnãle requiritr. ut voluntas tribuat aliquẽ modũ phisicũ supernãlẽ actibus nãlibus imperatis per charitatẽ, l. per aliã Virtutẽ Supernãlẽ – mai. pbtr. quia ut opus sit meritoriũ debet procedere ab actuali auxilio gratia Christi, ut ait Tridentinũ sess.e 6. cap.e 16. et Calestinus Papa ad Episcopos Galliae cap.e 8 ait: <u>n̄ dubitemus ab ipsius gratia omnia</u>

Domini merita provenire, per quæ fit, Ut aliquid boni, et Velle incipiamus, et facere. - Sed actuale auxilium gratiæ per Christum est Speciale, et Supernaturale: sed hoc auxilium requiritur ad omne opus meritorium.

Confirmatur nam si homo in gratia posset per Solas Vires naturales absque auxilio Speciali, opus meritorium efficere, posset aliqua ex parte in seipso confidere, quia suis Viribus sine auxilio gratiæ posset mereri - ideo haberet homo aliquid, Ut posset in se, et non in Domino gloriari, nam doctrina Pauli docentis 1a ad Corinth. 4. qui gloriatur in Domino, glorietur. et tunc aliquis in se gloriatur, quando de aliquo bono gloriatur quasi non acceperit - et Sancti (præsertim D. Augustinus) exponunt ita gloriari in se, quicumque præsumit posse suis Viribus, et sine actuali auxilio gratiæ efficere aliquid, quod ad Vitam æternam conducat, et Utrumque Adversatur Tridentinum Sessione 6. capite 16 dicenti: absit tamen Ut christianus homo in seipso, vel confidat, vel glorietur, et non in Domino; cuius tanta est erga omnes homines bonitas, Ut eorum Velit esse merita, quæ sunt ipsius dona - et idem ait de nostra Satisfactione pro peccatis Sessione 14 capite 8. Ubi enim ponderandum est, quod omnia opera, quæ Deus Vult esse nostra merita, dicit esse ipsius dona, non Vocantur autem opera, specialiter dona Dei, nisi quia fiunt per Auxilium gratiæ, sic enim ex eo quod ad Philip. 1. dicit Apostolus Vobis datum est pro Christo, Ut Credatis, Colligere Solet D. Augustinus ad Credendum esse necessarium auxilium gratiæ.

Propter hæc, et Alia Seriora fundamenta, quæ adducit Suarez capite 7. dixit capite 10 numero 15. non Video, qua probabilitate Soto, et Alii Authores, qui Concedunt posse Justum aliqua moralia opera

ordinis

Ordinis naalis facere sine auxilio gratiæ; Concedunt talia opera ēē meritoria de Condigno Vitæ Æternæ - Hoc tn̄ ex ignorantia procedit, ng Soto lib 3 de naā; et gratiā cap.e 4. cu Caiet.o Soly asserit; q.d hoō Iustus; qui per actū precedentē charitatis oīa Sua opera honesta Virtualit.r ordinavit ad Deū; pōt efficere aliqua bona opera naalia; et implere aliqua præcepta Sine Speciali auxilio gratiæ; q.d hoc pōt facere peccator; et à fortiori homo Iustus, quod etiā tenet. videtur Suarez; cū Asserat ad meritū Sufficere Virtualē ordinationē; et imperiū Virtutis Supnaalis - et Vlterius disp.e 6. de bonit.e et malitia Sect.e 4. asserat: Actū imperatū n̄ accipere ab imperante aliquē modū intrinsecū, vñe cum ab ipso participet intrinsecè bonitatē moralē Virtutis imperantis; S.d præcise denominat.r extrinsecè bonus à bonitate Specifica actus imperati;

X.a quā Sent.a cu Iustus ex Vi ordinationis Virtualis ad finē supnaalē elicit actū facilē Virtutis naalis n̄ exigit.r auxiliū Specialis gratiæ Supnaalis ad eliciendū talis actus; Quia in tali actu nulla ē Supnaalitas intrinseca ad cuius efficientiā Sit naarium auxiliū Supnaale; nec ē in Voluntate moralis impoā ad ipsū eliciendū; ng Loquimur de actu facili; St ē Salutare Amicos; et Colere Parentes; et Alij Similes; qui fiunt ā Peccatore absque Speciali auxilio, Vt tenet Suarez; qui Vltra auxiliū datū ad actū imperantē Supnaalē, et Virtualit.r permanentē n̄ requirit auxiliū aliud Supernaale; nec Speciale intra ordinē naæ ad eliciendū prædictū actū facilē Virtutis naalis; St ad efficiendū actū externū imperatū ab actu interno Supnaali; n̄ requirit.r Aliud auxiliū Supnaale, præt.r requisitū ad Actū internū; Vt tenet Suarez lib. 2 de gratiā cap.e 24. V.e ad talē actū naalē n̄ requirunt Auxiliū Supnaale; S.d præcise naale; Vazquez, Torres, Granado, Mazarius, Fannerus, Ægidius, et Alij, quos refert Oviedo Controu.a 4. de gratiā n.o 77.

Quamvis Aut. Thœ 1ª 2ª q. 18. art. 4. corp. asserant, Actus naâles imperatos habere bonitatem intrinsecam, et supernaâlem participatam ab actu supernaâli imperante; ut ibi tenent Martinez, Araujo, et Salmanticense. et consequenter asserant ad eliciendum talis actus, quoad modum bonitatis supernaâlis requiri auxilium charitatis supernaâle; non tamen asserunt requiri ad eliciendum talis actus, quoad substantiam ipsius; in quo sensu loquitur Mag. Soto, et Dnus Cajet. — Alij vero Thœ; ut Conradus; et alii asserunt: in actibus virtutum naâlium, imperatis â charitate, aut alia virtute supernaâli non dari aliquem modum intrinsecum supernaâlem. Imo Illmus Araujo hic n. 44. dicit cum Zumel non dari talem modum supernaâlem in actibus naâlibus; quando solum Ss. imperari virtualiter per actum supernaâlem præteritum, solum virtualiter aut moraliter permanentem; vero ita Authores ad eliciendos istos actus naâles non requirunt auxilium actuale supernaâle intrinsece, præter auxilium requisitum ad actum præteritum charitatis — Ex quo constat, valde probabilem esse sententiam Mag. Soto, et Dni Cayet.; et inefficacem esse impugnationem solutionis prædictæ; namque facile, negatur maior; et ad probationem desumptam ex Tridentino Sess. 6. dicente: Cum ipse christus Jesus, tanquam caput in membra, et tanquam vitis in palmites, in ipsos Justificatos iugiter virtutem influat, quæ virtus bona eorum opera semper antecedit, et comitatur, et sequitur; et sine qua nullo pacto Deo grata, et meritoria esse possunt &c.ª —

Rº Quod aliqui probabiliter asserunt, nomine suæ virtutis â christo derivatæ intelligi ipsam gratiam habitualem simul cum virtutibus infusis, quam Christus iugiter influit in Justificatos per conservationem; quæ est continuata productio; namque si nomine suæ virtutis intelligatur auxilium actuale; intelligi non potest, quod hæc virtus semper subsequatur bona opera hominis Justificati; namque post ultimum bonum opus ipsius non sequitur aliud auxilium actuale,

Licet Auxiliu ad Utrumque actum subsequatur ad alios actus quidem. Concessio tamen; quod nomine Virtutis intelligat Concilium, Auxilium actuale; non debet intelligi de natura de Auxilio entitative supernaturali, quia hoc non iugiter influit Christus in ipsos Justificatos; nec semper comitatur bona opera ipsorum; ut patet quando Justus ex ordinatione praeterita charitatis virtualiter permanente efficit actum virtutis naturalis ex nostra sententia relata; sed nomine virtutis intelligit Concilium auxilium efficax Dei moventis, et donantis bona opera meritoria; abstrahendo ab hoc, quod sit naturale, vel supernaturale entitative, quod auxilium in nostra sententia est phisica praemotio; et in sententia aliorum est cogitatio congrua; et quamvis hoc auxilium datum Justificatis sit entitative naturale, dicitur gratia Christi; et datur ex meritis Christi; quia Deus ipsum donat ex providentia supernaturali, qua vult Justos mereri vitam aeternam per actum virtutum naturalium, et in praedestinatis est effectus praedestinationis; et ita est supernaturale exstrinsece ex ordinatione divina ad finem supernaturalem; et alias tale auxilium, non est debitum naturae, debito necessitatis, sed datur igni concursus ad cale= faciendum; sed debito congruentiae sive ordinis divinae Providentiae; ut latius diximus in tractatu de gratia quaestione 109. art. 1. et 2. et similiter loquitur Caelestinus Papa.

Ad Confirmationem Respondetur non sequi praedicta inconvenientia; quia etiam bona opera naturalia, sive hominis Justificati, sive peccatoris sunt dona Dei; qui tribuit omnibus vitam; inspirationem, et omnia; et ita homo in ordine ad operationes naturales honestas non potest in seipso confidere; nec in seipso gloriari; nam licet, per vires naturae possit potentia antecedenti efficere aliqua bona opera naturalia; non tamen potestate consequenti, nisi haec bona opera dentur a Deo per auxilium efficax; quod tamen auxilium, nobis non est debitum debito necessitatis, in qualibet occasione particulari; sed in qualibet potest a Deo negari, et ipsum debet homo petere a Deo, et haec bona opera naturalia fiunt. Ut sic meritoria in homine Justificato fieri non possunt viribus naturae; sed ad ipsa requiritur

Gratia habitualis sanctificans. Verum tamen est quod bona opera entitative supernaturalia dicuntur antonomasticè dona Dei; quia Deus non solum per suum auxilium efficax tribuit ista opera; sed etiam per auxilium gratiae sufficientis tribuit potestatem antecedentem; et vires phisicas ad ipsa efficienda; et D. Augustinus non probat; quod actus fidei sit entitative supernaturalis, ex eo precisè; quod credere sit donum Dei; sed quia est donum Dei antonomasticè, quia in homine non sunt vires sufficientes in actu primo ad ipsum eliciendum, ex illud 2a Corinth. 3 non sumus sufficientes cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis; sed sufficientia nostra ex Deo est quod intelligitur de cogitatione pertinente ad pietatem fidei — Ex quo infertur; quod ad credendum, sufficientia nostra ex Deo est; nam credere est cum assensione cogitare.

3° probatur conclusio independenter ab aliis probabilibus opinionibus theologorum, quia nullum opus est de condigno meritorium vitae aeternae; nisi sit ex fide; sed opus bonum naturale elicitum ab homine iustificato absque imperio virtutis supernaturalis non est ex fide; sed precisè ex vi naturali, cum habitus fidei in iusto sic operante sit otiosus, et non dirigat talem actum, nec aliquem actum supernaturalem imperantem: ergo actus bonus naturalis hominis iustificati non est meritorius vitae aeternae, nisi imperetur ab aliqua virtute supernaturali, regulata per fidem — maior probatur 1° quia Apostolus ad Galat. 5. ait: quod in Christo Iesu, neque circumcisio aliquid valet, neque praeputium; sed fides; quae per charitatem operatur — quod testimonium etiam probat sequentem conclusionem.

2° probatur ex illo Habacuc 2 Iustus meus ex fide vivit; quo utitur Apostolus ad Rom. 1. — ad Galat. 3 — et ad Heb. 10. et sensus est; quod iustus ex fide se movet per meritum ad consequutionem vitae aeternae; nam opera non meritoria dicuntur mortua; quia per ipsa homo non se movet ad consequutionem vitae aeternae, in quo sensu Apostolus dicebat

ad

Ad Galat. 2. Quod autem nunc vivo in carne, in fide vivo, filij Dei – et D. Aug.nus tract.u 3 in Joannem ait: q.d fide promeremur Deum – et paulo infra ait: Si consequutus est itaque gratiam fidei, eris justus ex fide; justus enim ex fide vivit, et promereberis Deum, vivendo ex fide; cum promerueris Deum, vivendo ex fide, accipias praemium immortalitatem, et vitam aeternam; et illa gratia est, non pro quo merito accipias vitam aeternam – pro gratia; si enim ipsa fides, gratia est, et vita aeterna, quasi merces est fidei, videtur quidem Deus vitam aeternam, tanquam debitum reddere; cui debitum? fideli; quia promeruit illam per fidem; sed quia ipsa fides gratia est, et vita aeterna, gratia est pro gratia – quae ratio nulla esset, si independenter a fide dirigente actus, operatio procedens ex lumine naturali rationis, esset meritoria vitae aeternae – et idem ait D. Aug.nus de gratia, et libero arbitrio cap. 7 et Lib 4. contra Julianum cap.e 3. utens praedicto testimonio.

3.o prob.r maj. ex illo 2a. Corinth. 5 dum sumus in hoc corpore peregrinamur a Domino; per fidem enim ambulamus, et non per speciem; non ambulare per fidem ad patriam coelestem est per fidem mereri vitam aeternam; ut D. Aug.nus de perfectione justitiae cap.e 8. ait: post hanc autem vitam merces perficiens reddetur, sed eis tantum, a quibus in hac vita eiusdem mercedis meritum comparatur. &a. quamdiu q. peregrinantes a Domino per fidem ambulamus, non per speciem (unde dictum est, justus ex fide vivit) haec est nostra in ipsa peregrinatione justitia; ut ad illam perfectionem, plenitudinemque justitiae, quae est in gloria perveniamus

4.o prob.r maj. quia justus per bona opera meritoria crescit in justitia, et sanctitate promerendo augmentum gratiae, et charitatis, tanquam praemium intermedium; sed justus non crescit in justitia, et sanctitate, nisi per bona opera facta ex fide dirigente, et cooperante q. solum bonum opus

Ex fide ē meritoriũ Vitæ æternæ – min pbr. quia Tridentinũ Ses. 6 cap. 10 dit: qd Justificati per observationẽ mandatorũ Dei, et Ecclesiæ, in ipsa Justitia per christi gratiã accepta; Cooperante fide, bonis operibus crescunt, atque magis Justificantr; ut scriptũ ē; qui Justus ē, Justificetr adhuc Apoc. ulto. et iterũ ne verearis usque ad mortẽ Justificari – in illis autẽ Verbis: fide Cooperante bonis operibus – declarat necessariũ eē concursũ fidei ad bonũ opus meritoriũ – quæ Verba desumpta sunt ex epist.a Jacobi cap. 2 Ubi dicitr: Abrahan Pater noster nonne ex operibus Justificatus ē? offe=rens Isaac filiũ suũ super Altare? – Vides quoniã fides cooperabatr operibus illius, et ex operibus fides Consumata ē – et suppleta ē Scrip=tura dicens: Credidit Abrahan Deo, et reputatũ ē illi ad Justitiã – ut dicitr Genes. 15 – ad Rom. 4 – et ad Galat. 3 – Ubi n fit sermo de 1a. Justificatione Abrahæ, nã eiũ hoc dicitr. de ipso Genes. 15 iã erat Justi=ficatus, et magis quando obtulit filiũ suũ super Altare, sed fit sermo de 2a. Justificatione per augmentũ gratiæ, et charitatis, quod habuit; quia fides cooperabatr operibus illius; et ita absque fidei cooperatione nu=llũ opus pot eē meritoriũ – Inde p. Tridentinũ Sess. 6. cap. 8 explicans Apostolũ dicentẽ; qd per fidẽ Justificamur, Asserit: ut scilicet, Justificari per fidẽ dicamur; quia fides ē humanæ salutis initiũ, fundamentũ, et radix omnis Justificationis – in omni Justificatione includit, n solũ 1a. Justificationẽ per remissionẽ peccatorũ, sed etiã 2a. Justificationẽ per augmentũ Justitiæ, et sanctitatis: Unde, sicut 1a Justificatio fieri n pot sine fide cooperante, ita nec 2a.

Quinto pbr. mai; quia Apostolus ad Heb. 11 in

Com=

Commendationem fidei plures Patriarchas, et Prophetas adducit, et omnia eorum merita attribuit fidei, dicens in communi: qui per fidem vicerunt regna; operati sunt Justitiam in Christo Jesu Domino nostro. quod Martiribus applicat Ecclesia in officio Martirum - et ex ipso probat D. Thomas 2. 2ᵃᵉ quaestione 2 art. 9. quod actus fidei est meritorius, et specialiter ait Apostolus; in fide Enoch translatus est; ne videret mortem (idest per meritum fidei) ante translationem testimonium habuit placuisse Deo - quod testimonium habetur Genes 5. ubi de illo dicitur: quod ambulavit cum Deo, qui autem cum Deo ambulat, ipsi placet. ex quo infert Apostolus; quod fide ambulavit cum Deo, et Deo placuit; subdens: sine fide autem impossibile est placere Deo, - et ne intelligeretur quod loquitur solum de fide habituali, et obscura; sine qua etiam parvuli Baptizati non placent Deo; sed loquitur de fide actuali; et cooperante bonis operibus; quibus Enoch placuit Deo, immediate subdit Apostolus: Credere autem oportet accedentem ad Deum, quia est; et inquirentibus se, remunerator sit. haec enim est fides actualis, et cooperans bonis operibus, sine qua impossibile est placere Deo bonis operibus; et consequenter sine ipsa cooperante bona opera non possunt Deo esse grata; et accepta in ordine ad vitam aeternam.

Sexto probatur ratione D. Thomae, quam desumit ex verbis Apostoli ad Haeb. 11. Lect. 2. quia nullus potest mereri apud Deum Authorem supernaturalem; nisi per opera, quae ipsi placeant; et sint ipsi grata; sed nisi homo operetur ex directione fidei, nequit suis bonis operibus placere Deo Authori supernaturali: ergo mereri non potest absque directione, et cooperatione fidei, praemium supernaturale - minor probatur. quia nullus potest Deo Authori supernaturali placere bene operando; nisi suis operibus accedat, vel magis

Accedat ad ipsu Deu Do. illud Jacobi 4.o Appropinquare Deo, et ipse Appropinquabit Vobis – et Psalm. 33. accedite ad eu, et illuminamini; S.t nullus accedit suis operibus ad Deu Authorem supnaalem, nisi per fide Cre= dendo; quia ē; et q.d remunerator ē in ordine supnaali: f – min. pb.r quia St Videmus in quolibet motu naali, q.d opportet, q.d mobile ex motu, duo intendat, ne motu sit frustra, scilicet, Aliqum terminu, et Causa, qua re mobeat.r Sic etia in motu meritorio, quo aliquis accedit ad Deu Authorem supnaalem, cujus motus ē ipse Deus, et ita Vt hoc ipsu intendat, et ad ipsum Accedat, debet fide Credere quia ē; causa aute quare mobet.r et accedit ad Deu ē; quia ab ipso sperat remunerationem; et ita per fide debet Cre= dere; quod inquirentibus se, remunerator sit; Aliter enim nullus iret ad ipsu, si n. speraret aliqua remunerationem ab ipso: f. nullus pot. accedere per meritu ad Deu Authorem supnaalem, nisi Credat, quia ē; et inqui= rentibus se remunerator sit

Septimo pb.r Authorit.e Sanctoru Patru ng D. Leo Papa Ser.e 7 Quadrag. agens de elemosina ait: Quid hoc opere fructuosius? Quid hac humanitate felicius? Quæ utique laude sua laudanda n. eet, si prop= ter ipsu nudo Cotidianum Juvando hoi ab hoie praeberet.r S.t quia q.d n. ex fidei procedit fonte, ad praemia Aeterna n. pervenit; Alia ē Conditio Operu Cælestiu; Alia terrenoru. – Ubi largitionem elemosinæ propt.r moti= bu naale excludit à ratione meriti; quia n. procedit ex fide, et ipsa Computat int.r opera terrena – et ide docet D. Ambrosius Lib 6 in Luca cap.e 7. Circa illa Verba: Pauperes semper habetis Vobiscum – et D. Hylarius Can.e 9. in Matthæu – et D Bernardus Ser.e 55. in Cantica explicans illud: fulcite me floribus, stipate me malis; ng per flores fide, per mala V.o, l. fructus intelligit opera meritoria; quia initur

Floris

Flos, fructum praecedens, bonum quoque opus fide opportet praeveniri; alioquin sine fide impossibile est placere Deo; Paulo attestante, magno Aug. ipso aqua docente; omne quod non est ex fide, peccatum est; sed fides sine operibus mortua est, et inutiliter quoque flos apparet, ubi non sequitur fructus.

Denique probatur clare ex verbis Christi Domini Matthaei 5: Si enim diligitis eos, qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? nonne et Publicani hoc faciunt? Ubi dilectionem Amicorum docet non esse meritoriam Vitae Aeternae, aut praemii supernaturalis; quia ut ait Glossa: amare amantes naturae est, inimicos vero amare est charitatis. Et D. Thomas ibi ait: quasi dicat Christus, qualis in vobis erit perfectio, si in dilectione non superatis exemplum publicanorum, qui imperfecti sunt. Unde ad meritum Vitae Aeternae non sufficit Amor naturalis amicorum; quamvis sit honestus, et laudabilis; sed ulterius requiritur Amor charitatis, quo tam Amici, quam inimici diliguntur propter Deum. Unde Origenes Hom. 8 ex diversis in Matthaeum explicans praedicta verba ait: Ostendit Dominus meritum nos perfectae dilectionis habere non posse; si tantum diligamus eos, quibus vicem nobis rependi dilectionis munere noverimus; cum huiusmodi dilectionem etiam Paganis, et Peccatoribus scimus esse cognitam. Unde vult Dominus nos communem legem dilectionis humanae, lege dilectionis Evangelicae superari. Et similiter S. Gregorius Hom. 27 in Evang. ait: ille enim veraciter charitatem habet, qui et amicum diligit in Deo, et inimicum propter Deum. Nam sunt nonnulli, qui diligunt proximos, sed per affectum cognationis, et carnis; quibus tamen in hac dilectione sacra eloquia non contradicunt, sed aliud est, quod sponte impenditur naturae, aliud, quod praeceptis dominicis ex charitate debetur obedientiae, hi nimirum, et proximum diligunt, et tamen illa sublimia dilectionis praemia non assequuntur, quia amorem suum non spiritualiter sed carnaliter impendunt.

Et idq dicit de amore nat̃li Parentũ, filiorũ, Uxoris, Cognatorũ, et Amicorũ D. Aug.^nus cap. 46 de Vera Religione; et Serm.^a 38 - et 50 - et Ser.^e 52 de tempore - et D. Bernardus Ser.^e de Vita, et quinque Sensibus - et similit.^r explicant illud Lucæ 6. Si diligitis eos, qui Vos diligunt, quæ Vobis ẽ gratia? - nã et peccatores diligentes se diligunt - Chrisostomũ in Cat.^a D. Thõe et D. Ambrosiũ Lib 5. in Luc. cap. 6.

R.^et Vazquez n.º 64. nullũ Expositorũ ex hoc loco deduxisse id, q.^d nos intendimus, nempe opera nat̃lia Justorũ meritoria ñ eẽ; et ait: se nescire, quo fundto id colligi possit; siquidẽ tã diligere Amicos, quã inimicos, opus ẽ moralis Virtutis; nã lege nat̃li prohibemur inimicos odio habere, et tñ dilectioni inimicorũ assignatur præmium Vitæ Æternæ.

S.^d Dũ asserit: nullũ Expositorũ nrã Sent.^a deducere ex hoc loco, manifestat propriã ignorantiã, et pigritiã in legendo Expositores, ñ enĩ vidit testimonia, et Expositiones Sanctorũ Patrũ à nobis Adductas, et legisse saltẽ poterat suũ Patrẽ Maldonatũ, qui Mathæi 5.º n.º 46 explicans illa Verba; quã mercedẽ habebitis? - ait; non negat mercedẽ habituros, quicumque amicos diligunt, cũ amicos diligerẽ Charitatis sit, S.^d negat mercedẽ habituros; si ut Publicani tantũ id faciant, idẽ si ñ propt.^r Deũ, S.^d propt.^r nat̃lẽ in Amicos propensionẽ, aut propt.^r Utilitatẽ suã faciant, quisquis autẽ inimicos ñ diligit, satis declarat, se Amicos, ñ propt.^r Deũ, S.^d propt.^r se diligere, si enĩ propt.^r Deũ diligeret, etiã diligeret inimicos, qui ñ minus, quã amici imago Dei sũt; qui f. amicos, ñ inimicos diligit, quia ñ propt.^r Deũ diligit, mercedẽ ñ het, qui ñ solũ Amicos, S.^d etiã inimicos diligit, ñ solũ

Charit.^s

Charitatis erga Amicos suos, mercedem habebit, quia Deus non nisi gratis remunerat — Quae expositio est D. Thomae 2. 2ae q. 27 art. 7. ad 1m. — et ideo tradit Carthusianus art. 11. in Caput 5 Matthaei sub dens: Sciendum est, quod amicos diligere ex charitate non est immeritorium; diligere vero Amicos, alia quacumque dilectione non est meritorium, signum autem quod Amici diliguntur, quia Amici, et non principaliter propter Deum, est cum sic diliguntur, quod inimici non diliguntur — et similiter explicat Caietanus dicens: Quam mercedem habebitis? nonne et Publicani hoc faciunt, quasi dicat: nullum, diligere diligentes se, potius est rependere Vicem, quam mereri mercedem, sed diligere odientem, mercedem spectat a Deo, propter quem diligitur, quod quamvis clarum esset, Dominus tamen manifestat, ex hoc quod diligere diligentes est actus etiam publicanorum, qui non spectant mercedem a Coelesti Patre. — et eodem modo Carthusianus, et Caietanus explicant testimonium Lucae cap. 6 supra adductum.

Addit autem Vazquez, quod sensus illius loci est, quem Jansenius nobis exposuit cap. 40 Concordiae, eumque ex Aug. suo hitel mano desumpsit, et indicavit Theophilactus, ut scilicet, suppleatur, vel intelligatur particula tantum, qua paulo inferius in simili sententia utitur, et ita erit sensus: Si tantum eos diligatis, qui vicissim vos diligunt, hoc est vestros tantum Amicos, et odio habeatis inimicos vestros, quam potestis ex hac vestra dilectione, mercedem a Domino sperare? — hoc enim opus, etiam Ethnicum, et peccatorum est, acsi dicat: hoc genus dilectionis cum admixtum habeat peccatum odii, nullius praemii dignum est; ob id tamen non negat, meritum Vitae aeternae dilectioni Amicorum; quae in Justis haberetur, et non habentibus odio inimicos, meritorium opus esse potest. —

Haec tamen expositio probabilis non est, quia est contra communem intelligentiam Sanctorum Patrum, et expositorum, et falso pro ipsa adducit Jansenium; qui solum hanc explicationem secutus est, et ideo nec leviter indicavit

Soly Carnisarianus post adhibitg eog interpretationg, q[ua]g Quis indicavit;
Qmvis enj Varysit illg particulg tanj ee Subintelligendg; id e: si diligitis
eos tanj; qui Vos diligunt, scilicet; quia Vos diligunt, q^d modus diligen-
di n extendit ad inimicos; et coent talis dilectio e tanj amicorj, nullus
tn asseruit ee addendy textui: si diligitis tanj eos, qui Vos diligunt, odio
habendo inimicos; hac enj additio corrumpit textj, nq christus loquitr
de dilectione Amicorj tanj; quae e comis tg Iustis, qug Peccatoribus, Vt indi-
cavit etig S. Hylarius Can. 4 in Mathaey ibi; Quonig Penes sit aman-
tes amare, et coe sit diligere diligentes; Christus enj cy suis Discipulis,
qui erant Iusti loquebatr, et ipsis dicebat: Si diligitis eos, qui Vos diligunt
&c. nonne, et Publicani hoc faciunt; id e etig hoc faciunt Peccatores;
et n soly Iusti, Vt Vos estis, et coent n loquitr de prava dilectione
Amicorj, admixtj habente odiy inimicorj; aliãs diceret; si diligitis eos;
qui Vos diligunt, estis Publicani; et Peccatores, q^d tn christus n dixit;
S. estis in hoc similes publicanis, et Peccatoribus; Sic enj amor ami-
corj tanj ex motivo naali, etig in Peccatoribus n e peccatj; S. actus bonus,
et laudabilis, qmvis possit per accidens Viciari prava circumstantia; Sic
etig in Iustis; S. christus n loquitr de eo, q^d per accidens pot. convenire
dilectioni Amicorj, quia amici st, S.d de eo q^d per se ipsi competit; et
ita Christus n reprehendit talg amorg, Vt malj, et peccatj, S. praecise
Vt opus imperfectj, et insufficiens ad merendj Vitg aeternj: Vn statj subdit:
Estote perfecti; Sic et Pater Vester Caelestis perfectus e; id e diligite omnes
per charitatg; quae e Vinculj perfectionis, imitantes Patrg Vestrj Caelestg,
qui Solg suy oriri facit super bonos, et malos &c.

2°

2º. Reijcit.r quia dato, q.d prædicta explicatio sit probabilis, ex hoc tñ ñ sequit.r, q.d nrã expositio, quæ ẽ Coĩs Sanctorũ Patrũ, et theologorũ ñ sit legitima, et literalis nã ut docet D. Thõs 1. p.e q. 1. art.º 10 cũ D. Aug.no et convenit Varzquez, eadẽ litera Sacræ Scripturæ pot continere plures sensus literales, ñ repugnantes inter se, maxime quando verba sunt Dei, aut christi Dñi, qualia sũt testimonij præsentis, utrũque autẽ sensus ipsius in nrã sent.a verus ẽ, nã verũ ẽ, q.d si diligimus nos diligentes amore naãli, quia nos diligunt, nullã habebimus mercedẽ vitæ æternæ, et similit.r verũ ẽ, q.d si diligimus amicos, odio habendo inimicos, nullã habebimus mercedẽ, et cũ quilibet sensus literalis sacræ scripturæ sit fide credendus, dato, q.d sensus adductus à Varzquez sit literalis, id tñ ñ probat nostrũ, et cõẽ sensũ Sanctorũ Patrũ, et expositorũ ñ ẽẽ literalẽ, q.d probare ñ pot, securus ñ incedit in fide, negando sanctis Patribus, et omnibus theologis literalẽ intelligentiã prædicti testimonij, donec ipse novã intelligentiã excogitavit.

Ex hac ratione cc.is sequit.r q.d ut opus virtutis, sive naãlis, sive supnaãlis hoĩs justificati sit meritoriũ de condigno vitæ æternæ, debet ẽẽ opus propriũ hoĩs justi, ut justus ẽ, ita ut tale opus, l. roẽ subjecti, l. roẽ modi ñ possit convenire peccatori, aliãs tale opus ñ erit justi, ut justus ẽ, s.d ut convenit in aliqua roẽ cõi cũ peccatore, et ita eius justitia, et sanctitas ñ erit cãa per se talis operis, s.d in justo erit concomitanter, et per accidens, st musica in artifice ad ædificandũ, et ad imitationẽ christi Domini dicamus: si credimus, speramus, colimus Deũ, et Sanctos, missã audimus, elemosinas damus, jejunamus, et oramus, quã mercedẽ habebimus? nonne enim Publicani, et Peccatores hoc faciunt? st enim hoc distinguit.r à bruto in potestate merendi

ita Iustus distinguitur à Peccatore in potestate merendi de Condigno Vitam Æternam: Vel. Sicut ad meritum hominis requiritur, quod eius operatio sit humana, et propria hominis, ut distinguitur à Bruto, saltem quoad modum operandi cum Dominio, et Libertate, et per operationes, in quibus homo communicat cum Bruto, tam in substantia, quam in modo; ut sunt operationes partis sensitivæ, præ= venientes usum rationis, homo nihil mereri potest, ita per operationes communes, in quibus Iustus communicat cum Peccatore, mereri non potest de Condigno Vitam Æternam; sed istæ operationes, si quoad substantiam sunt communes, fieri debent à Iusto, modo speciali, et proprio, quo non fiunt à Peccatore, scilicet, per Imperium, et ordinationem charitatis; quo talia opera fiunt propter Deum summe dilectum; quia ut ait D. Augustinus Ser. 53 de tempore Charitate distinguuntur filij Dei à filijs Diaboli, filij lucis à filijs tenebrarum. Ut ad rem præsentem bene notavit Sira in caput 6um Lucæ; quod constat ex illo 1. Ioannis cap. 3. in hoc manifesti sunt filij Dei, et filij Diaboli, qui non est Iustus, non est ex Deo, et qui non diligit fratrem suum. Quæ verba exponens D. Augustinus ibi tractatu 5. ait: dilectio quæ sola discernit inter filios Dei, et filios Diaboli, signent se omnes signo Crucis Christi; respondeant omnes, Amen. Cantent omnes Alleluja, Baptizentur omnes; intrent Ecclesias; faciant parietes Basilicarum non discernuntur filij Dei à filijs Diaboli nisi charitate, qui habent charitatem, nati sunt ex Deo, qui non habent non sunt nati ex Deo; magnum Iudicium! magna discretio! quidquid vis, habe, hoc solum non habeas, nihil tibi prodest; alia si non habes, hoc habe, et implesti legem; qui enim diligit alterum, legem implevit ait Apostolus ad Rom 13.

Ibi

Ubi opera Supnalia numerat, quæ sola fide dirigente â fidelibus fiunt; et tn̄ nihil prodesse ad meritũ affirmat; quia hæc ss. Coia, etiã Peccatoribus; nisi enĩ fiant ex charitate n̄ sũt opera Juxũ; Ut ê filius Dei, et Lucis; et Ut distinguitr. â filijs Diaboli, et tenebrarũ, et ideo Apostolus ad Ephes. 5. dicebat: estote q. imitatores Dei, sicut filij charissimi, et ambulate in dilectione. Quia si n̄ Ambulant in dilectione Dei, et proximi, n̄ ambulant, Ut filij Dei charissimi; sed Ut conveniunt cũ filijs Diaboli — et paulo infra Ait: eratis Aliquando tenebræ; nunc autẽ Lux in Domino; Ut filij Lucis Ambulate; id ê Ambulate, quatenus Ut filij Lucis distinguimini â filijs tenebrarũ; Quòd magis explicans immete Ait: fructus enĩ Lucis ê in oĩ bonitate, et Justitia; et Veritate, probantes, quid sit beneplacitũ Deo; id ê examinantes, et intendentes; q. placet Deo, operantes bonũ n̄ ex Abrupto; sed probantes, et roe discernentes, quòd opus placeat Deo; sic enĩ explicat D. Thõs ibi; Intendere autẽ studiose suis bonis operibus Deo placere ê Actus charitatis ex amore Dei procedens, nã amans alterũ ipsi placere Vult; et coenr. solũ Actus ex amore charitatis procedentes sũt fructus Lucis, et opera propria filiorũ Lucis, et coenter solũ huiusmodi Actus sunt meritorij, et fructuosi ad Vitã æternã consequendã; et optime dicit D. Thõs in hoc arto; q. meritũ Vitæ æternæ 1o. pertinet ad charitatẽ; ad alias autẽ Virtutes 2rio, sm quòd earũ actus â charitate imperantr. et quius hæc sufficeret, ad confirmandã Doctrinã D. Thõæ; quia tn̄ aliqui Moderni theologi, etiã Thõæ n̄ considerantes gravitatẽ materiæ; quæ n̄ ê de pertinentibus ad finẽ; sed Valde Dogmatica, et ignorantes, quæ sit mens sacræ Scripturæ iuxta intelligentiã sanctorũ Patrũ, quorũ Unanimem consensũ sequi tenemur iuxta Decretũ Sancti Concilij Tridentini

Sessione 4. à Veritatis tramite recedunt; hoc amplius confirmare oportet sequenti conclusione.

2ª CC.º Proponitur, et Probatur

2ª CC. Ut actus aliarum Virtutum, etiam supernaturalium sint meritorii de Condigno Vitæ Æternæ, debent procedere ex imperio charitatis, l. formaliter, l. virtualiter existente, ita docet D. Thomas non solum in hoc Art.º, sed etiam pluribus alijs locis, adductis in tabula Aurea: Verbo meritum nº 53 et sequentibus et Sanctus Dr. Bonaventura in 2º dist.ª 40 art. 2 q.e 3 - et dist.ª 41 art. 1. q.e 3. et bene dixit Lorca, quidquid in contrarium reclamet Torres, ante Modernos relatos, pro contraria sent.ª — nostra CC. erat communis Consensus omnium Theologorum; ut ne unus quidem de hoc dubitaverit; qui Consensus in re tanti momenti, et quæ potius revelatione, quam discursu constare debet, firmissimum facit argumentum; maxime; quia fundatur in communi consensu Sanctorum Patrum - et deducitur ex Sacra Scriptura; ut intelligitur à Sanctis Patribus —. 1º. g. pb. CC. Quia actus fidei Theologicæ non est meritorius de condigno vitæ æternæ, nisi procedat à charitate: ergo à fortiori nec actus aliarum Virtutum supernaturalium, qui sunt inferiores actu fidei; quorum nullus est meritorius, nisi ex fide procedat, ut probatur et an. pb. ex illo ad Galat. 5. In christo Jesu neque circumcisio &c. sed fides, quæ per charitatem operatur. - id est non fides informis, nec fides otiosa, sed quæ per charitatem operatur. Ut ait D. Thomas ibi, et Glossa interlinealis - et similiter glossa ordinaria cum D. Aug.no ait: Sine dilectione fides inanis est, cum dilectione christiani est; Alia est Dæmonis; nam et Dæmones credunt, et contremiscunt — et D. Aug.nus de fide; et operibus cap.e 16. et 17. ait. Apertissime Scriptura testatur, nihil prodesse fidem, nisi eam, quam definivit Apostolus, id est quæ per dilectionem operatur. et idem ait lib 15. de Trinit.e cap.e 18 — et in Epistolam Joannis tractatu 10.

er

Et Serm.e 16 de Verbis Apostoli — et in Enchyridione cap.e 67 et pluribus aliis Locis — et D. Bernardus Epist. 107. ait: nec fides valet, si n. operetur ex dilectione — et D. Thom. in hoc artº ad 3.um ait: Quòd fidei actus n. è meritorius, nisi fides per dilectionem operetur. Ut dicitur ad Galat. 5. — Quo n. obstante Vazquez timens huius testimonij difficultatem, ipsum omisit; nec ausus è ipsum explicare — Torres Vº ait: Quòd hoc testimonium recte explicuit Vazquez 1. 2.æ disp.e 192 cap.e 2. Ubi praedicti testimonij nullam mentionem facit — solum explicare conatur D. Aug.num sequens dicentem: nullum opus èè bonum, nisi fiat ex charitate dicens: Quòd nomine charitatis intelligit D. Aug.nus n. actum, l. habitum Virtutis Theologicæ, qua amamus Deum, et proximum; et propriè dicitur charitas, sed intelligit quemlibet amorem verae Virtutis Iustitiæ, et Legis Dei, qui distinguitur à timore servili, quo aliqui Legem observant — q.d probat quibusdam testimonijs truncatis D. Aug.ni, nam si integrè Legantur, expressè constat, q.d D. Aug.nus Loquitur de Amore Virtutis, et Iustitiæ, qui è actus charitatis Theologicæ, et provenit ex vero Amore Dei, nam vere amans Deum, vult Deo servire, et placere faciendo opera iusta, et implendo Legem, et Voluntatem Dei, n. servili timore pœnæ; sed amore, et delectatione Iustitiæ, qua ratione dicitur, q.d diligenti Deum, iugum suæ Legis suave è, et onus eius leve — et ita 1.a 2.æ q.e 18 art. 2 dicunt. Montezinos, Martinez, Salmanticenses, Mag.r Ioannes à S. Thom., et Alij: Quòd ille actus: Volo honeste vivere in mod. omnium Virtutum ex intentione placendi Deo è actus 2.rius charitatis: V.e praedictam interpretationem testimoniorum D. Aug.ni late reijcit Suarez Lib. 1. de gratia cap.e 5. à n.º 7. — et ad ipsam reijciendam sufficit legere testimonia D. Aug.ni verè dicentis: n. dari bonum opus, idè fructuosum, et meritorium, nisi procedat ex charitate — Torres autem nullam aliam explicationem tribuens praedicto testimonio Apostoli; ipsi videtur acquiescere, et q.d Apostolus dicens: fides, quæ per charitatem operatur — nomine

Charitatis n. intelligit Virtutẽ Theologicã; S.t Amorẽ Virtutis, et Iustitiã
provenientẽ ab alia Virtute; in quo n. solũ Adversat.r Com intelligentiæ
Sanctorũ Patrũ; et Theologorũ; qui omnes asserunt: nomine charitatis in prædicto
testimonio Apostolũ loqui de charit.e Theologica; S.t etiã suo Magistro Vaz-
quez; qui 1.a 2.æ disp.e 210. cap.e 6. intelligit prædictũ testimoniũ de charitate
Theologica; Sicut etiã de fide Theologica – et Suarez loco citato n.o 9 pbat D. Aug.nus
in testimonijs à nobis relatis loqui de charitate Theologica; quia in Confir.
adducit illud ad Galat. 5. fides; quæ per charitatẽ operat.r q.d de propria
Charitate intelligit.r sine dubitatione; q.a constat ex contextu Capituli; nã
Apostolus in eodẽ Capitulo infra ait: S.t per charitatẽ Spiritus, servite invicẽ;
Ois enĩ Lex in Uno sermone implet.r diliges proximũ tuũ, sicut teipsũ. q.d de
Charitate Theologica clare intelligit.r – et paulo infra in eodẽ capitulo ait:
fructus autẽ Spiritus ẽ charitas, gaudiũ &c. q.d etiã de charit.e Theolo-
gica intelligit.r; et evident.r de hac charitate loquit.r, cũ paulo ante dixit; S.t
fides; quæ per charitatẽ operat.r

S. n ẽ melior interpretatio Suarij hic cap.e 10. n.o 24. Ubi
simul explicans Antiquos Scholasticos; Sanctos Patres; et prædictũ Apostoli
testimoniũ; ubi requirit.r charitas ad meritũ, dicens: quòd nomine charitatis
n intelligit.r charitas eliciens; l. imperans aliquẽ actũ 2.s; S.t charitas, ut
fundans; et radicans alias Virtutes supnales; ratione cuius, omnes operationes
supnales aliquomó pertinent ad supnalẽ charitatẽ; et in illa fundant.r;
et radicant.r; hoc autẽ sent, eo ipso; q. fiant ex motibo quocumque super
nnali; dũ modo fiant ab Amico Dei; quia sunt proportionata Amicitiæ
Divinæ; et esse tendentia ad finẽ charitatis; quæ in operante supponit.r;
neque plus probant testimonia Scripturæ: U.e quoties ille; qui hẽt fidẽ
Charitate formatã operat.r ex supernnali motibo convenienteo ipsi charitati

Ni-

Dici pot: fidē per charitatē operari; quia operat. Sm̄ praecepta, et regulas charitatis; et quia omnes Virtutes, quae proxime operant. in tali merito ab ipsa charitate originē ducunt; et in ipsa radicant.; et in hoc sensu loquuntur SS. Sancti Patres, et Theologi Scholastici.

S. hoc explicatio, potius ē initio sacrae scripturae; quā interpretatio; textus enī Apostoli clarus ē; interpretatio V.º inintelligibilis; q.ª intelligi n̄ pot; q.º fides per charitatē operet.; si ipsa charitas manet otiosa; et nihil operat.; S.º concomitanter se hēt ad habitū fidei, et aliarū Virtutū; Si enī aliquis diceret; q.ᵈ ad consequendā cathedrā; neque nobilitas aliq. Valet, neque divitiae, S.ᵗ ille qui per Voluntatē, l. studiositatē operat.; hoc [struck through] nullo mō posset Verificari, si ille ad praedictū finē procederet; otiosa manente Voluntate, et Virtute studiositatis; operari enī per aliū, essentialit. requirit, q.º illud aliud, etiā operet.; l. imperando; St ille in actibus liberis operat. per Voluntatē ipsā movendo; Vel exequendo; St ille, et Voluntas operant. per quos exequitur: q.º intelligi n̄ pot; q.º fides per charitatē operet., si charitas nullū exercet actū propriū.

Nec Valet dicere: q.º fides in sensu proprio per charitatē operat. quia tā fides; quā caeterae Virtutes radicant. in charitate, et proinde; l. Virtus proxima proprie dicit. operari per suā radicē.

Non, inquā Valet quia in hoc committit. aequivocatio, nā fides, et aliae Virtutes n̄ radicant. physice in charitate; cū fides, et spes sint priores charitate ordine generationis; et aliae Virtutes existentes in intellectu, l. appetitu sensitivo; n̄ dimanant ā charitate, S.ᵗ omnes dimanant ā gratia; quae solū ē radicaliter operativa; charitas V.º ē Virtus proxima operativa; solū q.º Virtutes dicunt. radicari in charitate moralit. in ratione Virtutis simpliciter; quia charitas imperat, et ordinat actus aliarū Virtutū ad ultimū finē; sine qua ordinatione caeteri actus honesti, n̄ dicunt. opera Virtutis, et bona simpliciter; Ut loquunt. Sancti Patres — supposito

Vero; q.d Aliæ Virtutes absque imperio charitatis possent efficere opera simpliciter bona; fructuosa; et meritoria Vitæ æternæ; n adest fundam ad asserendum; q.d Aliæ Virtutes radicentur in charitate, potius, quam in alia quavis Virtute; sine cuius influxu poss. efficere opera perfecta; et meritoria.

2.° Reijcitur. Quia Apostolus in dicto testimonio n accipit charitatem pro Sabitu; præcipue otioso; et n operante; S. pro actu charitatis; qui é Amor Dei; et proximi; et dicitur charitas actualis: V.e in alia translatione dicitur: Sed fides; quæ per dilectionem operatur. Qua translatione semper Vtuntur D. Augustinus; D. Joannes Chrisostomus D. Prosper, et D. Thomas hic ad 3.m – et conveniunt in nostra Vulgata charitas significat dilectionem. Et paulo infra in eodem Cap.o 5. ad Galat. ait Apostolus: Sed per charitatem Spiritus servite invicem; id é per dilectionem Spiritus; id é per dilectionem charitatis; Vt ibi Legit D. Ambrosius; et constat ex Contextu; nam immediate subdit: Omnis enim Lex in Vno sermone impletur: diliges proximum tuum Lex autem n præcipit Sabitum; S. actus dilectionis Dei; et proximi; et charitatem actualem; et ita ibi charitas n significat Sabitum; S. actum – et paulo infra in eodem Capitulo ait: fructus autem Spiritus é charitas, gaudium &c.a Ubi charitas n significat Sabitum; S. actum charitatis, nam fructus Spiritus Sancti n est Sabitus, S. actus Vt docet D. Thomas 1. 2.a q.e 70 art. 1. V.e etiam in Verbis illis: Sed fides, quæ per charitatem operatur.. charitas sumitur pro actu, et ita explicant prædictum testimonium Universi Patres, et Theologi: V.e S. Hyeronimus in Commentario in Epist.d 1.d ad Galat. in fine Libri 2.i ait: igitur in Christo Jesu, nec Circumcisio Valet, neque præputium corporale; quia in medio, id é inter Vitia; Virtutesque sunt posita; S. fides; quæ per charitatem operatur; Vt et fides; quæ reputata é Abrahæ in Justitiam Comprobetur.

Et.

Et de opus fidei in charitate operat. tota Lege; et Prophetae ex charitate pendentibus; in his siquidem duobus praeceptis: Diliges Deum tuum; et diliges proximum, Salvator asserit Legem; Prophetasque Consistere. - Ubi Satis explicat, q. Apostolus loquitur de charitate, quae praecipitur illis duobus praeceptis; Quae non est charitas habitualis; et otiosa; Sed actus charitatis; quod magis explicans, subdit: Exemplum fidei, quae per charitatem operatur, de Evangelio; illa meretrix tribuit; quae cum in domo Pharisaei accubanti Dno pedes lavisset; lachrimis tersisset Crinibus, lavisset Unguento; et Pharisaeo murmuranti, Dominus parabolam quinquaginta; et quingentos denariis debitoris proposuisset; adjecit; propter quod dico tibi; dimittuntur ei peccata multa; quoniam dilexit multum; et ad ipsam mulierem Conversus ait: fides tua te salvam fecit; Aperte enim in hoc loco demonstratum est, mulierem illam habuisse fidem per charitatem operantem; quae multum Valuerit in Christo. - Quo Exemplo satis declarat; q. Apostolus loquitur de charitate Actuali; seu dilectione Dei - et D. Gregorius 1. Reg. cap. 45. adjecit illud Apostoli ad Rom. 10. Corde creditur ad Justitiam; et ait: Quid est Corde Credere ad Justitiam; nisi Voluntatem dirigere ad fidem per dilectionem operantem? cum quis Cordis intentionem ad Justitiam per Amorem dirigit; per initium bonae Voluntatis fructum habet bonae Conversionis. Ubi non loquitur de charitate habituali, et otiosa; Sed de Actuali; quae est amor, et dilectio Dei.

Confirmatur ex illo Habacuc 2. Justus autem ex fide Vivit; id est, fide se movet per meritum ad Vitae aeternae Consequtionem ut supra diximus; Sed Justus non Vivit ex fide; nisi operante per dilectionem Dei: q. absque tali dilectione actus fidei non est Vivus, nec meritorius. Minor probatur quia D. Augustinus in Psalm. 77. ait: Justus Vivit ex fide, quae per dilectionem operatur. et idem ait D. Thomas ad Galat. 3. Lect. 4. et D. Bernardus Epistola 42 ait: Justus namque ex fide Vivit; Sed ex fide

Quae vivat; neque enim quae mortua est, vitam dare potest. Et paulo ante dixerat: et fidem mortuam Apostolus Jacobus difinit eam esse quae sine operibus est, id est, quae non operatur ex dilectione, quasi non habens animam ipsam dilectionem, qua vegeretur, et moveatur ad opera. Unde S. Jacobus cap. 2 ait: quod fides sine operibus mortua est, intelligitur de fide sine operibus charitatis, ut ait D. Gregorius in Concordia Responsione 6. et idem ait Glossa ordinaria, et interlinealis Jacobi 2°. et D. Augustinus de fide, et operibus cap. 22 ait: Licet recte dici posset ad solam fidem pertinere Dei mandata, si non mortua, sed viva illa intelligeretur fides, quae per dilectionem operatur. et cap. 23 ait: inseparabilis est quippe bona vita a fide, quae per dilectionem operatur, imo vero ea ipsa est bona vita. Quod justus non vivit ex fide, nec meretur vitam aeternam, nisi fides per dilectionem Dei operetur.

2°. probatur Conclusio ex illo 1a. Corinth. 13 Si habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum, et si distribuero in cibos pauperes omnes facultates meas, et si tradidero corpus meum, ita ut ardeam, charitatem autem non habuero nihil mihi prodest. Ubi nomine charitatis non intelligit habitum omnium charitatis, sed habitum elicientem amorem Dei, et proximi, id est ipsam dilectionem Dei, et proximi, qua fides, elemosina, et martiriy ordinantur ad finem charitatis, et ita sensus est: si amorem Dei, et proximi non habuero, nihil mihi prodest. Quod constat, quia Apostolus postquam cap. 12 numeravit gratias gratis datas, et ministeria ecclesiae, admonet fideles ad exercendum actus charitatis, dicens: Aemulamini charismata meliora, id est dona potiora Dei; adhuc excellentiorem viam demonstro, scilicet, excellentiorem viam perveniendi ad gloriam, quam viam dicit esse charitatem, verbis relatis, et concludit dicens: cap. 14 Sectamini charitatem; praeceptum autem, aut consilium non est de habitibus, sed de actibus exercendis, qui sunt via ad patriam coelestem, et consequenter Apostolus hic non loquitur de habitu

charit.

Charitatis otiosæ, sed de charitate actuali, quæ est Amor Dei, et Proximi. Tum etiam quia Apostolus probat Vim charitatis esse excellentiorem actibus aliarum Virtutum; scilicet actu fidei, elemosinæ, et Martirij; quia alij actus sine charit. nihil prosunt; cum autem Comparatio debeat esse inter ea, quæ sunt eiusdem generis, coenter Apostolus non comparat actibus fidei, elemosinæ, et Martirij habitum otiosum charitatis, sed actum charitatis, sine quo actus aliarum Virtutum sunt inutiles. Tum etiam quia loquitur de charitate, cui attribuit actus omnium aliarum Virtutum, ibi: charitas patiens est, benigna est &c.a et Vitationem omnium peccatorum; quod non convenit charitati otiosæ, permanenti in actu primo, sed charitati imperanti actus aliarum Virtutum, ut sint meritorij Vitæ æternæ. et de charit. actuali intelligunt Apostolum D. Aug.nus de gratia, et lib. arbitrio cap. 17. et ser. 53. de tempore. et Lib. 15 de trinit. cap. 18. D. Hyeronimus in regula Monachorum cap. de charit. D. Gregorius Lib. 32 Moral. cap. 14. D. Ambrosius Epist. 44. et D. Thos hic ad 3um

Vazquez autem, q[uam]vis asserat, quod aliquis facile posset dicere, Apostolum loqui præcisse de charitate habituali, ipse tamen hoc non est ausus dicere, nec posset, loquendo coenter, nam ipse cum Soto, Bañez, et alijs existimat, adhuc post tridentinum non esse fide certum dari habitum infusum charitatis, vel alterius Virtutis infusæ, quod tamen de fide esset, si Apostolus loqueretur de charitate habituali, et ita explicare conatur Apostolum, adducendo diversas expositiones, quarum nulla habet Cuius Sent. Verum enim est, quod Chrisostomus, Ambrosius, Theophilactus, et Alij dicunt: Apostolum hic ad commendandum necessitatem Charitatis hyperbolice fuisse loquutum ponendo propositiones Conditionales de Conditione impossibili, quia impossibile Judicant, quod aliquis habeat tantam fidem, et tantum elemosinam largiatur. et pro fide voluntarie se tradat Martirio; absque eo quod habeat charitatem, et Amorem

Dei; et ita sensus ē; q^d si per possibile, l. impossibile hæc opera faceret sine Charitate, nihil illi prodessent ad meritū Vitæ Æternæ; quæ expositio nostræ Confirmat sent^a si Apostolus loquitur de charitate actuali.

Verū ergō ē, q. D. Thōs, et Alij explicant propositiones Apostoli n̄ ēē de Conditione impossibili, nā ibi Lect^e 1. ait: Si prædicta opera tā excellentia fecero, charitatē autē n̄ habuero; l. quia simul cū prædictis Operibus adest Voluntas peccandi; l. quia fiunt propter inanē gloriā, nihil mihi prodest; scilicet, ad meritū Vitæ Æternæ, et gloriæ, quæ solis diligentibus Deū repromittitur. Sm̄ illud Job 36. annunciat de ea Amico suo, q^d possessio eius sit. Ex quo infert Vazquez; q. Apostolus dicit talia opera nihil valere; quia fiunt ob præmiū, finē Vanitatis; quasi postulet, Vt ea fiant ex Amore ipsius Virtutis, l. quia fiunt cū proposito peccandi mortaliter, per quod hō ē in peccato mortali, et ita nihil mereri pōt.

S^d hæc ē distorta intelligentia expositionis D. Thōæ, et textus Apostoli; nā aliud ē inquirere; v^e cuius opera ex suo genere, ita excellentia dicatur ab Apostolo, nihil prodesse; Aliud V^o ē inquirere, in quo casu posset homo exercere talia opera; ita Vt nihil prosint; ad 1^m enī Apostolus dicit tales Actus n̄ profuturos; si fiant sine charit^e et amore Dei. et ideo dicit D. Thōs dū ait: q^d Vita Æterna solis diligentibus Deū ē repromissa. Quoad ad 2^m Aliqui Patres dicunt: n̄ ēē pōlē casū, in quo prædicta opera nihil prosint, et propositiones Apostoli ēē de Conditione impossibili; S^d D. Thōs cū D. Aug^{no} et D. Hyeronimo assignat duos casus, in quibus hō pōt efficere talia opera absque Amore Dei; ita Vt nihil proficiant. 1us ē. Si prædicta opera exercens habeat intentionē peccandi mortaliter; in quo Casu tales Actus n̄ sūt meritorij ex duplici Capite; 1° Quia homo est in peccato mortali absque gratia, et habitu charitatis. 2° quia

Quia n̄ fiunt ex Amore actuali Dei; saltē virtualiter permanente; qui defectus sufficeret, q̄muis n̄ esset 1.ᵘˢ – Ut pt in 2.° Casu; quo scilicet; sōo efficeret talia opera propter vanitatē; aut aliū finē venialiter malū; nā tunc talia opera n̄ essent meritoria; n̄ propter defectū gratiæ, s.ᵈ propter duplicē defectū; scilicet, propter malitiā actus, et propter defectū imperij charitatis; Apostolus autē solū excludit actus prædictos à rōe meriti; propter defectū amoris Dei; l. imperij charitatis; præscindendo ab hoc; q.ᵈ tales actus habeant; l. n̄ habeant alios defectus; et præscindendo ab hoc; q.ᵈ conditionales sint de conditione possibili, l. impossibili; quia nihil horū cogitavit; sed præcise defectū charitatis. U.ᵉ dicere; q.ᵈ prædicti actus exerciti propter vanitatē n̄ st. meritorij præcise; quia st. mali moraliter; et n̄ quia fiunt sine Amore Dei; ē contradicere Apostolo; Dicere v.° q.ᵈ n̄ solū propter defectū Amoris Dei, s.ᵈ etiā simul propter alios defectus n̄ st. meritorij, n̄ ē contra Apostolū; quia ipse loquitur præcisiue n̄ excludendo alios defectus, propter quos tales actus n̄ sint meritorij.

S.ᵈ Ponderat Vazquez; q.ᵈ Apostolus n̄ dicit: si distribuero in cibos pauperū omnes facultates meas, n̄ ex charitate; nihil mihi prodest. S.ᵈ dicit: charitatē autē n̄ habuero, nihil mihi prodest. Atque singulis operibus, quæ ibi numerat, n̄ addit illa verba; n̄ ex charit.ᵉ s.ᵈ illa charitatē autē n̄ habeam. et ita pōt aliquis dicere, q.ᵈ ad meritū sufficit habere charitatē; n̄ tñ requiritur q.ᵈ opus bonū fiat ex affectu charitatis.

S.ᵈ Ex hoc ponderat Vazquez, concedere deberet, q.ᵈ sancti Patres, asserentes: opus n̄ esse bonū, proficuū; et meritoriū si n̄ sit ex charitate; clare eius sent.ᵃ adversantur, et ita loquitur Chrisostomus ser.ᵉ de charitate sectanda dicens: Charitatē optimū amoris genus inter nos sanciamus; q̄ndo nihil ē boni et honesti, quin omē exea ducat; Charitas enī ut Paulus inquit

Legis ē adimpletio, - et D. Hyeronimus ad Galat. 5. Explicans illa Verba: fructus autem Spiritus ē charitas, gaudium &c.ª ait: quæ aliā inter fructus Spiritus deberet tenere primatum, nisi charitas; sine qua Virtutes Cæteræ n. reputantur ēē Virtutes, et ex qua nascuntur oīa, quæ bona Sunt - et D. Augustinus tract. 87. in Joan. Explicans eosdem fructus Spūs Sancti ait: Vᵉ. et Apostolus cum contra opera Carnis commendare fructum Spiritus Vellet, à capite hoc posuit: fructus, inquit, Spūs, charitas ē; ac deinde Cætera tamquam ex isto Capite exorta, et religata contexuit, quæ sunt gaudium, pax &c.ª et assignata rōe, quare omnes fructus Spūs Sancti ex charitate procedunt, ait: merito itaque Magister bonus dilectionem sic sæpe commendat, tamquam sola præcipienda sit, et sine qua n. poss. prodesse Cætera bona - et ideo ait D. Thom. ad Galat. 5. Lect.ᵉ 6. in Verbis autem prædictis Sancti Patres Loquuntur de charitate actuali, quæ ē fructus Spūs Sancti, et ex ipso dicunt, oīa bona opera procedere, scilicet opera meritoria Vitæ æternæ, et sine ipsa n. prodesse Cætera bona opera.

2.ª Rejicitur. quia Licet Apostolus explicite n. ponat illa Verba: n. ex charitate, S. illa: charitatem autem n. habuero, in istis Verbis implicite, et æquivalenter posuit illa, si n. ex charitate, nihil mihi prodest; quia sensus Apostoli ē: si charitatem imperantem, et ordinantem fidem, Elemosinam, et Martirium n. habuero nihil mihi prodest - S. hoc idem ē, ac dicere: si n. ex charitate fecero talia opera, nihil mihi prodest, neque aliā opera fieri ex charitate, idem ē, ac fieri ex imperio charitatis: ergo Apostolus implicite, et æquivalenter posuit illa Verba; si n. ex charitate - maior probatur quia Apostolus

Dicens: Charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest; loquitur de carentia illius charitatis, de qua immediate subdit: charitas patiens est; benigna est; charitas non aemulatur &c. omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet — in his autem verbis loquitur de charitate ordinante, et imperante actus aliarum virtutum; nam actus aliarum virtutum charitati attribuuntur: quia licet sit specialis virtus, et non possit elicere actus aliarum, imperat tamen, et ordinat actus omnium virtutum ad finem ultimum, ut tenent omnes Theologi cum D. Thoma 2a. 2ae q. 23. art 4. Unde D. Ambrosius Epist. 44 ait: ideo puto dici; quia charitas credit omnia, hoc est facit fidem omnia credere. — Quod nihil aliud est, quam imperare, aut movere fidem ad credendum; et ita sensus Apostoli est: charitatem imperantem, et moventem ad actum fidei, eleemosinae, et martyrii, quae dicitur charitas patiens, et benigna, non habuero, nihil mihi prodest, et ideo Apostolus 1a. Corinth. 16 ait: Vigilate, et state in fide, viriliter agite, et confortamini; omnia enim vestra in charitate fiant — in quibus verbis ait D. Thomas ibi lect. 2. Apostolus instruit Corinthios in Cor. de tribus, scilicet, de fide, de bona operatione, et de modo operandi ~~[illegible]~~ et ipsos instruit de modo operandi dicens: omnia vestra in charitate fiant, id est omnia debent referri in finem charitatis, ut sic, fiant propter Deum, et proximum; hoc enim requiritur ut fiant bene, et meritorie. — Unde D. Augustinus de gratia, et lib. arbitrio cap. 17 adducto hoc testimonio Apostoli, et pluribus aliis ait: hae omnia praecepta dilectionis, id est charitatis, tanta, et talia sunt, ut quidquid se putaverit homo facere bene, si fiat sine charitate, nullo modo fiat bene; id est perfecte, et meritorie, et prout opportet ad consequendum coronam gloriae. Et ait in Enchyrid. cap. 121. —

Pro intelligentia autem textuum sciendum est, quod in phrasi D. Augustini, et aliorum Patrum, solum illud opus dicitur bonum, quod est fructuosum, et ma=

Meritorij Vitæ Æternæ: V.e Lib 4 contra Julianũ cap.e 3 dicit: quo-
niã Concedis Opera infidelium, quæ tibi Videntur bona, n̄ tñ eos ad Salutẽ Æter-
nã perducere; Scito nos illud bonũ Hoĩs dicere, illã Voluntatẽ bonã, illud
Opus bonũ, per quod Solũ Hoĩ pōt ad Æternũ Dei donũ, regnũque perduci-
et in hoc sensu ait: in Psalm 67. ~~[illegible]~~
eaque sola bona opera dicenda sunt, quæ fiunt per dilectionẽ Dei - et
idẽ dicit de gratia Xpti cap.e 26. et præfatione Psalmi 31. - et Psalmo
77. et 89. - et loco citato contra Julianũ - et similiter in eodẽ sensu
dicit Ser.e 12 de Verbis Domini in Mathæũ - et Ser.e 39. - et 44.
de tempore - et de gratia christi cap.e 20. quod radix oĩũ bonorũ operũ ẽ
Charitas, - et radix oĩũ malorũ ẽ Cupiditas; Vt dicitur 1.a ad Thimot. 6.
Nec ẽ Singularis D. Aug.nus in hoc modo loquendi, nã in eodẽ sensu di-
cunt Alij Patres, quod charitas ẽ Mater, Caput radix, et finis oĩũ bono-
rũ operũ, et oĩũ Virtutũ. - sic enĩ loquitur Chrisostomus, 1.a Corinthior 16
hom.a 44. - et ad Heb. 10 hom.a 20. - et in Mathæũ hom.a 16 - et 20
et in Psalm. 118 ad illa Verba: bonitatẽ fecisti. - et hom.a 53 ad Po-
pulũ - et D. Ambrosius 1.a Corinth. 8 - D. Hyeronimus Verbis relatis - et
in Epistola ad Theophilũ; D. Gregorius in Registro Lib 5. epist. 60 - et
Lib. 7. Epist.a 112 quod ideo dicunt: n̄ quia in Peccatore, l. infideli n̄ possit
dari aliquod bonũ opus morale, nulla Vitiatũ circumstantia, cũ Tridenti-
nũ Sess.e 6. can.e 7. anathematizet, dicentes: oĩa opera, quæ ante Iustifi-
cationẽ fiunt, quacũque roẽ facta sint, Vere ẽẽ peccata, l. odiũ Dei me-
reri - Sed ideo hoc dicunt, quia sine influxu charitatis n̄ datur opus
simpliciter bonũ, fructuosũ, et meritoriũ Vitæ æternæ: V.e D. Prosper

causa

Contra Collatorem (Cassianum, qui fecit Collationes Patrum) cap. 10 ait: Quasi ullus sit bonae voluntatis motus, nisi quem creaverit, difusae per Spiritum Sanctum charitatis affectus. — et idem dicit S. Fulgentius de incarnatione et gratia cap. 25. — immo etiam D. Thomas qui saepius concedit in peccatoribus, et in infidelibus aliqua bona opera, hoc modo loquendi utitur 1.a Corinth. 13. Lect. 1. dicens: per charitatem homo bene utitur inceptu perfecto, sine charitate autem eius bonum usum non est; id est, non est bonus ad promerendum vitam aeternam. Quia ut docet D. Thomas 2. 2.ae q. 23. art. 7. bonum principaliter est finis, nam ea, quae sunt ad finem non dicuntur bona, nisi in ordine ad finem; finis autem huius est duplex; alius finis simpliciter ultimus, qui est Beatitudo, et actus, qui sunt utiles ad istum finem dicuntur simpliciter boni, alius vero est finis particularis bonus, et actus, qui ad istum finem ordinantur, dicuntur imperfecti, et boni secundum quid, nisi per charitatem ordinentur ad finem ultimum simpliciter. — Vide omnia cum sententia Sanctorum Patrum actus non procedentes â charitate, vel â fide operante per dilectionem, non sunt boni simpliciter, nec meritorii vitae aeternae.

3.º Reiicitur. Quia semel concesso, quod Apostolus, dicens: Si charitatem non habuero, nihil mihi prodest — loquitur de charitate actuali, ut probatum est; et quia sensus est: Si dilectionem Dei non habuero, nihil mihi prodest. — 1.º Sequitur quod falso asserunt Vazquez, et Suarez, posse dari meritum cum sola gratia, et charitate habituali absque ullo actu charitatis — 2.º Sequitur, quod idem est dicere: Si charitatem non habuero, ac dicere: Si non ex charitate hoc fecero, nihil mihi prodest, quia certum, quod requiratur actus amoris Dei, ut actus aliarum virtutum sint perfecti, et meritorii, inter actus charitatis, et aliarum virtutum debet esse ordo; nam voluntas plura amet per modum plurium absque ullo ordine; hic autem ordo nequit consistere in eo, quod charitatis actus imperetur, et ordinetur ab actibus aliarum virtutum, sed in hoc, quod ipse imperet, et

Ordinet actus aliorum Virtutum, quia ut ait D. Thom. in 2°. dist. 40 q. 1. art. 5. ad 6um quandocumque habitus charitatis in actum exiit, fit ordinatio totius hominis in finem ultimum, et per consequens omnium eorum, quae in ipsum ordinantur, ut bona sibi — et ita per actum charitatis, omnes actus Virtutum, quae sunt bona hominis ordinantur, et imperantur in finem ultimum — et rationem assignat D. Thom. hic ad 1um — et 2. 2ae q. 23. art. 7. quia habitus, seu Virtus ad quam pertinet finis, imperat, et ordinat actus aliarum Virtutum ad suum finem: Verum cum obiectum charitatis sit finis ultimus, charitas per suum actum imperat, et ordinat actus omnium aliarum Virtutum ad Deum, et facit, quod alij actus exerceantur propter Deum super omnia dilectum, et consequenter actus aliarum Virtutum non solum fiunt cum dilectione Dei concomitante, sed etiam fiunt ex amore Dei, et si hoc modo non fiant non sunt meritorij.

3° Probatur Conclusio. Quia actus Misericordiae sunt maxime meritorij Vitae aeternae, de quibus solum mentionem faciet in die Iudicij Xtus. illud Mathaei 25. Venite Benedicti Patris mei, possidete paratum Vobis Regnum à Constitutione Mundi, Esurivi enim, et dedistis mihi manducare &ca. — Sed haec opera Misericordiae, non sunt meritoria, nisi fiant cum dilectione, et Amore Dei: ergo hic amor, et dilectio requiritur ad meritum — min probatur 1° Quia D. Augustinus de fide, et operibus Cap. 15. exponendo praedictum testimonium Mathaei, ait: Quasi opera Misericordiae prosint aliquid sine dilectione, dicente Apostolo; si distribuam omnia mea pauperibus, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest — et idem ait Serm. 43 de tempore.

2° probatur min: Quia Apostolus ad Haeb. 13 ait: beneficentiae autem; et Communionis nolite oblivisci; talibus enim hostijs promeretur Deus — vel ut legit D. Augustinus talibus Sacrificijs placatur Deus — quae Verba explicans.

D. Augnus Lib. 10 de Civit. Dei cape 6. ait: Verum Sacrificium ē oē opus;
qd. agitur, Ut Sancta Societate inhaereamus Deo; relatum scilicet ad illum
finem boni, quo veraciter Beati ēē possimus: Vnde ipsa Misericordia, qua
hoi subvenitur, si propter Deum n fit, n ē Sacrificium; etsi enim ab hoie fit,
l. offertur, tamen Sacrificium res divina ē – et contra nisi Elemosina fiat
ex charitate propter Deum, neque ē honesta, nec Sacrificium, quo promereatur
Deus; qua roe dicit etiam D. Gregorius hom. 35. in Evang. – Virtus itaque
ē Coram hoibus adversarios tolerare; Sed virtus Coram Deo diligere; quia
hoc Solum Deus Sacrificium accipit, qd. ante eius oculos in altari boni
Operis flamma Charitatis incendit –

3o pbr. min: Ex illo Proverb. 3o. honora Dominum
de tua Substantia, et de primitiis frugum tuarum da pauperibus (vel da ei)
et implebuntur horrea tua Saturitate – Quae verba exponens D. Hyeronimus dit: multi dant pauperibus; Sed de aliena Substantia, ac frugibus,
quas vi, l. fraude rapuerunt, multi largiuntur de suo; Sed largiendo
Dominum n honorant, quia favoris humani, et n amore superni inspectoris
faciunt; quis profectum sibi Elemosinae fructum fore desiderat, et de suis
propriis, et in Conditoris honorem tribuat; Ut scilicet, hoies, qui eius plasma,
& quippe ad eius imaginem sunt facti, recreentur, n solum aurum de Substantia
pecuniae, quam pauperibus porrigimus, Sed de Cunctae bonae operationis, quam
agimus; de Universae Caelestis gloriae, quam percipimus Substantia, vel
frugibus, Dominum honorare Iubemur; hoc ē eius in oibus, et n nostram
quaerere laudem – et idem ait: in Psalm. 5. ad illa Verba et gloriabuntur
in te omnes; qui diligunt nomen tuum. – et in Psalmum 133. ad illa Verba:
in noctibus extollite manus vestras in Sancta; et Benedicite Dominum.

4o pbr. min: ex illo Marci 9. quisquis enim potum dederit Vobis Calicem

Aquæ frigidæ in nomine meo; quia christi estis; Amen dico vobis non
perdet mercedem suam - dare autem pauperibus in nomine christi, et quia christi
sunt, est dare ex Amore christi, et ex motivo charitatis - et similiter Mathæi
10. dixit christus: Qui recipit Prophetam in nomine Prophetæ, mercedem Prophe:
tæ accipiet; et ~~quicumque potum~~ dederit, ~~[illegible]~~ qui recipit Iustum
in nomine Iusti, mercedem Iusti accipiet; et quicumque potum dederit uni ex
minimis istis, Calicem Aquæ frigidæ tantum in nomine Discipuli; Amen dico vobis,
non perdet mercedem suam - Quæ verba explicans Chrisostomus Homilia 36. in
Mathæum ait: non dixit solum, qui Prophetam, aut Iustum recipit, sed adjecit, in no:
mine Prophetæ, et in nomine Iusti, quod significat, ne alia quidem causa sæcula:
ri, neque propter has caducas, mortalesque res, sed solum quia Propheta sit,
vel Iustus sit, suscipiat; tunc enim Prophetæ, vel Iusti mercedem accipiat -
Suscipere autem Prophetam, et Iustum, quia est Propheta Dei, et Amicus Dei,
est ipsos suscipere propter Amorem Dei; si vero ex alio motivo suscipi:
antur, non accipiet mercedem Prophetæ, et Iusti, quæ est merces vitæ
Æternæ - et ita exponunt etiam Imperfectus in Mathæum Homilia 26,
Cartusianus, Lira, et Cayetanus ibi; et Theodorus in Catena D. Thomæ
Marci 9. - Ergo nisi detur elemosina, vel hospitium propter Deum, aut Christum
non est meritoria vitæ Æternæ - et idem dicendum est de Martirio, namque etiam
Mathæi 10 dicit Christus Dominus: Qui perdiderit Animam suam propter me,
inveniet eam, vel salvam faciet eam - Ubi illa particula: propter me dicit
ultimum finem, et motivum charitatis; et convenienter quando dixit Apostolus: Si
charitatem non habuero nihil mihi prodest - idem ac si diceret: Si dedero
tantum elemosinam, et subiero Martirium, si non propter Deum hæc fecero, nihil
mihi prodest - et similiter Mathæi 19. dicit Christus Dominus omnis
qui reliquerit Patrem, aut Matrem, aut Uxorem &c.a propter nomen meum, Centuplum

accipiet

Accipiet; et Vitã Aeternã possidebit - illa autẽ particula propter nomen meũ - designat motivũ charitatis; quod requiritur, Ut propter bona opera aliquis mereatur Vitã Aeternã - ...

- Quarto probatur Conclusio: Quia per actus meritorios Justus crescit in Sanctitate, et Justitia, ac magis Justificatur, Ut ait Tridentinum Sessione 6 capitulo 10. Sed Justus non crescit in Sanctitate, et Justitia, nisi per bona opera facta ex charitate: ergo Solũ per opera facta ex charitate meretur Vitã Aeternã - minor probatur ex illo ad Ephes. 4. Veritatẽ autẽ facientes in charitate, crescamus in illo qui est caput, christus, nã Ut exponit D. Thomas ibi, et Lira; et Glossa interlinealis facere Veritatẽ, est facere omne opus bonũ; quod dicitur Veritas Vitæ, et consequenter Veritatis doctrinæ, et hoc opus bonũ debet fieri in charitate, quæ est forma, et Vita boni operis, Ut crescamus in christo; crescere autẽ cũ christo Capite est crescere in ratione membri Unius christi Capitis; et cũ Justus ratione Justitiæ, et Sanctitatis sit membrũ Unũ christi, crescere in christo capite, est crescere in Justitia, et Sanctitate; et donis Spiritualibus, ad quod requiritur facere Veritatẽ in Charitate: Unde S. Ambrosius Lib. 6 in Lucã capitulo 7. loquens de Unguento; quod fudit Magdalena Super Caput christi Mathæi 26, ait: in quo Unguentũ Dominus, Sed charitatẽ dilexit; fidẽ Suscepit, humilitatẽ probavit, et tu si desideras gratiã, charitatẽ auge; mitte in Corpus Jesu fidẽ Resurrectionis, odorẽ ecclesiæ, Comis charitatis Unguentũ, et ita progrediens pauperibus dabis, plus tibi pecunia illa proderit, si non tanquã affluentẽ tribuas, Sed tanquã profusuri christi nomine largiaris, si ita eã conferas pauperi, Ut deferas christo - Quibus Verbis præcedentẽ rationẽ et hanc Confirmat.

2°. pb.r min: Quia solo solus crescit in Sanctitate, et Iustitia per opera Iustitiæ; de quibus dicit.r Psalmo 10. Iustus Dominus, et Iustitias dilexit – et Psalmo 14. Dne quis habitauit in tabernaculo tuo &c. qui ingredit.r sine macula, et operat.r Iustitiã – S.t n' s.t opera Iustitiæ, nisi quæ fiunt ex charitate, et Amore Dei: g. solus per hæc opera crescit Iustus in Sanctitate, et Iustitia – min pb.r ex illo ad Philip. 1. et hoc oro, Ut charitas vestra magis, ac magis abundet in Scia, et in oi sensu, Ut probetis potiora, et sitis sinceri, et sine offensione in diẽ Christi, repleti fructu Iustitiæ per Iesum Xpm in gloriã et laudẽ Dei – Ubi ad fructum Iustitiæ requirit charitatẽ magis, ac magis abundantẽ: Vr. D. Aug.nus de Spu, et Litra cap.e 32 ait: illi, qui sub Lege sunt, et timore pœnæ Iusti: tiã suã facere conant.r, ideo n' faciunt Dei Iustitiã; quia charitas eã facit; quæ n' libet, nisi q.d licet, n' timor, qui cogit.r in opere habere, q.d licet, cũ aliud habeat in voluntate, quã mallet, si fieri posset licere, q.d n' licet. Et de gratia Xpi cap.e 13. adducens illud ad Philip. 3. Ut inveniar in illo n' habens meã Iustitiã, quæ ex Lege ē, S.t eã, quæ ēx fide ē Iesu Xpi, Iustitiã ex Deo. – explicat differentiã int.r istas Iustitias dicens: Iustitia ex Lege dicit.r, quæ fit propt.r Legis mandatũ (scilicet timore pœnæ) Ius: titia ex Deo dicit.r, quæ dat.r per gratiæ beneficiũ, cũ n' sit terribile, S.t suave mandatũ, ut orat.r in Psalm. 118. Suavis ē Dne, et in tua suavi: tate doce me Iustitiã tuã; idē, ut n' formidine pœnæ serviliter cogar ēē sub Lege, S.t libera charitate delecter ēē cũ Lege; præceptũ quippe liber facit, qui libens facit. – Vr. opus bonũ n' dicit.r Iustitia, l. opus Iustitiæ, fidei, l. Iustitia ex Deo, nisi proveniat ex charitate – quæ Doctrina desumpta ē ex Apostolo ad Galat. 4. dicente: q.d Abraham

duos.

Duos filios habuit; Unũ de Ancilla, et Unũ de Libera; quæ s.t per allego-
riã dicta; hæc enĩ s.t duo testamenta; Unũ quidẽ in Monte Sina, in Servitutẽ
generans; Sinã autẽ mons ẽ in Arabia; qui Conjunctus ẽ ei, quæ nunc ẽ Hy
erusalem; et servit cũ filijs suis; illa autẽ, quæ sursũ ẽ Hyerusalem Libera ẽ;
quæ ẽ Mater nostra, itaque fratres n̄ sumus Ancillæ filij, s.d Liberæ; qua
Libertate christus nos Liberavit; Ex quo constat; q.d Judæi pertinentes
ad Vetus testamentũ, Legẽ serviliter, timore pœnæ servabant; Quæ
observatio servilis dicit.r Justitia ex Lege; cui Correspondet præmiũ tempo-
rale; Justi V.o pertinentes ad novũ testamentũ, n̄ serviliter, s.d Libere, et
Libenter Legẽ observant; quia n̄ timore pœnæ, s.d Amore Justitiæ prove-
niente ex charitate moventur; quæ Libera observatio Legis dicit.r Justitia
ex fide Jesu christi, Scilicet, ex fide per dilectionẽ operante; cui correspon-
det præmiũ Vitæ Æternæ; et ideo Apost.lus ad Roman. 8. ait: n̄ enĩ accæ-
pistis Spiritũ servitutis, iterũ in timore, s.d Accepistis Spiritũ Adoptionis filiorũ;
in quo clamamus Abba Pater. id ẽ, accepistis Sp.ũ charitatis, qui ẽ adopti-
onis filiorũ; Ut ibi explicat D. Thõs Lect.e 3. q.d idẽ ẽ ac, accepistis Sp.ũ
fidei per charitatẽ operantis. V.e D. Aug.nus ad Galat 3. ait: Christus
nos Liberavit ã maledicto Legis, ut n̄ iã timore Justificaremur in operibus
Legis, s.d fide apud Deũ, quæ n̄ per timorẽ, s.d per dilectionẽ operat.r: V.e
Justitia per fidẽ s.t illa bona opera, quæ fiunt ex charitate, et Amore
Dei, n̄ V.o timore pœnæ, quo movebant.r Judæi: V.e D. Hyeronimus
ad Galat. 3 ait: dicimusque q.d Judæi propt.r metũ faciunt, id nos face-
re propt.r charitatẽ scimus eẽ nos filios, illos Cogi ad bonũ, nos bonũ sponte
suscipere, n̄ igitur ex fide christi Licentia nascit.r delinquendi, s.d ex dilec-
tione fidei voluntas boni operis auget.r, Dũ bona; ideo facimus, n̄ q.a Judicẽ
formidamus, Sed quia Scimus ea ei placere, in quẽ Credimus — et idẽ ait.

Chrisostom, Hom.a 14 ad Rom. et D. Thō in 3.o dist.a 40 q.e Unica art.o 4 quæstiunc.la 2. et 1. 2.a q.e 107. art 1. Ubi ex doctrina D. Aug.ni observat, q.d fuerunt Aliqui in Statu Veteris testamenti, habentes charitatem, et gratiam Spiritus Sancti, qui principaliter Spectabant promissiones Spirituales, et Æternas, et sic hoc perti-nebant ad Legem novam, et novum testamentum: V.e D. Aug.nus ad Galat. 5. ad illa Verba Vos enim in Libertatem Vocati estis, ait: q. Opera pertinentia ad bonos mores non implet, nisi charitas, quia et homo, si propterea non occidat Aliquem, ne, et ipse occidatur; non implet præceptum Justitiæ, Sed si ideo non occidat, q.a injustum est, etiamsi id posset facere impune; non solum apud homines, Sed etiam apud Deum. Sic David cum divini-tus accepisset in potestatem Regem Saul, Ut impune Utique occideret, pepercit tamen diligens proximum, tanquam Seipsum, non solum persequentem, Sed etiam persequentem; quia eum Corrigi, quam interfici maluit, hoc in Veteri testamento, Sed non hoc de Veteri testamento, quia fides futuræ hæreditatis christi revelata, et Credita Sal-vum faciebat, et ad imitandum Vocabat.

Ratio autem D. Aug.ni est; quia Opera Justitiæ Ss, quæ fiunt ex Amore, et delectatione Justitiæ; si enim fiant ex timore servili, 1. propter Aliquod Lucrum temporale non Ss. formaliter Opera Justitiæ, Sed facere Opera Justitiæ ex Amore, et delectatione Justitiæ provenit ex chari-tate, et Amore Dei: g. Opera Justitiæ ex charitate debent provenire. min. probatur: Quia nemo omnino Sponte, et Voluntarie Animo amplectitur aliquid, q. ipsum non placet, nec ipsum delectat, Sed facere Justitiam homini non placet, nec delectat, nisi ratione Amoris Dei, et proximi. g. probatur min q. facere Justitiam, est facere omne, q.d Justum est, et implere totam Legem, hoc autem ratione sui non placet, nec delectat, cum secum afferat maximum Laborem, difficilem, et periculosam

purum

Pugnæ cum Anima Inimicis; et Solum hoc fit Suave, et delectabile, rone Amoris Dei, et proximi; nam Verè amanti, Suave, et delectabile è Laborare, et pugnare in obsequiis dilecti; et ita Iugum diuinæ Legis, et onus ipsius dicitur Suave, et Leue; rône charitatis, quæ tribuit Lex gratiæ, Vt Mathæi 11. dicitur Imperfectus hom.a 28. et ibi D. Thõs; Glossa ordinaria; Lira; et Cæteri Commentatores, et Scholastici cum D. Thõ 1. 2a q.e 110 art. 9. ad 3um. et q.e 107. art 4. et Colligitur ex illo 1a Ioannis 5. Hæc è charitas Dei, Vt mandata eius custodiamus; et mandata eius grauia Non Sunt. Scilicet, diligenti Deum; quia Vt ibi ait Glossa quæ nãa sua dura Sunt, et Aspera, amor Dei, et Spes præmii facit Leuia. et Psalmo 118 et Leuaui manus meas, ad mandata tua; quæ dilexi; et exercebar &c.a nam dilectio mandatorum 1. Legis prouenit ex amore Dei Legislatoris; et ex tali amore mandata fiunt Leuia, et Suauia, Vt in eodem Psalmo dicitur. quæ dulcia faucibus meis eloquia tua &c.a Quæ doctrinæ pluribus Locis reperit D. Augustinus Vt diximus in tractatu de gratia. Vt.a Libro de Spû, et Litera cap.e 14 ait: mandatum, si fit timore pænæ, non amore Iustitiæ; Seruiliter fit, non Liberaliter, et ideo nec fit; non enim fructus è bonus, qui de charitatis radice non Surgit; porrò autem si adsit fides, quæ per dilectionem operatur incipit condelectari Legi Dei Sm̃ interiorem hominem; quæ delectatio, non Literæ, Sed Spûs Boni è.

Confirmatur Quia Vt Supra diximus; per fidem Ambulamus; et Accedimus ad Deum, non passibus Corporalibus, Sed motibus bonorum operum; Sed Vt Ambulemus, et accedamus ad Deum per motum fidei; requiritur, q. fides sit formata per charitatem; et per dilectionem operetur.

4° Ad Meritũ fidei requirit. Concursus Charitatis - min pb.r ex illo ad Heb. 10 Accedamus cũ Vero Corde in plenitudine fidei; ng Ut ibi ait D. Thõ Ut hõ accedat ad Deũ, n̄ sufficit qualiscumque fides, s.' requirit. fides plena; q.d fit duobus modis, scilicet, et qñ ad mag fidei, Ut Credat omnia, quæ proponunt. ad Credendũ, et q.d sit fides formata, q.d ẽ per charitatẽ - Ad Rom. 13. plenitudo enĩ legis ẽ dilectio - et ideo dixit D. Thomas Gregorius in Psalm. 5. Pœnitentialẽ, circa finẽ: Ad promissã nobis Æternæ hæreditatis terrã, nemo põt ascendere, nisi qui prius per amorẽ Spũs in novitate Vitæ didicerit ambulare. - et D. Leo Papa Ser. 4 Quadragess.mæ cap. 2 ait: fides fortitudo ẽ charitatis; charitas robur fidei, et tunc Verũ nomen, ac Verus ẽ fructus Ambarũ, cũ indissolubilis Utriusque manet Connexio; in Christo Valet fides, quæ per dilectionẽ operat.; hic ẽ enĩ quidã efficacissimus geminarũ Alarũ Volatus, quo ad merendũ, et Videndũ Deũ puritas mentis attollit.; ng qui ait: Sine fide, impole ẽ placere Deo, idẽ dicit: si habuero fidẽ, ita Ut montes transferam, Charitatẽ autẽ n̄ habuero, nihil mihi prodest; instat fides sperare, q.d Credit, instet charitas propitiore, q.d diligit, et cui intelligendæ Concessione subijcimur, eidẽ pietatis imitatõ: ne fungamur. - et Concinit D. Bernardus Ser.e 5. de Verbis Isaiæ: Vidi Dominũ - dicens: Superbui ille Lucifer, lucẽ præferens, n̄ ignẽ habens, alterũ tanẽ innixus Alæ; Canũ facere potuit, n̄ Volarẽ; Exultavit enĩ Lucidus ẽẽ, n̄ fervidus, n̄ incensus, q.d Seraphin sonat - et idẽ docet D. Ambrosius Lib. 2 de Abel - cap.e 2.

Quinto pb.r W.º Quia in Sacra Scriptura nobis præcipit., Ut oĩa Opera bona faciamus in Charitate Ad honorẽ, et gloriã Dei 1.a Corinth. 16 Omnia Vestra in charitate fiant - 1.a Corinth. 10 Sive manducatis, Sive bibitis, Sive quidquã aliud facitis, omnia in gloriã

Dei

Dei facite - et ad Colos. 3. Omnia in nomine Dni Jesu Christi facite. - Sed hoc praeceptum non obligat absolute ad efficiendum omnia opera ex motivo charitatis, et propter gloriam Dei; alias omnia opera, quae facit Peccator ante Justificationem essent peccata propriè talia, propter defectum motivi charitatis, et debiti finis; quod damnat Concilium Tridant. Sess. 6. can. 7. Hoc praeceptum solum obligat sub conditione, quod homo velit operari meritoriè, ad capiendam gloriae coronam: et ita dicit D. Thomas q. 2 de malo art 5. ad 7. modus charitatis sub necessitate praecepti includitur sm quod praeceptum ordinatur ad consequtionem Beatitudinis, non autem sm quod ordinatur ad vitandum reatum poenae. - Unde qui honorat Parentes, non habens charitatem, non meretur vitam aeternam, sed nec quaerit demeretur et idem ait q. 23 de Verit. art. 7. ad 8. - et q. 24. art. 12. ad 16 - et indicat D. Augustinus Lib. 10 de Civit. Dei cap. 4. dicens: Verum hoo se se diligere nosset, constitutus è ei finis, quo referret omnia quae ageret, ut beatus esset; non enim qui se diligit, aliud esse vult, quam Beatus; sic autem finis. è adhaerere Deo. - Unde praeceptum charitatis constituens finem omnium aliarum virtutum, solum obligat ad referendum caetera bona opera ad finem charitatis non absolute, sed ut homo sit Beatus. - et ratio D. Thomae è, quia ut dicitur 1. ad Thimot. 1. finis praecepti è charitas; id è finis consummans, et perficiens, non consumens, nec destruens, ut ait D. Augustinus tract. 10 in Epist. Joannis, et praefatione in Psalm. 31. - Sed finis praecepti, aut Legis non cadit sub Lege praecipiente media, ut tenent communiter Theologi cum D. Thoma 1. 2ae q. 96. art 3. - et q. 100 art. 9. et 10 - et 2a 2ae q. 44. art. 1. - et Art 4. ad 1. Sed Actus charitatis absolute non cadit sub Lege praecipiente actus aliarum virtutum, sed solum sub conditione; ut scilicet, actus aliarum virtutum sint consummati, et perfecti, prout requiritur ad meritum vitae aeternae.

Confirmatur ex illo Thren. 1. de excelso misit ignem in ossibus meis, et erudivit me - quod de Igne charitatis

Intelligens S. Ambros. in Psalm. 118 octonario 13 in quo ait: Bonum q. Deus, qui nobis immittit: Unde diligentes eum, mercedem sub coniugatione eius invenire possimus — q. in sequentibus magis confitetur — et ex illo ad Galat. 6: quae enim seminaverit homo, haec et metet; quoniam qui seminat in carne sua; de carne et metet corruptionem; qui autem seminat in spiritu, de spiritu metet vitam aeternam. Quae verba exponens D. Aug. ibi ait: in carne enim sua seminat, qui omnia, quae facit, etiam si bona videantur, propterea tamen facit, ut carnaliter ei bene sit; seminatio in spiritu est, ex fide cum charitate servire iustitiae, et non obedire desideriis peccati — et D. Thomas similiter dicit ibi lect. 2 dicens: qui seminat in spiritu, idest ordinat studium suum ad servitutem spiritus, ex fide, et charitate serviendo iustitiae. — et ex illo ad Rom. 2 Deus reddet unicuique secundum opera eius; iis quidem, qui secundum patientiam boni operis gloriam, et incorruptionem quaerunt vitam aeternam &c.; vel quaerentibus vitam aeternam; idest, qui hac intentione operati sunt, non ut videantur, ut hypocritae. ait interlinealis; et D. Thomas ibi lect. 2 ait: quod in his verbis tangitur rectitudo intentionis in quaerentibus vitam aeternam, ut scilicet, in malis, quae homo patitur, vel in bonis, quae agit non quaerat aliquid temporale, sed aeternum, Matthaei 6 primum quaerite regnum Dei &c. Ve. Ad meritum vitae aeternae requiritur, quod homo bene operetur ex intentione consequendi gloriam, et vitam aeternam, quae intentio provenit ex charitate, et amicitia Dei, qua iustus appetit videre Deum; et fruì ipso.

Ex dictis sequitur quod nostra conclusio non solum est communis sententia sanctorum Patrum, sed etiam clare colligitur ex Sacra Scriptura, prout intellecta est, unanimiter à Sanctis Patribus, et à Theologis Scholasticis, ante modernos citatos pro contraria sententia; et in hac materia

quae

Quæ præcipue dependet ex Libera Voluntate, et Ordinatione Dei; hoc ẽ præcipuũ fundũ; Ut autẽ id probet. Ubi Considerandũ ẽ, q. meritũ dicit duplicẽ respectũ, Alterũ ad præmiantẽ, in cuius obsequiũ fit, et Alterũ ad præmiũ Consequendũ et ex utroque respectu, si bene intelligat. optime sequit. q. ad meritũ requirat imperiũ, l. ordinatio charitatis.

Prima ℌ. ratio ẽ quia ad Meritũ Vitæ æternæ n̄ sufficit; q. ipsũ opus bonũ ex nã sua ordinet. ad obsequiũ præmiantis, Ut ad finẽ operis; s. ulterius requirit. q. ab ipso merente ordinent. ad obsequiũ Præmiantis, Ut ad finẽ intentũ, ab ipso operante; s. Licet bona opera Sois Justificati ex nã sua ordinent ad obsequiũ Dei, Ut ad finẽ ultimũ operis; n̄ tn̄ Ut ad finẽ ipsius operantis; nisi per charitatẽ imperent. et ordinent. ab ipso merente in obsequiũ Dei præmiantis; nã Solũ per charitatẽ, quæ Sẽt pro obiẽto ipsũ Deũ remuneratorẽ, Vult Soõ oĩa opera facere in obsequiũ; et gloriã Dei; mquã propt. finẽ intentũ ab ipso operante; g. Ut opus Sois Justificati Sit meritoriũ Vitæ æternæ debet provenire ex imperio; et ordinatione charitatis — mai. pb. quia Ut aliquis mereat. apud aliũ, n̄ Sufficit; q. faciat opus cadens in Commodũ; et obsequiũ alterius; s. requirit. q. Soc libere; et Voluntarie intendat, aliãs per accidens, et præter intentionẽ operabit. in Commodũ et obsequiũ alterius; q. n̄ sufficit Ut mereat apud ipsũ — nã Sit n̄ meret. Laudem ex eo q. operat. per accidens, et præter intentionẽ in commodũ alterius; ita nec meret. præmiũ; quãuis sit promissũ operanti; q. Xa. doctrinã D. Thõe 1. 2a. q. 21. art 3. et 2 quia i, actũ ẽẽ Laudabilẽ; quã ẽẽ meritoriũ, quia præmiũ cedit in bonũ merentis, et n̄ in bonũ

Operis meritorij; et ita ipsum merens debet intendere commodum, et obsequium Alterius, Ut propter hoc sit dignus laude, et mereatur præmium apud Alterum: Verbi gratia si præmium esset promissum Occidenti inimicum Regis, et ipsum per accidens occidat Venator, existimans se occidere feram; talis Venator, nec laudem; nec præmium promissum meretur per hoc opus; quia præbuit obsequium Regi, aut Patriæ solum per accidens, et præter intentionem, non Vero modo humano: ergo ad meritum Vitæ æternæ, requiritur quod opus ordinetur ab ipso merente in obsequium Dei præmiantis, et Gratia ipsius, tanquam propter finem intentum ab ipso operante.

2.ª Ratio est D. Thomæ in hoc Articulo, quæ supra est proposita, quia scilicet, ad meritum Vitæ æternæ requiritur, quod opus bonum ordinetur à Iusto ad Vitam æternam, non solum Ut ad finem operis, sed etiam Ut ad finem intentum ab ipso operante, quia Deus ordinavit Iusti operationes ad finem Vitæ æternæ, Ut 1.us motor, et Gubernator, Ut homo etiam se mobeat, et ordinet suas operationes ad talem finem, tanquam 2.us motor; et Gubernator sui ipsius, nam Unamquamque rem Deus mobet; et ordinat Conformiter, ad Conditionem suæ naturæ, Ut ait D. Thomas 1.ª 2.æ q. 1. Art. 2 Consequenter Deus mobet et ordinat hominem Iustum; et eius operationes ad finem Vitæ æternæ, per operationem; qua ipse Iustus se Libere mobet, et ordinat suas operationes ad finem Vitæ æternæ; nisi enim ab ipso homine operationes ordinentur ad finem Vitæ æternæ; à Deo non ordinantur ad talem finem; et consequenter ipsum non merentur cum sine ordinatione diuina, nullum sit meritum, Actus autem quo homo se mobet, et ordinat suas operationes ad finem Vitæ æternæ est Actus Charitatis, seu Amor Dei; quo Vult Deum consequi, et ipso frui: Verbi gratia nisi Actus aliarum Virtutum ab ipso Iusto ordinentur per charitatis

Charitatem ad finem Vitæ Æternæ; non respiciunt pro fine præmium Vitæ Æternæ, et consequenter non merentur tale præmium; et ideo dixit Apostolus ad Rom. 2 ijs quidem qui sm̄ patientiam boni operis gloriam, et incorruptionem quærunt Vitam Æternam: Ve. Vita Æterna solum datur ut præmium, ipsam intendentibus, et quærentibus per bona opera: et D. Thōs in 2°. dist. 38 q. 1. art. 1. et 2 – et ibi ad Anibald. cum Mag.° ibidem docet: quod finis omnis rectorum Voluntatum est charitas, seu Amor Dei, bona delectatio, et Beatitudo – et tam Mag.r, quam D. Thās loquuntur de fine operantis, et per rectas, seu bonas Voluntates intelligunt Operationes, non solum bonas ex parte obiecti, sed etiam perfectas, formatas, et Consummatas per charitatem, seu Amorem Dei; quia plenitudo Legis est dilectio, – nam loquuntur Xa. phrasim D. Augni., cuius Authoritate utuntur Xa. quam solum operationes formatæ, et Consummatæ, et meritoriæ Vitæ Æternæ dicuntur bonæ, et rectæ.

3.a Cl.° Proponitur, et Probatur.

Ut Actus aliarum Virtutum in Some Iustificato sint meritorij de Condigno Vitæ Æternæ sufficit Virtualis ordinatio per actum charitatis elicitum in principio Iustificationis, vel virtus vis — Haec est Contra Mag. Cano; Zumel, Lorca, quos refert, et sequitur Martinez sic Cl.e 5. qui asserunt: non sufficere, ita Antiquam ordinationem, sed requiri ordinationem parvo tempore, præcedentem actum meritorium – Sed nostra Cl. est D. Thō in 2°. dist. 40 q. 1. art 5. ad 6. et q. 2 de malo art 5. ad 7. quam sequuntur Capreolus, Cayet.us, Soto, Conrado, Araujo, Lisboniensis, Serra, Gonet, et alij —— et probatur quia ut actus Virtutis sit meritorius sufficit, quod Virtualiter

Ordinent. ad finem Charitatis; non enim requiritur actualis ordinatio, ut supra diximus, sed ad sanè virtualem ordinationem sufficit actus charitatis elicitus in principio Iustificationis, et virtus ejus, dum tu talis actus non sit retractatus per peccatum mortale, et non retractatur in Iustificato, de quo loquimur: ergo sic actus charitatis sufficit ad meritum. Probatur min: quia ut actus aliarum virtutum virtualiter ordinentur ad finem charitatis, sufficit, quod praecesserit Amor Dei, super omnia, quo homo se, et omnia sua ordinet ad Deum, ut ad ultimum finem, et quod talis actus virtualiter perseveret; sed actus charitatis habitus in principio Iustificationis, et virtus ejus virtualiter perseverat in Iustificato, dum non retractatur per mortale peccatum: ergo hic actus sufficit. Probatur min: Quia Voluntas, et intentio finis virtualiter perseverat, dum mandantur executioni media conducentia ad finem intentum, ut ait D. Thomas 3° Contra Gent. cap. 138. rõe 3.a Voluntas praecedens actum manet virtute in tota Consequutione actus, et ipsum laudabilem reddit, etiam quando de proposito voluntatis, propter quod homo actum incepit, in executione operis non cogitabat; non enim oportet, quod qui propter Deum aliquod iter arripit, in qualibet parte itineris de eo cogitet actualiter. Sed omnia bona opera, sive naturalia, sive supernaturalia hominis Iustificati sunt media ordinata, et conducentia ad finem charitatis, et pertinent ad executionem actus charitatis, quo Iustus omnia bona opera sua ordinavit ad gloriam, et obsequium Dei: ergo dum Iustus perseverat in bene operando, et non peccat mortaliter, etiam virtualiter perseverat imperium, et ordinatio charitatis habita in principio Iustificationis, et virtus ejus.

Nec valet dicere: quod si intentio sit valde antiqua, jam intelligitur non permanere; et interpretamur eam re-

Retractam: V.º Ad ministrandum Sacramenta, non sufficit intentio valde antiqua, ut dicunt communiter Theologi 3. p.º q.º 64. art 8.

Non, inquam, valet, quia hoc intelligitur de antiqua intentione finis, in ordine ad quem homo per multum tempus non apponit aliqua media, et qui habuit intentionem ducendi Mariam in uxorem, si per multum tempus non apponat media ad talem finem, interpretamur retractasse primam intentionem; quando vero media apponuntur ad finem, quamvis aliquantulum morosse, semper intelligitur virtualiter perseverare 1.ª intentionem. in homine autem iusto per charitatem ordinante omnia sua opera ad gloriam, et honorem Dei, nequit amor Dei diu esse absque positione alicuius medii, et actu honesta conducentis ad talem finem, quia ut ait D. Augustinus enarratione in Psalm. 121. habet omnis amor vim suam, nec potest vacare amor in animo amantis; necesse est, ut ducat. et D. Gregorius hom.ª 30 in Evang. ait: numquam est amor Dei otiosus; operatur enim magna, si est; si vero operari renuit, amor non est. — Ideo etiam quia iustus non potest esse per multum tempus absque aliquibus operibus bonis ordinantis ad ultimum finem, quibus adimpleat illud praeceptum: sive manducatis, sive bibitis &c.ª omnia in gloriam Dei facite et ita dum iustus perseverat in gratia, etiam virtualiter perseverat 1.ª intentio charitatis, et perseverat exequtio suorum mediorum; in quo differt actus charitatis ab intentione alterius finis particularis, ad quem non conducunt, nec ordinantur dei recta operationes, intendentis talem finem = et ita qui prius intendit talem finem potest esse per multum tempus absque exequtione alicuius medii conducentis ad talem finem particularem, et tunc intelligitur intentio virtualiter defecere, et interpretatur esse retractatam, ut contingit in intentione ministrandi Sacramenta: quod cum amore Dei contingere non potest, cum ad eius finem conducant, et ordinantur omnes recta operationes hominis iustificati.

Si autem inferatur: quod in sole Iustificato non poterit esse Verbum; nec factum otiosum; siquidem omnia Verba, et opera; quae fecerit Iustus manent ordinata in gloriam Dei ex vi actus Charitatis praecedentis, Virtualiter permanentis, neganda est Consequentia; quia Verbum, vel factum dicitur otiosum, non per ordinem ad finem ultimum, et remotum; sed per ordinem ad finem proximum; quia scilicet, caret fine honesto, et proximo, ad quem conducat; et ita non est bonum moraliter; nec ordinatur per charitatem; sicut nec peccata Venialia; solum enim opera honesta; et Verba utilia sunt ordinabilia ad gloriam Dei; iuxta illud Mathaei 5. Ut videant opera vestra bona; et glorificent Patrem vestrum &c. - Si autem Verbum, vel factum tale sit; quod possit conducere ad gloriam Dei; et ab operante ad suum finem ordinetur; ergo non erit otiosum; nec peccatum Veniale; hoc tamen non reperitur in omnibus Verbis, vel factis hominis Iustificati, et ita in Iustificatis possunt dari plura Verba, et facta otiosa.

Argumentis Contra CC.em Occurritur.

1.o Arguit Vazquez ex illo Mathaei 12 - et Marci 3. Quicumque enim fecerit Voluntatem Patris mei, qui in Coelis est, ipse meus frater, et soror, et Mater est - Iustus autem qui servat Legem Dei ex fine solum proprio ipsius Legis, et aliarum Virtutum, etsi ex fine, et affectu charitatis non servet eam; vere facit Voluntatem Dei, qui in Coelis est: quod eum vocat Christus fratrem, sororem, et Matrem, ac proinde praemium fratris, sororis, et Matris, ei retribuat quod absque dubio est ipsa Vita aeterna.

2.o

R. Quod sic operans facit voluntatem Dei secundum quid, et quoad substantiam operis, quae sufficit ad vitandum peccatum, sed non facit voluntatem Dei simpliciter quoad substantiam et modum operis, quae requiritur ad meritum, et ut iustus operetur, neque frater, soror, et mater Christi; voluntas enim Dei est, quod omnia nostra in charitate fiant, et quod omnia in gloriam Dei faciamus; et ut dicit D. Augustinus in expositione Epistolae ad Rom. inchoata: Voluntas Dei in diligendo Deo, et proximo breviter insinuatur. Credentibus; ita ut in his duobus praeceptis tota Lex pendeat, et omnes Prophetae; et creditur. Absque dilectione Dei, et proximi nullus simpliciter facit voluntatem Dei, sed solum secundum quid.

Arguit 2.° ex illo Lucae 10 ubi Legisperitus interrogavit Christum hoc modo: Quid faciendo, vitam aeternam possidebo? Christus autem respondit: In lege quid scriptum est? quomodo legis dixit autem Legisperitus: diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et proximum tuum sicut teipsum; cui Christus dixit: recte respondisti; hoc fac, et vives; ac si diceret: hoc fac, et vitam aeternam, de qua interrogasti, possidebis. Sed hoc testimonium confirmat nostram sententiam si enim ex sententia Christi medium ad consequendum vitam aeternam est dilectio Dei, et proximi; absque hac dilectione iustus non consequitur praemium vitae aeternae, quamvis exerceat operationes aliarum virtutum, cuius oppositum ait Vazquez; sed ut hoc testimonium ad suum intentum conducere videatur, ponderat, quod postea Legisperitus rogavit Christum; quem deberet existimare, esse sibi proximum, ut eum diligeret? Christus autem exemplo illo hominis, descendentis ab Hyerusalem in Hyericho explicuit, non solum quis esset eius proximus, sed etiam quid erga illum facere deberet, ut ita vitae aeternae retributionem haberet; nempe, si inveniret aliquem etiam alienigenam indigentem

sublimia eius miseriq. Et Samaritanus illi soli; qui invenit vulneratum ad mortem, alligavit vulnera, infuso prius oleo et vino; et imposuit eum super iumentum suum; et reliqua, quae ibi narrantur. Ubi nulla ibi refertur, neque ratio habetur ullius relationis in Deum, sed solum misericordiae erga proximum, quam habuit Samaritanus; et gentilis, qui procul dubio de hac relatione nihil curaret; et tamen Christus dixit statim: Vade, et tu fac similiter; ac si diceret: et hoc modo possidebis vitam aeternam, de cuius adeptione me interrogasti: ergo nihil aliud praecepit legisperito, nisi opus misericordiae erga proximum; prout in lege praecipitur: quae sine dubio sola moralia praecepta continet.

R. Quod Christus dicens: Vade, et tu fac similiter docuit faciendum, quantum ad substantiam operis, sed prius praescripserat modum faciendi; prout oportet ad consequutionem vitae aeternae illis verbis: Hoc fac, et vives, quibus directe respondit legisperito, interroganti, quid faciendo vitam aeternam possidebo? Unde necessarium non fuit, semel dictum repetere in fine parabolae. Unde noluit Christus dicere: tu fac similiter, quantum ad substantiam, et modum operis, sicut fecit gentilis: alias hoc facere absque relatione habituali ad finem charitatis esset meritorium vitae aeternae, et gentilis, et Samaritanus ipsam mererentur.

3°. Arguitur ex illo quod dicet Christus in die iudicii Mathaei 25. Esurivi enim, et dedistis mihi manducare. Sed hoc est opus misericordiae erga pauperes: ergo opus morale virtutis sine relatione charitatis in Deum est meritorium vitae aeternae.

Et si dicas: ibi dari praemium vitae aeternae pro opere misericordiae facto ex relatione charitatis in Deum, ideoque tunc dicit illis: Et dedistis mihi manducare – et non dicitur: dedistis pauperi;

Manducare; Quia opus illud Elemosinæ factum erit ex Amore Charitatis in christum.

Contra Arguitur. Quia ibi inducuntur Justi, utique Sapientes, et admirantes sententiam christi, dicentis: dedistis mihi manducare inducuntur autem sui verbis christo loquentes: Domine quando te vidimus esurientem, et pavimus te? Quod si ipsi pauperibus Elemosinam dedissent propter christi Amorem, nequaquam admirarentur dicentes: Domine quando te vidimus &ca facile enim agnoscerent, se illam Elemosinam fecisse in ipsius gratiam, ac proinde nihil omnino admirarentur. – Respondet autem Christus omnino tollens causam admirationis, ostendens se multoties ab illis Elemosinam accepisse, suis verbis: Amen dico vobis quod uni ex istis minimis fecistis, mihi fecistis – Ac si diceret: Etiam si mei omnino obliti Elemosinam pauperi dedistis, ego tamen acceptam vobis refero, ac si mihi eam dedissetis.

Quod Confirmatur. 1°. Exemplo nam si quis honorifice exciperet Legatum Regis, sciens esse Legatum, et quia Legatus est, et postea Rex tale obsequium volens, ut par erat Compensare, diceret: Veni, Accipe mercedem, quia me honorifice hospitio excepisti. – Certe hoc ille, cum admiratione interrogaret. Domine quando te vidi peregrinum? Sciret enim hoc esse factum legato Regis, ipsi etiam Regi quodammodo factum fuisse, quod si alius ignorans Legatum Regis, ex sola Misericordia, aut Urbanitate Legatum hospitio excepisset, Rex postea diceret: Accipe mercedem remunerationis, quia me hospitio excepisti Stupefactus ille hoc profecto diceret: Domine quando te vidi peregrinum, et hospitio excepi te? Rex autem recte responderet, quando hunc meum

Legato fecisti; mihi fecisti... multo q. melius prædicta Verba Auctoris intelliguntur, si tales Eleemosinæ absque ulla recordatione Xpi, et ex relatione in ipsum facta esse dicantur.

Confirmatur 2.º ex Sententia Xpi Dni in Damnatos, quibus dicet: Discedite a me Maledicti &c. Esurivi enim, et non dedistis mihi manducare &c. Certum enim est nullum damnandum, ex eo q. non retulerit in Christum eleemosinam, quam fecerit pauperibus, sed ex eo q. non dederit pauperibus; quia pauperes erant: q. non dare Christo Dno iuxta eius phrasim, non est idem ac non referre in Christum Eleemosinam, sed idem q. non dare pauperibus; ac perinde dare Christo, idem erit, q. dare pauperibus, quia pauperes sunt.

Confirmatur 3.º quia D. Augustinus Lib. 50 Homiliarum Homilia 39. exhortans ad eleemosinam pauperibus faciendam ait: date omnibus (nempe pauperibus) ne cui non dederitis ipse sit Christus. Ubi D. Augustinus dicit esse Christum omnes pauperes, cui non damus, et eum esse cui damus, et ipsius igitur Sententia idem omnino erit dare Christo iuxta Evangelii phrasim, et dare pauperi; quia pauperi, et non dare Christo, atque non dare pauperi; quare, et illa relatio in Christum necessaria non erit, ut quis dicatur in pauperem dare Christo.

Respondetur iuxta Solutionem datam, quæ est D. Augustini et Cortij, et ad Replicam Respondetur quod Vazquez, non brevitatis causa, ut solet in Verbis non facientibus ad propositum, sed maliciose truncavit Verba Evangelii, et Christi Dni, sic respondentis ad Iustos: quamdiu fecistis Uni ex his fratribus meis &c. ipse autem abstulit illa Verba: fratribus meis; quæ explicant rationem pauperis ad Christum; ut ex Verbis sic truncatis, infert: q. dare Eleemosinam pauperi, absque ullo respectu ad Christum, et absque ulla memoria

Christi, ē idē ac ~~dare~~ dare Eleemosinā Christo; nā si integra affe-
rant.r verba; opposituᵐ sequit.r: Vᵃ. Dnus Caiet.ⁿᵘˢ aitibi: n̄ dicit quā
diu fecistis uni pauperi; quia benefacere hoc pauperi officiū ē natu-
ralis Misericordiæ coē fidelibus, et infidelibus; s.ᵗ benefacere fratri
Jesuchristi; officiū ē Christianæ Misericordiæ, quæ in pauperibus
Christū considerat; et propt.ʳ Christū exercet hæc opera — et Carthu-
sianus: isti enī (scilicet pauperes) s.ᵗ Corpus meū misticū, et caro
mea, et tā grata habeo bona eis facta, ac si meæ personæ eēnt exer-
cita; dū modo ex charitate, et propt.ʳ me facta sint — admiratio
electorū, qua dixerunt: Dñe quando te vidimus &c.ᵃ n̄ procedit ex
ignorantia, aut oblivione; ut advertunt Origenes, Imperfectus, Ra-
banus, Glossa ordinaria; D. Thōs, Lira, et Carthusianus; n̄ enī
ignorare poterant; q.ᵈ dare pauperi propt.ʳ Christū, ē aliquomodo
dare Christo, maxime cū omnes electi post Resurrectionē Corporis
sint Beati; Beatitudine aiæ, et in Beatis nequit eē hæc ignorantia;
etsi verū sit; q.ᵈ dare pauperi; quia pauperi; et absque rē ad Christū;
ē dare Christo; nec hoc ignorare possint electi: Vᵉ. si hoc ignorabunt
electi in die Judicii, verū n̄ ē, q.ᵈ paulopost advertens Vazquez, ne se,
et suis sequacibus tanquā sapientes excluderet in die Judicii à nume-
ro electorū; quos ignorantes depingit n.ᵒ 17. subdit: q.ᵈ Vᵒ. inducant.ʳ
Justi, ex ignorantia dicentes: Qndo te vidimus esurientē; n̄ ideo fit;
quia revera omnes ita dicturi sunt Christo, nā et multi scient dedisse
pauperibus, idē eē, q.ᵈ Christo dedisse; s.ᵗ ut occasione huius interroga-
tionis Scriptura explicet, quid sit dare Christo Eleemosinā, q.ᵈ proba-
bile eēt, si quod dicit de aliquibus, dixisset de omnibus electis

Et in nullo ponerat prædictam ignorantiam, ñ advertens, q. Aiæ perfectè purgatæ statim vident Deum; et in die Judicij Aiæ Justorum, q̃ ñ erunt in purgatorio; s. reunitæ Corporibus erunt in Valle Josaphat, Deum videntes, Ut ait D. Thás 3. p.ᵉ q.ᵉ 59. art 5. ad 1.ᵘ — in Aiabus autem Deum videntibus nequit ẽẽ talis ignorantia; q. si eam advertisset Pater Maldonatus ñ dixisset; q. Justi; ita interrogabunt, eo q. Christi Verba ñ intellexerint, nam licet verum sit; q. christus figurata Loquutione, dixit: Esurivi enim &c. attribuendo famem membrorum Capiti; probabile tñ ñ ẽ; q. Aiæ Beatæ ignorant regulam Thiconij de Capite; et membris, et cum videant in Deo, quidquid ad ipsos, et ipsorum statum pertinent, ñ videant quod dederunt christo in suis membris, et ñ in propria persona, et q. christus de fame in suis membris, et ñ in propria persona loquebatur.

Unde Probabilius possent dicere: q. Justi interrogaverunt, ñ ex propria ignorantia, s. Ut christus prædictam adhibens responsionem, ignorantiam repelleret à pluribus ex Damnatis, nam plures, ex eis, quid significet: Esurivi enim &c. nesciunt. — Nec obstare põt; q. ipsi damnati, eam postea interrogabunt: Dñe quando te vidimus &c. nam hoc ñ interrogabunt ex ignorantia; s. desiderantes, se excusare, Ut ait Carrixianus.

Legitima tñ, et Cons interrogatio ẽ; q.ᵈ electi dicent: Dñe quando te vidimus? ñ ex ignorantia, dubitatione, aut oblivione, s. ex humilit.ᵉ, et admiratione Maiestatis Judicis, et suæ dignationis; quæ sibi adscribitur exhibitam elemosinam, ex considerata magnitudine præmij, et propria parvitate; videt. ipsis nihil fecisse dignum tanto honore, et præmio, Utenim ait D. Thás ibi: bonarum mentium ẽ; q. ea quæ propter Deum faciunt, parva reputant Lucæ 17. cum feceritis oĩa, quæ præcepta sũt vobis, dicite: servi inutiles sumus. et ad Rom. 8. existimo, quod ñ sũt condignæ passiones &c. — V.ᵉ dicunt: quod ignorantes fecerunt, et hoc dicent: parva reputantes; dicit autem

D. Thás

D. Thas: Quōd Ignorantes fecerunt in Viâ; quia Iusti in Viâ nesciunt; An ex Vero Amore charitatis dederint pauperibus propter christum, cum nullus Absque Speciali revelatione, Certo scire possit, se habere gratiam, et charitatem; Aut Deum diligere Vero Amore charitatis: Vel Repraesentantes Ignorantiam, quam habuerunt in Viâ, et Opa, quae fecerunt, parva reputantes, dicent: Dñe quando te Vidimus? n. Vel quia, quando hoc dicent in die Iudicij, seant ignorantiam hoium; Ex quibus patet ad 1um Confirm.

Ad 2um Argum Rx q.d. Licet nullus sit damnandus ex eo, quod non rediderit in christum elemosinam, nec enim habitualiter; quia ad Vitandam poenam, sufficit elemosinam dare, instante praecepto; fatendum tamen est, quod aliquis sit damnandus, ex eo quōd non dederit pauperi, quia pauper est, nam si det pauperi, quia christus est, et non quia pauper est praecise; non damnabitur, sed potius merebitur, et ita cum Coã illata a Varzquez, non subsistat cum doctrina, et ex a. phrasim Christi Domini, non dare, est non dare pauperi, quoad ad substantiam operis, et ex co: enti; non dare quoad modum charitatis, et propter Christum; et quod non dederunt elemo: sinam, quoad ad substantiam, instante praecepto, et consequenter nec dederunt propter christum damnabuntur. Quōd Volens explicare Christus Dominus, Respondet, interro: gantibus: Dñe quando te Vidimus? Quōd enim non fecistis, Uni ex minimis mino: ribus, nec mihi fecistis &c. Ubi non addit illa Verba: fratribus meis; Ut Addit, loquens cum electis; Ut denotaret, quia damnabuntur, quia non dederunt elemosinam, non tamen propter medium charitatis, vel propter christum; aliàs similiter posset probari, quod non requiritur habitualis ordinario charitatis ad damnandum Deo; et merendum Vitam aeternam; Sed non requiritur ad non dandum christo, et merendum poenam aeternam.

Ad 3um Confirm Rx q.d. Sicut truncavit Varzquez Verba christi Dñi, ita etiam truncavit Verba D. Augustini nam ibi loquens de christo Iudice, separante, aut secernente Agnos ab hedis in die

Judicij, subdit: qui esurisse, et sitisse se dicit, et caetera in suis ~~membris~~ ~~Minimis~~ minimis pauperibus fuisse se asserit: date ergo omnibus, dilectissimi fratres, date, et praecipue domesticis fidei; date omnibus, ne cui non dederitis ipse sit Christus, et cui dederitis, ipse sit christus. Ubi per christum intelligit minimos ipsius, et domesticos fidei; vel christum in ipsis esurientem, et sitientem, Xo. sententia christi Domini: quamdiu fecistis uni ex ijs fratribus meis minimis, mihi fecistis; et ita sensus manifestus est: date omnibus, ne cui non dederitis, ipse sit frater minimus Xpti, et fidei domesticus; cui vero dederitis, etiam talis sit, ne scilicet, perdatis gloriam dandi christo in suis membris, vel dandi pauperibus propter christum.

Secundo instat Vazquez; si quis christo indigenti, vel affectu misericordiae verae erga eius humanitatem, quatenus deificata erat, succurreret, et eleemosinam elargiretur, etiam si non ex affectu dilectionis, et complacentiae erga deitatem ipsam, non faceret, citra dubium diceretur christo dare, ac proinde pro eo opere vere audiret: Esurivi enim &c. acciperet igitur aeternam mercedem pro tali opera; quis hoc neget?

Respondeo quod Vazquez negat, si tribuens talem ordinationem careat habituali ordinatione charitatis, et nos similiter negamus; si careat ordinatione actuali, vel virtuali charitatis — et 2o. negamus per implicationem terminorum; implicat enim habere affectum verae misericordiae erga christi humanitatem, quatenus deificata erat; et carere affectu dilectionis complacentiae erga deitatem ipsam; cum enim misericordia non sit virtus theologica, sed moralis, non potest habere pro obiecto formali deitatem, aut humanitatem, ut deificatam: unde eleemosina data humanitati christi, ut deificatae, non solum est actus misericordiae, sed etiam charitatis, quae habet pro obiecto formali deitatem, et humanitatem christi, ut deificatam, et consequenter ponere eleemosinam ex affectu verae misericordiae erga christi humanitatem, ut deificatam absque affectu dilectionis, et charitatis est implicare in terminis, et ponere chimaericam eleemosinam, sicut subire mortem propter humanitatem christi, ut deificatam absque vero affectu charitatis est chimaericum martirium

Sed

S. Contra Arguit: Quia ex hoc sequeretur, quod aliquis absque praevio actu charitatis non posset humanitatem christi, prout Deificatam ex affectu Religionis infusae adorare, quod est absurdum; cum hoc quotidie faciant fideles existentes in peccato mortali; aliàs hoc ipso, quod aliquis adoraret humanitatem christi, prout Deificatam, eliceret actum charitatis, et Iustificaretur.

Rx. Quòd in Peccatore non est Virtus Religionis infusa; et ita in ipso nequit esse Adoratio ex affectu Virtutis Religionis; quamvis detur imperfecta Adoratio, quia nullo modo est meritoria, et satis probabile est, quod in statu Iustificato, in quo sunt Virtutes morales infusae modo connaturali; et perfecto non potest dari actus Religionis, vel alterius Virtutis moralis infusae absque praevio actu charitatis, ut modo ejus perfecto, et connaturali fiat actus talis Virtutis; et in hac quaestione solum loquimur de statu Iustificato, et ita recurrere ad actum Religionis existentem in Peccatore est extra Chorum canere — S. quidquid sit de hoc; negatur consequentia propter disparitatem quae versatur inter Religionem, et Misericordiam infusam; verus enim affectus Misericordiae debet procedere ex amore pauperis; quia Misericordia dicit compassionem, dolorem, et tristitiam de miseria alterius; ut aut ait D. Thomas 2. 2ª q. 30. art. 2 quia tristitia; seu dolor est de proprio malo; in tantum aliquis de miseria aliena tristatur, aut dolet, in quantum miseriam alienam apprehendit, ut suam; quod fit per Amorem; quia enim amans reputat amicum tanquam seipsum; malum ipsius reputat, tanquam suum; et ideo dolet de malo amici sicut de suo malo — et ex hoc dolore, aut tristitia provenit actus proprie quidam Misericordiae; quo homo vult tollere malum; et sublevare miseriam alterius; quia ut ait D. Thomas ibi q. 33. art. 1. removere malum alicuius eiusdem rationis est, sicut bonum eius procurare: ut actus Misericordiae perfecte, et connaturaliter petit procedere ex Amore Proximi, et verus affectus Misericordiae supernaturalis erga humanitatem, ut Deificatam; qui est actus charitatis

Et ita pent procedere ex actu charitatis — et idg dicendy ē de Misericordia Supernāali erga pauperes, quatenus sũ. membra christi; Actus enim suius Virtutis pent perse procedere ab Actu charitatis erga proximos: V.e D. Thōē 2. 2.ª q.e 117. art. 5. ad 3.m ait: q.d datio beneficentiæ, et Misericordiæ procedit, exeo quōd Soō ē aliqualiter affectus, circa ey, cui dat, et ideo talis datio pertinet ad Charitatz, seu Amicitig — et ita Elemosina, quæ dantr. ā peccatoribus ñ sũ. actus Misericordiæ Supnāalis simpliciter, s.d pertinent ad Misericordig nāalg, si fiant præcisse ex Amore nāali, et Compassione Pauperis; si V.o fiant ex motibo Supnāali, ey tale motiby ñ sit charitatis, et Amicitiæ, erit motiby piæ affectionis fidei, l. spei, l. timoris servilis; q. motibus pertinet ad Amorg Concupiscentiæ, et ad timorg orty ex ipso, et coenr ñ ē actus Misericordiæ infusæ, et perfectæ, s.d Misericordiæ imperfectæ, procedentis ex Appetitu boni repromissi in fide, et ita pōt probabilitr. dici, q.d Misericordia Supernāalis, perfecta, et imperfecta ñ distinguuntr. tnquā perfecty, et imperfecty intra eandg speciz; ut distguitr. fides formata ab informi; s.d distguuntr. ut duæ species magis, et minus perfectæ intra idg genus; ut distguitr. Contritio perfecta ab imperfecta; quæ ē Attritio; nā Contritio perfecta dicit dolorg, et detestationg peccati; quatenus ē offensa, et maly Dei, Amicabiliter dilecti, et ita nequit ēē absque Amore Charitatis — Attritio V.o ē dolor, et detestatio peccati, prout ē maluz ipsius peccatoris, tq fraliter, (quia roe suæ deformitatis priuat peccatorg pulchritudine Gratiæ) quā caālitr. quia affert Peccatori reatg pœnæ æternæ, et ita procedit ex Amore proprio Peccatoris — Similitr. etig Misericordia Supnāalis perfecta tendit ad sublevandg miseriā proximi, apphensā ut propriā, roē charitatis erga proximy; Misericordia V.o imperfecta tendit ad sublevandg Miseriā, non

q.ª

Quia ē maly proximi; Amicabilit. per charitatē diligi. S. propter
Alia motiba, pertinentia ad Amorē propriū; l ad timorē Servilē.

De Adoratione v.º Cultu, et Reverentia ē dispar ratio; q.a
Exhibere alicui adorationē, seu cultū n̄ petit per se procedere Ex Amore illius,
Cui Exhibet.; in Summanus Enim, ut in plurimis Exhibet. reverentia; et cultus Po-
tentibus Sui Saeculi; potius Ex Concupiscentia; et spe consequendi aliquid ab
ipsis, vel Ex Aliquo timore Servili; quā Ex Amore Amicitiae; et idē contingit
in Dei, qui ā Peccatoribus Colit., et Adorat. Ex Amore Concupiscentiae; et
timore Servili; n̄ v.º Ex Amore Amicabili charitatis — et ratio ē, quia
Cultus; et Reverentia Deo Exhibet. in protestationē Excellentiae Divinae; quae
Deo Competit, quia ē t.y. quis; et ita haec Reverentia ē quaedā protestatio, et
professio fidei; quā habemus de Divina Excellentia; et cōns. ut fides, et fidei
professio n̄ petit per se procedere Ex Amore Dei Amicabili; S. Ex Appetitu;
et Amore Concupiscentiae; ita Ergo cultus, et Adoratio — q.d amplius Constat
Ex doctrina D. Thō 2. 2ae q.e 81. art 4. ad 3.m dicentis: quōd obj. amoris
ē bonū; obj. autē honoris, et reverentiae ē aliquid Excellens; bonitas autē
Dei Coicat. Creaturae, n̄ autē Excellentia bonitatis eius; et ideo charitas
quae diligit. Deus n̄ ē virtus distincta ā charitate, quā diligit. proximus.
Religio autē, quā honorat. Deus distiguit. ā virtutibus, quibus honorat.
proximus — Cy.f. Religio Exhibeat Cultū, et honorē Deo; Sinquōd ē
incoicabilis Creaturae n̄ petit per se reduci ad charitatē, quae respicit
Deū, ut Coicabilē Creaturis: v.a Amor Charitatis et amicitiae fundat.
in Coicatione bonorū, quamvis econverso charitas inclinet ad praebendū
cultū, et honorē Deo, quia diligens Amicabilit. Deū, praebet ipsi cultū,
et ~~honorē Deo~~ reverentiā, n̄ praecise in protestationē humanae servitutis,
et Excellentiae Divinae Maiestatis, S. Ergo quatenus cultus, et Re-
verentia est quaedā bonū Extrinsecū Dei; quōd Amicus Deo vult

exhibere, Ut ex Amore tribuat Deo bonū; quod potest.

S.ª Dices: Quòd solū ille; qui dedisset humanitati Christi, Ut Deificatæ, elemosinā ex aliquo Amore Concupiscentiæ; aut timore servili, audiet à Christo Domino, in die Judicij: Esurivi enī et dedisti &c.ª q.

R.r neg.do ant. Quia qui modo dicto dat elemosinā, formaliter ñ dat pauperi; aut Christo; S.ª sibi ipsi; quia ñ gratiâ pauperis; aut Christi tribuit; S.ª sui gratiâ; Ut sic acquirat bonū concupitū; aut Vitet malū; q.d timet. Et ñ Vere dat elemosinā; qui aliquid tribuit Pauperi Religioso, Ut intercedat pro ipso apud Regē; l. Judicē; Ut consequat.r officiū; quòd desiderat; Vel Ut Vitet pœnā; quā timet.

Quarto Arguit. ex illo Proverb. 14. Qui calumniat.r Egenū exprobat factori eius; honorat autē eū (scilicet factorē) qui miseret.r Pauperis.. Ut autē Aliquis dicat.r exprobare factori, eo qui fecit Pauperē; opus ñ ē; expresse in Deū proba[?]dare; S.ª eo ipso, q.d quis non misereat.r pauperi, dicit.r exprobare factori; et similiter econtra dicet.r factorē honorare, sine ulla eius recordatione, et expressa Voluntate honorandi; hoc ipso; q.d pauperi elemosinā præbet; et consenter per hoc præcise merebit.r

R.r Quòd ad exprobandū; et Contemnendū Deū factorē Pauperis, sufficit Voluntariū indirectū; q.d sufficit ad peccandū; Quia cnī Pauper; eiq Ut talis ē factura Dei, ē dives; debet ad hoc attendere; ne Egenū calumniet.r; aut Contemnat; et ita si nolit attendere ad hoc; S.ª calumniet.r Egenū; indirecte Vult factorē pauperis exprobare, et contemnere; q.muis hoc Dives per se ñ intendat. Et Peccatori imputat.r malitia peccati; q.muis nemo intendens ad malū operet.r. Ad meritū V.º requirit.r Voluntariū directū; et perfectū; et ita; Ut illa

qui

Qui miseret pauperis; Deum honorat opera meritorio; debet hoc expresse intendere; et dare Eleemosinam ex Amore Dei; Ut explicat D. Hyeronimus illa Verba Proberb: Honora Dominum de tua Substantia Verbis supra datis.

Quinto Arguit ex illo Marci 9. Quicumque enim potum dederit Aquae frigidae in nomine meo, quia Christi estis; Amen dico Vobis non perdet mercedem suam — et Mathaei 10. Qui recipit Prophetam in nomine Prophetae, mercedem Prophetae accipiet &c.ª — ex quibus Verbis Arguit hoc modo: quia sic promittit Christus Dnus praemium Vitae aeternae tribuentibus Eleemosinam; et hospitium Apostolis, Prophetis, Iustis, et Alijs Christi membris in nomine Christi, et quia Christi sunt; ergo ad hoc obsequium exhibendum requiritur Verus Affectus charitatis erga Deum, nec quod fiat propter hunc finem: ergo nec requiritur ad meritum huius obsequij — min. probatur 1.º per illa Verba: in nomine meo — et et illa, in nomine Prophetae, in nomine Iusti, et in nomine Discipuli, Ut inquiunt Chrisostomus, hom.ª 36 in Mathaeum, Theophilactus, et Euthimius ibi; addita sunt, Ut ostenderet Christus non satis esse, si ad ostentationem, aut Alio simulato fine, illa opera fiant, Ut mercedem aeternam mereantur — solum igitur Voluit excludere Christus pravos fines ex Sententia horum Patrum, quod sane recte fieri potest sine fine, et affectu charitatis erga Deum.

2.º probatur min; quia Ut ait Euthimius; satis est excipere aliquem in domum suam; solum ob nomen Prophetae, et Iusti, hoc est propter hoc solummodo; quod talis nominetur. Sic enim quisque dicitur, id facere in nomine Christi, et Dei; Veluti qui exciperet Legatum, quia Legatus Regis est; diceretur in nomine Regis eum excipere, hoc autem erga Ministros Evangelij, cum hac certa expressa intentione; facere possumus sine affectu peculiari charitatis erga Deum, solum ex Virtute Religionis, aut observantiae

Aut Dulia, ex quo dicimur Maioribus, et dignitate, et sanctitate continuis honorare, aut etiam ex beneficientia, et Misericordia erga Prophetas, et Minimos, quia Ministri SS.; sic enim actus etiam sub ea expressa voce, ex parte obiecti movens potest esse solum Misericordia, aut beneficientia erga proximos, aut observantia erga ipsos; quemadmodum etiam cum Decimas Ministris Ecclesiae deputatas persolvimus, ea voce, quia Ministri SS. Christi ex sola virtute Religionis, eas persolvimus sine affectu charitatis; licet persolvamus Ministris, quia Minimi sunt, et ita dicimur, in nomine Christi, ipsi eas persolvere, qua etiam ratione Rahab meretrix, Iosue cap. 2. excipiens exploratores Populi Dei, ex quod ut ipsa testata est, sciret Deum esse cum eis, et gentes omnes per circuitum ipsis tradidisset; vere dicitur excepisse exploratores nomine Dei, cum tamen ex sola Misericordia erga ipsos exceperit; neque enim ex solo actu, iustificata est statim, sed eo meruit annunciari populo Dei, ut deinde iustificaretur.

Confirmatur V. ex illo ad Heb. 6. Non enim iniustus est Deus, ut obliviscatur operis vestri, et dilectionis quam ostendistis in nomine ipsius. Ut autem Hebraeis explicaret Apostolus, quo pacto in nomine Christi dilectionem ostenderent, subdit: qui ministrastis Sanctis, et Ministratis, hoc est Minimis Christi, quia Minimi Christi sunt; illi autem Hebraei, quibus scribebat Apostolus lapsi fuerant in peccatis, et in eo permanentes, dicebantur Minimis Christi subvenire, et Ministrare; existentes autem in peccato non poterant ex charitate erga Deum illis Ministrare, ut manifestum est, alioquin iustificarentur ipsa dilectione charitatis: ergo Ministrare et

subvenire

Subvenire Iusti; Vel Ministrare Christo in nomine ipsius, et quia Christi sunt; sine dilectione charitatis, fieri potest.

Confirmatur 2.º ex D. Aug.no qui tract. 51. in Ioannem explicans Verba illa: Siquis mihi ministraverit, honorificabit eum Pater meus &c.ª Ubi pro ministerio Christo exhibito promittitur honor Æternæ Vitæ; inquit: Ministrare Christo idem est; quod vias, non suas; sed Christi ambulare, iuxta illud 1.ª Ioannis 2.º Qui se dicit in Christo manere, debet, sicut ille Ambulavit, et ipse Ambulare; et subdit illico: debet, si porrigit, esurienti panem, ex misericordia facere, non de iactantia, non aliud ibi quærere; quam bonum. — et infra Qui sic Ministrat, Christo ministrat; recte que illi dicitur eum Uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis — Hæc Sententia; igitur Aug.ni Christo ministrare idem est, quod bonum opus efficere; hoc enim est Ambulare Vias Christi — præterea ex solo honesto fine Misericordiæ Alicui eleemosinam elargiri, idem est, secundum Aug.num Quod Christo Ministrare, et elargiri.

S.º Quia Ad incautos decipiendos malitiose truncata; Uit Vazquez Verba D. Aug.ni, in quibus explicite requirit concursum charitatis ad prædicta opera meritoria; Ut tacitæ objectioni responderet, subdit Vazquez — neque refert, quod hoc opus dicatur ab Aug.no opus charitatis; nam per charitatem non intelligit Amorem erga Deum super omnia propter ipsum; sed solum intelligit Misericordiam, et Amorem erga proximum (Ut Vulgo accipitur) ac opus honestum Virtutis, quatenus est absque ullo malo fine, et circumstantia mala — Item quia opus secundum Vazquez Sagium Vocatur ab Aug.no opus charitatis, Ut ipse dixerat disp.e 192. cap.e 2 — Item ergo Quia ibi Aug.num solum contendit excludere

Praemium finis ab opere eleemosinae; Ut opere ipso dicatur. Quis christo ministrare: Vel paulo infra ait: Cum fratres audivimus Dominum dicentem: Ubi ego sum, illic et Minister meus erit, ita nolite tantummodo bonos Episcopos, et Clericos Cogitare; etiam Vos pro modulo Vestro ministrate Christo, bene Vivendo, eleemosinas faciendo; nomen, doctrinamque eius, quibus potueritis praedicando. — et demum Concludit: Quod si Paterfamilias bene domum administrat, dicitur Deo ministrare, Ut in Aeternum sit cum ipso. — Certe Verba Augustini (ait Vazquez) pro nostra Sententia ita perspicua sunt, Ut non indigeant Ulla explicatione, cum Aperte promittat Cuilibet bono operi, etiam in administratione Domus Vitam Aeternam.

Confirmatur 3º Quia idipsum non minus perspicue D. Bernardus testatur in opere de Gratia; et Libero Arbitrio non Longe a fine, annumerans: enim nostra bona opera, quibus Deo Cooperamur, et apud ipsum Vitam Aeternam meremur, inquit: ipsa sunt Jejunia nostra, Vigiliae, Continentia, opera Misericordiae, Caeteraque Virtutum Exercitia quo nihil clarius ait Vazquez pro nostra Opinione dici potuit.

Respondetur: hoc Argumentum non fabere Sententiae Patris Vazquez, sed Sententiae Asserenti, quod Ut opus bonum sit meritorium sufficit, quod ordinetur ad finem, vel motibus supernaturale Alicuius Virtutis infusae, media fidei directione; Ut contingit in praebente hospitium; Aut potum pauperibus in nomine Christi; et quia Christi sunt; quod non fit praecise directione rationis naturalis, quae non Cognoscit Christum, neque eius membra, aut Ministros; sed fit ex directione fidei, et imperio Virtutis supernaturalis; et cum nullus actus Virtutis moralis infusae fieri possit ab homine Justificato absque praevio Actu Charitatis, Ut infra ostendemus, nihil in re probat Argumentum

Omnis Concedamus; q.d Soō in peccato existens possit praebere Sospitium; vel Elemosinam pauperibus in nomine Christi; et quia Christi Est absque praevio Actu Charitatis.

S.o Quidquid sit de Soc; Argum ad Summum probat; q.d illa particula; in nomine christi; et quia Christi estis; l in nomine Prophetae, Justi, et Discipuli - possit denotare praecise motibus Religionis, pietatis, et Misericordiae Supernalis; et q.d possit Absolute Verificari; quōd aliquis tribuit potum, vel Sospitium pauperi in nomine Christi; et quia Christi ē; Etiam si Soc ñ faciat ex fine, et motibo charitatis; S.d praecise ex motibo Religionis, Misericordiae; et pietatis infusae; Ut contingit in Peccatoribus Elemosinam largientibus; propter motibus praedictum - Caeterum negari ñ pot; q.d illae particulae possint etiam denotare motibus charitatis, et Amoris pauperis propter Christum; nam vōe Christi Amans pauperes; quia Christi Sunt; et tribuens ipsis elemosinam ex Soc motibo; Vere ipse tribuit pauperibus in nomine Christi, et quia christi sunt — Cum f. Verba esse Aequivoca sint, et Utriusque Sensus Capacia; Ut intelligamus in quo Sensu dicta sint à Christo Dño. 1.o recurrere debemus ad alia testimonia Scripturae, in quibus Soc Apertius dicit.r et ad Expositiones Sanctorum Patrum; et Theologorum; et rectam rationem - et Ut constat ex probationibus nrā Cl.u praedicta Verba cum signifícent motibus Actus meritorij Vitae aeternae; denotant motibus charitatis, sine quo nullum dat.r meritum Vitae aeternae - V.e Theodoretus, Imperfectum; Lira per illa Verba in nomine christi, vel in nomine Prophetae, Justi, et Discipuli intelligunt dare elemosinam, aut Sospitium propter Christum; illa autem particula propter denotat finem, cujus gratiâ, et christus ē finis cujus gratiâ, Solum V.t dilectus per charitatem: V.e Carthusianus Mathaei 10 aut 20 explicans Verba praedicta dic.t talis namque receptio Justi, cum ex charitate procedat, - et Actus Misericordiae Sit, meritoriâ ē Vitae aeternae; Si autem operans in

Gratia si esset, nihil de Condigno mereret; posset tamen Deus ei charitatem infundere occasione receptionis præfatæ.

Quod etiam ratio suadet, nam quoties assignatur ablativo motibus actus exterioris meritorii, designatur finis, et motibus connaturalis, ex quo potest procedere connaturaliter talis Actus Exterior, ut sit perfectus, et dignus perfectissimo præmio Vitæ æternæ: Dare autem elemosinam, et hospitium pauperibus in nomine Christi, et quia Christi sunt, est actus exterior beneficentiæ, et Misericordiæ, qui connaturaliter potest procedere ex motibus charitatis, ex quo debet procedere, ut sit Actus perfectus Virtutis, et Vitæ æternæ meritorium, Coenter per illa Verba in nomine christi, et quia christi estis designatur motibus charitatis, ita ut charitas, non istorum Actuum, non solum sit finis Cui sed etiam finis propter quem, et cuius gratiâ.

Ad Argumentum 1. in forma distinguo maiorem Christus in prædicatis Verbis promisit præmium Vitæ æternæ, tribuentibus Elemosinam pauperibus in nomine Christi, et quia christi sunt, per Actum Virtutis, et bonum simpliciter Concedo maiorem, per actus non simpliciter bonos, nec Virtutis, nego maiorem – et similiter nego minorem non enim datur Actus Virtutis, et simpliciter bonus absque præsidio imperio charitatis —— et ad 1.um probationis non ansam; falso enim adducuntur Chrysostomus, Theophilactus, et Euthimius; tamquam asserentes; prædictis Verbis Voluisse Dominum Deum excludere solum finem ostentationis, aut alium finem pravum, nam ulterius asserunt: quod illis Verbis explicatur motibus bonum positivum, dandi elemosinam propter Christum, per actum simpliciter bonum – Et in Sententia Chrisostomi talis actus debet fieri ex motibus charitatis, ut constat ex Verbis supra adductis, et Hom.a 19. in Epistola ad Hebræos ait: Ex dilectione quippe, bona opera fiunt; magnum quippe bonum est ipsa Congregatio, ipsa namque

charit.

Charitatem reddit ferventiorem, et ex ea cuncta optima generantur: nihil namque bonum est, quod non per charitatem fit.

Ad 2um probationis distinguo minorem: possumus dare hospitium, et eleemosynam ministris christi, cum hac expressa intentione, quia christi ministri sunt sine affectu charitatis per Deum simpliciter bonum, et vera virtutis, nego minorem — per Deum imperfectum, mortuum, et informem, respicientem christum ut finem cui, non vero cujus gratia concedo minorem: hoc enim solum probat exemplum de suscipiente legatum Regis, quia talis legatus est, non ex amore amicitiae erga Regem, sed ex concupiscentia, aut spe consequendi aliquid à Rege, vel ex timore ad vitandum, scilicet, aliquid malum, quod à Rege infligendum timet — et similiter exemplum de peccatoribus dantibus decimas, aut primitias christi ministris, vel ad consequendum aliquod bonum à Deo, vel ad vitandum malum proprium — et idem dicendum est de Rahab meretrice, si cum suscepit exploratores, non dum erat justificata, et vero affectu charitatis excepit exploratores, et ita meruit amplius justificari, tenent alij, quos sequitur Suarez lib 8 de gratia cap. 22 n. 15. de quo modo non est disputandum.

Ad 1um Confirmationis Respondeo quod potius probat negationem Consequentis; nam Apostolus loquitur de opere meritorio facto ex dilectione Dei, et propter Deum; ut notant ibi D. Thomas, Glossa ordinaria, et Lira, et Chrisostomus ibi homilia 10 sic explicat verba Apostoli: non enim injustus est Deus, ut obliviscatur charitatis vestrae, et studij, quod ostendistis in nomine ejus, in eo quod ministrastis sanctis, et ministratis; magna illis testificatur, non opera tantum, sed etiam alacritatem operum &c. inquit; quomodo eos iterum curat; inferens, et ministratis adhuc, atque nunc, et exigit eos ostendens, quia non illis fecerunt, sed Deo, quod ostendistis inquit, et non dixit in sanctos, sed in Deum hoc enim

ē in nomine eius; propt. nomen eius omnia fecistis; qui s. tanto Vrō Studio à Vobis; dilectioneque perfusus ē, n̄ Contemnat Umquā Vos, neque obliviscat.ʳ
et falsū ē, q. illi Hebræi erant in peccato mortali, qndo Hæc illis Scribebat Aplus; nā licet Antea peccaverant; iterū erant Iustificati per pœnitentiā; et ita iā erant in gratia, Ut tenent Chrisostomus; D. Thās, et Lira. et idē in re dicunt Glossa ordinaria, et interlinealis, qmvis ista Glossa indicent aliā 2ᵃ expositionē; in qua insinuare Videntʳ, q. tunc illi Hebræi erant in mortali peccato; et ita Glossa ordinaria dic. qᵃ de præsentī n̄ hēt Apostolus, Ūᵉ ipsos laudet de Spe futurorū Attolit; quā tn̄ merito omisit D. Thās, quia Contradicit textui, nā Apostolus de præsentī Laudat Hæbreos; quia n̄ Solū ministraverant Sanctis, s. etiā de præsenti ministrabant; et ideo Tridentinū Sess. 6. capᵉ 16. ait: Hac igitʳ. ratione Iustificatis hominibus, Sive acceptā gratiā perpetuo conservaverint; Sive Amissā recuperaverint, proponenda Sᵗ. Apostoli Verba: abundate in omni opere bono; Scientes; q. labor Vester n̄ ē innanis in Dn̄o; n̄ enī iniustus ē Deus &ᵃ. n̄ Autē admoneret Concilium, q. prædicta Verba proponerentʳ Iustificatis, si ab Apostolo directa fuissent, n̄ ad Iustificatos, s. ad Hæbreos existentes in mortali peccato.

Ad 2ᵃ. Confiā Rx. qᵈ. D. Augᵘⁿᵘˢ illo tract. 51. in Ioannē clare docet nrā Sentᵃ. s. Vazquez, Ut aliqualē (sive per fas; Sive per nefas) probabilitatē conciliaret Suæ Sentᵃᵉ. Verba magni Parentis, truncat, et sensū in Contrariū detorquet, q. maxime in Scientificis detestamur, sic enī ibi ait Sanctus Doctor: Siquis mihi ministrat, me sequatʳ; quid ē me Sequatʳ, nisi me imitetʳ? quo fructu; qua mercede; quo præmio? et Ubi ego sum, inquit, illic, et Minister meus erit; gratis Ametʳ. Ut operis, quo ministratʳ. illi præmium sit, ēē cū illo. Ubi ad meritū requirit, q. Christus gratis Ametʳ, q. autē gratis amare Christū sit Actus charitatis, negare n̄ pōt, nisi Iudæus, negans Xp̄ūm ēē Deū

et Proximu nostru; et coenter S.tus D.or expresse requirit ad meritu; Actu charitatis; Postea inquirit, quid sit ministrare Christo, cui tanqu praemiu promittitur: an scilicet, sit ea, quae sunt Corpori necessaria praeparare, ut Martha, et Magdalena, et Lazarus Christo ministrarunt? et Respondet non esse ita intelligendu, quia hoc modo etiam Judas Iscariotes ministravit Christo; quem reprobatum potius, quam honoratum Videmus, et subdit: Ut quid ergo alibi quaerimus, quid sit Ministrare Christo, et non potius in ipsis, ipsius Verbis agnoscimus; cum enim dicit: Siquis mihi ministrat, me sequatur. hoc intelligi Voluit, ac si diceret: Siquis me non sequitur, non mihi ministrat; ministrant ergo Jesu Christo, qui non sua quaerunt, sed quae Jesu Christi; hoc est enim, me sequatur; Vias Ambulet meas, non suas; debet enim, si porrigit, esurienti panem de Misericordia facere, non de Jactantia, non aliud ibi quaerere, quam opus bonum; nesciente Sinistra, quid faciat dextera, idest, Ut alienetur intentio Cupiditatis ab opere charitatis, qui sic ministrat, Christo ministrat; rectèque illi dicetur: cum Uni ex minimis meis fecisti, mihi fecisti.

Haec sunt integra Verba D. Augustini ex quibus Vazquez abstulit illa: ministrant ergo Christo; qui non sua quaerunt, sed quae Jesu Christi — Quae Verba significant Actum charitatis, quo aliquis plus diligit Christum, quam seipsum: Unde de charitate dicitur 1a Corinth. 13. quod non quaerit, quae sua sunt; ut e converso de operantibus ex Amore Concupiscentiae dicitur ad Philip. 2 omnes, quae sua sunt quaerunt, non quae Jesu Christi. et ita ad Meritum ministrandi Christo, requirit D. Augustinus Actum charitatis; Quem etiam explicat illis Verbis: Vias ambulat meas, non suas idest facit Voluntatem meam, non suam — et expressius illis Verbis: Ut alienetur intentio Cupiditatis ab opere charitatis —. Ubi clare loquitur de eleemosina proveniente à charitate proprie sumpta; nam D. Augustinus loquitur de charitate, qua Justus diligit Christum; et qua non quaerit, quae sua sunt, sed quae Jesu Christi; qua ambulat Vias

Christi, si suas; et hæc è vera charitas theologica - in illis Aug. verbis: non aliud ibi quærere, quàm opus bonum - nomine operis boni, si intelligit solum bonum opus morale; nulla prava circumstantia vitiatum; sed etiam opus ordinatum per charitatem ad ultimum finem; nam ut diximus ex D. Augustino et ex aliis Patribus, solum illud dicitur bonum opus, theologice loquendo, quod procedit ex imperio charitatis: Unde post relata verba immediate subdit D. Augustinus: hæc omnia ea, quæ ad misericordiam pertinent corporalem, sed omnia bona opera propter Christum faciens (tunc enim erunt bona, quoniam finis legis christus ad justitiam omni credenti) ministrat è christo usque ad illud opus magnæ charitatis, quod è animam suam pro fratribus ponere. Ubi nomine operis intelligit opus factum propter christum.

Nec maiori fide refert Vazquez verba D. Augustini quæ 2º loco adducit; è quibus abstulit hæc verba, immediate sequentia: nomen docuimus quærentibus, quibus potuimus prædicando, ut unusquisque etiam Paterfamilias hoc nomine se agnoscat, paternum affectum suæ familiæ debere pro christo, et pro vita æterna suos omnes admoneat, doceat, hortetur, corripiat, impendat, benevolentiam, exerceat disciplinam; ita in domo sua ecclesiasticum, et quodammodo episcopale implebit officium, ministrans christo, ut in æternum sit cum illo - Ubi clare docet: quod Paterfamilias debet nomine christi, pro christo, et pro vita æterna efficere prædicta opera, ut in æternum sit cum christo, quod pertinet ad charitatem: Unde impudentissime Vazquez truncavit verba D. Augustini et ad improprium sensum accommodavit.

Ad 3um Confirmationem Respondeo quòd Vazquez etiam truncavit verba D. Bernardi; nam integra sunt hæc: ipsa (scilicet merita) sunt jejunia nostra, vigiliæ, continentia, operaque misericordiæ, cæteraque virtutum exercitia; per quæ utique constat, interiorem hominem nostrum renovari de die in diem, dum et intentio, terrenis incurvata curis, de imis paulatim

ad

Ad Superna resurgit; et Affectio circa Carnis desideria Languens, senuim in Amorem Spiritus Convalescit -- intentio autem de imis ad Superna resurgens; et Affectio in Amorem Spiritus Convalescens, est Amor; et dilectio charitatis, quam B. Bernardus requirit ad rationem meriti, et sufficiebat, quod Sanctus Loquatur cooperante de praedictis operibus, quatenus sunt Virtutum exercitia, neque ad quaestionem Sancto: Patri non datur exercitium Virtutis absque influxu charitatis, et ita in Verbis Adductis à Vazquez, implicite includit charitatis imperium.

Sexto Arguit Sexo Authoritatibus Concilii Tridentini, desumptis ex Sess. 6. cap. 10. et 16. et Can. 32. et Sess. 14. cap. 8. in quibus locis exacte Concilium declarat, Conditiones requisitas ad meritum, et nullam mentionem facit relationis fidei, aut Virtualis charitatis; sed solum requirit ad meritum quod sit opus bonum, factum per gratiam christi ab Sorte suscitato.

Nec obstat, quod cap. 16 dicat Concilium; quod merita debent esse Opera bona, quae in Deo sunt facta, id est in Amore Dei, vel propter Deum.

Neque Contra est, quia illa Verba; quae in Deo sunt facta solum significant bona opera esse facta in Virtute, et gratia Dei, sicut Psalm. 17 dicitur: in te eripiar à tentatione, in Deo meo transgrediar murum; id est in Virtute Dei et Joannis 3. Qui autem facit Veritatem, Veniat ad Lucem, Ut manifestentur Opera eius, quia in Deo facta sunt. id est, Quia Auxilio, et Virtute Dei facta sunt.

Respondetur. Haec testimonia Concilii, solum deserviunt ad replendum Librum; et procedunt contra ipsum Vazquez, Ut bene ponderat Montezinos, quod Patres Concilii Tridentini, non Loquuntur Ut Philosophi, sed Ut Theologi, et Theologice Loquendo non dicitur opus bonum, nec opus Virtutis, quod non est ordinatum per charitatem

ad Ultimum finem Supernaturalem: in qualibet enim Scientia, aut facultate fit Iudi-
tium; et sermo de rebus per propias causas, quas considerat, et praecipue per
causam finalem, ut autem docet D. Thomas q. 14 de Verit. art 3. et 5. et 6 ad
5. Philosophus moralis considerat pro suo proprio fine actum Humanum, rationi Consonum,
et nulla Vitiata circunstantia, et hunc Apelat actum, et opus bonum, et actum, vel
exercitium Virtutis; et hoc modo loquens D. Augustinus et alij Patres concedunt
in infidelibus, et peccatoribus aliqua bona opera, et actus Virtutis; Theo-
logus vero considerat ultimum finem supernaturalis Beatitudinis, unde solum illum actum,
bonum appelat, et opus Virtutis, qui est meritorius, et Valens ad Vitam Aeternam;
Caeteros vero actus dicunt non esse bonos, nec actus Virtutis, et ita communiter loquuntur
Sancti Patres, et Theologi Scholastici cum Mag. in 2.° dist 38. nec hanc dis-
tinctionem modi loquendi Philosophice, vel Theologice ignorarunt Vazquez,
et Suarez, qui Vim faciunt in Verbis Concilij, nam ipsa Vide Vazquez
1. 2.ª disp. 88. n.° 4. et Suarez Lib. 1. de gratia cap. 7. n.° 19. et cap. 5.
n. 3. quam distinctionem adducunt ex Dno Caiet. cum tamen sit expressa D. Thomae
locis citatis. Cum ergo Concilium Tridentinum non fuerit Congregatio Philosophorum, sed Theolo-
gorum, more Theologico loquuntur. et ut Sess. 6. cap. 10 dicunt quod Iustificati
euntes de Virtute in Virtutem renovantur de die in diem, et magis Iusti-
ficantur. Loquuntur de Virtute facta per Imperium charitatis. et dum cap. 16.
et Can. 32 ad meritum requirunt bona opera facta ex gratia Christi,
loquuntur de bonis operibus factis, et perfectis per Imperium charitatis;
et idem significant bona opera, ac opera, quae in Deo sunt facta, illa
enim particula in non solum significat habitudinem causae efficientis, et quod bona
opera sint facta in auxilio, et Virtute Dei, sed etiam denotat habitudinem

causae

Caũa finalis, Ut notat D. Thõs ad Rom. 11. Lect.e 5. explicans illa Verba: quo:
niã ex ipso; et per ipsũ; et in ipso Sũt oĩa. — et in hoc Sensu, opera in Deo facta; i.e.
opera ex Amore Dei; l. propt.r Deũ facta: Ue Concilium eodẽ Cap. 16 ait: Iustifi:
catis ẽẽ proponenda illa Verba Apostoli ad Heb. 6. n̄ enim injustus ẽ Deus
Ut obliviscat.r operis Vestri, et dilectionis; quã ostendistis in nomine ipsius; nã Ut
diximus ad 1.a Confirm. praecedentis Argum.o ex D. Chrysostomo; illa Verba in nomine
ipsius, idẽ significant, ac propt.r nomen eius Ubi denotat habitudinẽ caũae finalis;
et ibi etiã Adducit Concilium illud Apli 2.a ad Thimot. 4 reposita ẽ mihi Coro.
na Iustitiae &c. n̄ solũ Autẽ mihi; Sed et iis qui diligunt Adventũ eius. dilige:
re Autẽ adventũ christi, actus ẽ Charitatis; Ut ait D. Thõs 2.a ad Thimot.
4. Lect.e 2. — et hac Verba Apostoli ait Concilium proponenda ẽẽ, bene
operantibus usque in finẽ; id ẽ operantibus n̄ solũ bona; S. etiã bene, et
recte, qui modus provenit ex imperio charitatis, Ut ait D. Aug.nus de gra:
tia, et libero Arbitrio cap. 18. V.e apud intelligentes nõs Theologiae satis
expressit Concilium, nẽcessarium ẽẽ Imperium charitatis ad Actũ meritorium Vitae
Aeternae, in locis citatis ab ipso Vazquez.

In Sess.e autẽ 14. Cap.e 8. agit Concilium de satis
factione, quae ẽ pars poenitentiae, et solũ Ait: q.d dũ Satisfaciendo patimur
pro peccatis Christo Iesu; qui pro peccatis nostris Satisfecit, ex quo omnis
nr̃a sufficientia ẽ; Conformes efficimur, certissimã inde arrhã habentes q.d si com:
patimur; et conglorificamur. — Ex quibus Verbis infertur; q.d opus Satisfactionis
n̄ indiget imperio charitatis, ẽ Velle educere oleũ de saxo durissimo; nãq
oppositũ sequit.r cũ enim christus pro nobis satisfecerit ex amore, et Imperio
Charitatis; Ut nos satisfaciendo pro peccatis nostris; Christo pro nobis sati

Satisfacienti, Conformes efficiamur; etiam debemus Satisfacere ex Amore; et Imperio charitatis: Vnde postea ait Concilium: in quo (scilicet christo) Vivimus in quo meremur, in quo Satisfacimus, facientes fructus dignos pænitentiæ; qui ex illo Vim habent, ab illo offeruntur Patri, et per illum acceptantur à Patre. Vivere autem in Christo est Se movere ad Vitam æternam; fide per dilectionem operante; quæ est fides Viva; Ut Supradictum est; et sic Vivendo in christo meremur, et satisfacimus; facientes fructus dignos pænitentiæ; nam Ut ait D. Aug. nullus est fructus bonus; qui de radice charitatis non surgit. Vnde intelligentibus nobis, Sacrum explicat Concilium, etiam ad Satisfactionem requiri imperium charitatis; Ut docet D. Thomas in 4.° dist. 15. q. 1. art. 1. quæstiuncula 1. et quæstiuncula 2 ad 1.um et art 3. quæstiuncula 1. in Corpore, et ad 2.um et quæstiuncula 2.a et 4. – et ratio D. Thomæ est; quia Satisfactio est quædam injuriæ illatæ reparatio; aut recompensatio; injuria autem facta Deo per mortale peccatum non Solum opponitur Æqualitati Justitiæ; Sed etiam æqualitati, et debito charitatis, nam injuria est Contemptus Dei; Consistens in eo quod peccans mortaliter ponit ultimum finem in Creatura, et affective tollit à Deo rationem ultimi finis; Sub qua ratione est obiectum charitatis; et ita in Suo Affectu præponit Creaturam Creatori; Ut ait D. Thomas q. 28 de Verit. art. 2 ad Satisfactionem; et reparationem Suæ injuriæ requiritur, quod peccator reparet, non Solum æqualitatem Justitiæ per actum pænitentiæ; Sed etiam debitum et æqualitatem charitatis per Amorem Dei; quo restituat Deo in Suo affectu, rationem ultimi finis, quam ab ipso abstulerat per peccatum: Vnde absque actu amoris Dei Super omnia non datur Satisfactio pro peccato mortali; et ita omnis actus Satisfactorius est etiam meritorius, et ideo ait D. Thomas in 4.° dist. 47. q. 2 art 4. quæstiuncula 3 ad 3.um ait. quod pæna illa, quam Animæ in purgatorio sustinent, non potest proprie dici satisfactio, quia satisfactio opus meritorium requirit, Sed largo modo dicitur Satisfactio, pænæ debitæ solutio.

Vim

Verum est q.d Lorca, Martinez, Gonet, et alij ad-
mitto; et n. Concesso, q. ad Satisfactionem n. requiratur imperium, l. ordinatio charita-
tis, dicunt: necessarium esse ad meritum, quia ad meritum requiritur q.d fiat in gratiam,
l. obsequium praemiantis ex intentione ipsius merentis, q.d fieri n. pot. absque
imperio charitatis. Satisfactio autem solum requirit debita, aut paena solu-
tionem ad aequalitatem Justitiae; et Ut ait D. Thom. 2. 2.ae q.e 57. art. 1. Justum dicitur
aliquid, quasi habens rectitudinem Justitiae, ad quod terminatur actio Justitiae, etiam
n. Considerato qualiter ab Agente fiat. et ita solvens debitam paenam pro pecca-
tis, satisfacit Deo, etiamsi satisfactio n. fiat à satisfaciente, ex motivo,
aut fine charitatis; quod sufficit ad redendam disparitatem.

Septimo Arguit Vazquez quia ex nostra Sent.a Sequitur
1.o q. in Actibus aliorum Virtutum tota ratio ad merendum sit actus charitatis,
et Actus aliorum Virtutum ratione propriae bonitatis, nihil de Vita aeterna mererentur,
q. e absurdum: g.

2.o Sequeretur q. in Hoie Justificato innumera esset bonorum operum multitudo sine
merito Vitae aeternae; cum dentur plures Actus fidei, Spei, et aliorum Virtutum naturalium,
et Supernaturalium, absque imperio charitatis.

3.o Sequeretur q. in Hoie Justificato daretur Actus neuter, seu indiferens, qui nec
esset meritorius, nec demeritorius, scilicet actus bonus, nulla Vitiatus circumstan-
tia, nec imperatus à charitate; quem tamen actum neutrum negat D. Thom. q.e 2. de malo
Art. 5. ad 7.m — et in 2.o dist.e 40 quaest. 1. art. 5 et similiter negat Serra hic dub. 2.

Nec Valet dicere: q.d per 1.m actum charitatis, et Conversio-
nis elicitum, in 1.o instanti Justificationis, l. Usus rationis, caeteri actus ordinantur ad
finem charitatis, et redduntur meritorij; et ita in Justificato n. datur Actus bonus, qui
n. sit meritorius; et consequenter n. datur Actus neuter, seu indiferens.

Nq Contra e; q^d. contingere pot; q^d. Peccator Iustificet^r per Sacramentu poenitentiae, aut Baptismi cu sola attritione absque charitatis, et contritionis actu; et postea plura bona opera exerceat, n ordinata, l. impe-rata a charitate, et coent^r talia opera nec erunt meritoria, nec demeritoria; s^t. indifferentia ad meritu; l. demeritu.

R. Ad 1^u. q^d. int^r. Theologos aliqui dicunt: totam rone merendi praemiu Vitae aeternae ee charitate — alij v^o. dicunt: solu ee conditione requi-situ ad meritu; de quo dicendu e dubio sequenti — et cu Vazquez in omnibus Actibus, imperatis a charitate, dicat: solu ee bonitate morale charitatis, quia in actu imperato solu recognoscit bonitate morale actus imperantis; coenter dicere tenet^r; q^d. in actibus imperatis a charitate, tota ratio formalis merendi est charitas, et cu in Christo Dno, et B^ma Virgine, et in alijs Iustis eximiae sancti-tatis; omnes actus meritorij, aut fere omnes fuerint imperati a charit^e. in huiusmodi operibus tota ratio merendi fuit charitas; et q^d. in ipsis invenit^r. dicemus dubio sequenti reperiri in actibus meritorijs cuiusvis hominis Ius-tificati.

Ad 2^u. R. quod sive sint plures, sive pauci, actus boni in hoie Iustificato; si n fiunt ex imperio charitatis n ss. meritorij Vitae aeternae; an v^o. sint plures, l. pauci, l. nullus; alia quaestio e; et in nra sent^a. pauci, aut nulli ss; cu ad meritu sufficiat ordinatio charitatis habitae in prio Iustificationis; l. usus rationis — et Montezinos, Bañez, Serra, Gonet, et magis com^r. Thoae merito existimant, nullu dari actu supnatale Virtutis moralis infusae, absque ordinatione, et imperio charitatis, q^a. ut docet D. Thas 1. 2^ae q^e. 65 art. 2. omnes Virtutes morales infusae ss. connexae cu charitate, et ipsa supponunt, et coent^r. actus talis Virtutis, etiā supponunt actu charitatis — Hy etiā quia ista Virtutes solu ordinant^r. ad actus compiere, et perfecte bonos in ordine supnali, et solu actus per charitate ordinati,

Sunt boni simpliciter, et complete, ut ait D. Thomas 2. 2ae q. 23 art. 7.
Tum etiam quia actus istarum virtutum regulantur per judicium prudentiae infusae, quae supponit charitatem, qua solo est bene dispositus, et inclinatus ad ultimum finem; alias non recte judicabit de convenientia mediorum in ordine ad finem charitatis; quia qualis unusquisque est, talis sibi finis videtur. — Vel etiam actus prudentiae infusae, etiam dependent ab actu charitatis, quo solo est bene affectus in ordine ad ultimum finem supernaturalem; nam habitus non dependent ab invicem, nisi propter dependentiam suorum actuum.

Tum etiam quia actus istarum virtutum procedunt radicaliter a gratia, et nullus actus perfectus procedit a gratia, nisi medio actu charitatis. Sicut enim in ordine naturali nullus actus moralis procedit ab anima rationali, nisi medio amore, et appetitu ultimi finis naturalis, qui est beatitudo in communi, qua ratione docet D. Thomas 1. 2 q. 1. art. 6. quod omnia, quae vult solo, vult propter ultimum finem; ita nullus actus supernaturalis moraliter procedit a gratia sanctificante, nisi medio amore ultimi finis supernaturalis, et sic gratia omnia operatur propter Deum summe dilectum, et ideo dixit D. Thomas q. 14 de Veritate art. 5. ad 13. quod gratia non habet ordinem ad actum, nisi charitate mediante.

Nec obstat, quod plures actus supernaturales circa materiam virtutum infusarum, et moralium dantur in peccatoribus; quia in peccatoribus tales actus non fiunt bene, nec modo perfecto, et completo, nec regulantur per judicium prudentiae infusae, quia nec prudentia, nec alia virtus moralis infusa inveniuntur in peccatoribus; sed tales actus procedunt ex auxilio supernaturali transeunti; nec tales actus procedunt a gratia, et ita non currit paritas, qua convincuntur Moderni Theologi. —

Ad 3um inconveniens Respondetur nullum esse inconveniens dari in justificato actum neutrum; qui nec sit meritorius vitae aeternae, nec

Demeritorium; si pôt dari actus bonus n̄ supponens actũ charitatis; S. D. Thõs locis citatis existimavit, n̄ dari talẽ actũ; q. omnes actus boni in Justificato, supponunt actũ charitatis ipsos ordinantẽ ad ultĩ finẽ; et ita Serra volens defendere n̄ dari talẽ actũ neutrũ; et simul concedens; dari in Justificato per Sacramentũ cũ attritione actũ bonũ ā charitate n̄ imperatũ; recessit á viá D. Thõe, et à veritate, et melius diceret: q. D. Thõs 1.ª 2.ᵃᵉ q. 18 art. 2. agens de actu indifferenti, l. neutro, solũ negavit actũ indifferentẽ intr. bonũ, et malũ, n̄ v.º actũ indifferentẽ intr. meritorĩũ, et demeritoriũ, quẽ negaverat ẽẽ aliorũ Sent.ª in Sententiariis, et Disputantĩs.

S. nẽcariũ non ẽ; recurrere ad retractationẽ D. Thõe, S. in casu; quo Peccator cũ sola attritione accedit ad Sacramentũ; Sentit D. Thõs, q. in ipsa receptione Sacramenti, sóó elicit actũ charitatis, et contritionis, et sic per Sacramentũ fit ẽẽ attritus contritus, n̄ solũ in habitu; quia per Sacramentũ recipit cũ gratiá habitũ charitatis, et pœnitentiæ, S. etiã in actu; q.ª Sét actũ charitatis, et contritionis.

Quod dupliciter pôt intelligi; 1.º quia per ipsũ Sacramentũ Deus tribuit pœnitenti in instanti absolutionis auxiliũ efficax ad eliciendũ actũ contritionis, l. ad ipsũ perfectius eliciendũ; et talis actus contritionis ẽ quodãmõ causa gratiæ, et remissionis peccatorũ, et consequenter ẽ res; et Sacramentũ simul in Sacramento pœnitentiæ, quiá causatur, et significatur per Sacramentũ mẽ; et simul causat, et significat rẽ Sacramenti; et ita docet D. Thõs 3 p.ᵉ q.ᵉ 84 art. 1. ad 3.ᵘ et ibi Cayet.ⁿᵘˢ, et Nuño, Baptismus etiã tribuit attrito auxiliũ efficax ad eliciendũ actũ contritionis, quãvis in Baptismo contritio n̄ sit res; et

Sacram.

Sacramentum simul; et ita per Sacramentum Baptismi, et pœnitentiæ hoc ex Attrito fit Contritus non solum in habitu, sed etiam in actu, hoc tamen intelligendum est, per se; quando recipiens Sacramentum non habet impedimentum; si enim cum recipit Sacramentum non habet usum rationis, vel est naturaliter ad alia distractus; tunc vi Sacramenti dabitur auxilium efficax ad eliciendum actum Contritionis, cum redierit ad cor, et recuperaverit usum rationis.

2.º Potest intelligi quod tale auxilium ad actum charitatis, et contritionis non detur solum per Sacramentum; sed in instanti Sacramenti datur à solo Deo ad exigentiam gratiæ, et charitatis; et prævia dispositionis, recipientis Sacramentum; cum enim Attritio includat propositum novæ, et melioris Vitæ; et observantiæ Mandatorum Dei, Ut ait Trident. Sess.º 14 cap.º 4. et Can.º 5. et nova dicta Vita consistat in dilectione Dei, quæ est Legis plenitudo, Attritus accedens ad Sacramentum habet propositum, et intentionem diligendi Deum super omnia; et ita eo ipso, quod recipiat Gratiam, et charitatem per Sacramentum; qua potest Deum diligere, statim prorumpit in Verum Dei dilectionem, et Contritionem; si non adsit impedimentum; maxime, cum per charitatem non solum accipiat hoc potestatem, sed etiam maximam inclinationem ad Deum diligendum, ait enim D. Thom. 2. 2.æ q.º 23. art. 2. quod nulla Virtus habet tantam inclinationem ad suum actum; sicut charitas; nec aliqua ita delectabiliter operatur. — et ideo ait D. Thom. in hoc Art. ad 2.um cum D. Gregorio quod charitas magna operatur, si est, et non potest esse otiosa. — Unde in instanti, in quo Attritus recipit Gratiam, et charitatem per Sacramentum; statim elicit actum charitatis, et si adsit impedimentum, ipso ablato, statim prorumpit in actum charitatis.

Quod amplius potest declarari ex intentione, qua Deus Peccatori Attrito tribuit Gratiam, et charitatem per Sacramentum, nam adhoc tribuit illi Gratiam, et charitatem, Ut amet ipsum Deum, et cum adhoc sit necessarium prædictum auxilium efficax, statim ipsum tribuit; ait enim D. Thom. 3. contra gentes cap. 156.

Gratia gratum faciens ē in Soie diu̅ae dilectionis effectus; proprius autem divinæ dilectionis effectus in Soiē ēē videtur; q̄d Deum diligat; hoc enim ē proprium eo intentione diligentis, ut ā dilecto redametur. adhoc enim præcipua studium diligentis tendit, ut ad sui Amorem dilectum attrahat; et nisi hoc accedat, opportet dilectionem dissolvi: igitur eo gratia gratum faciente hoc in hoie consequitur, q̄d Deum diligat, et consentitur statim, ac hoō attritus recipit gratiam Baptismi, l. pænitentiæ, in eodem instanti convertatur ad Deum per actum charitatis, si n̄ adsit impedimentum: V.e valde probabile ē, q̄d ultā dispositio ad recipiendam gratiam sacramentalem perse ē actus charitatis, et contritionis, licet per accidens in hoie impedito sufficiat actus attritionis, et similiter sufficiat attritio antea ad accedendum ad sacramentum – nam Tridentinum sess. 6. cap. 5. universaliter asserit: q̄d peccatores disponuntur ad Iustificationem, convertendo se ad suam ipsorum Iustitiam, et subdit: neque tamen sine gratia Dei movere se ad Iustitiam coram illo, libera sua voluntate possunt: V.e in sacris literis, cum dicitur: Convertimini ad me, et ego convertar ad vos libertatis nostræ admonemur; cum respondemus; Converte nos Dne ad te, et convertemur; Dei nos gratia præveniri confitemur. – ubi conversionem peccatoris ad Deum; quæ fit per actum charitatis, requirit concilium tanquam dispositionem ad Iustificationem peccatoris –

Et D. Thās supra q. 113 art 4. ad 1. – et 3 p. q. 86. art 6. universaliter requirit ad Iustificationem actum fidei formatum per charitatem. et Cayetanus 1 2 q. 113 art 3. et 3 p. q. 34. art 3. et q. 79. art 1. asserit: q̄d dum peccator habens usum rationis baptizatur, vel absolvitur, aut recipit aliud sacramentum debet habere actualem conversionem ad Deum per actum charitatis, et actualem devotionem; alias non consequitur gratiam sacramenti – quod habet magnum fundamentum in

D. Thā

D. Thó. 1. 2ª. quaest. 113. art. 7. et 8. et quaest. 28 de Verit.
Art. 3. in Corpore – et ad 9ᵘᵐ – et 10 – et Art. 4 ad 1ᵘᵐ et 9ᵘᵐ.

Hanc Sent. durg. et rigidg Iudicant Soto, et Medina; quos sequunt. Cabrera, Nuño, et Gregorius Martinez; S. durida Soly consistit, in eo quod existimat Cayetanus, Soiē mentis compotg, etiāsi antecedenter accedat dispositiq ad recipiendy Sacramenty, si tn ipsa actuali Susceptione Sacramenti nāalit diuertat ad alia cogitanda, et n habeat actualg deuotiong, et dilectiong Dei, n recipere grang Sacramenti; quia D. Thōg q. 28 de Veritate Art. 3 ait: Respondeo dicendy; q. nullus habens Vsy liberi Arbitrij pōt Iustificari absque Vsu liberi arbitrij, qui sit in ipso instanti sua Iustificationis – et 1. 2ª. q. 113 Art 3 ait: q. in eo, qui hēt Vsuy liberi Arbitrij n fit motio ā Deo ad Iustitiā, absque motu liberi Arbitrij; S. ita infundit dony gratia Iustificantis, q. etiā simul cy hoc mouet liberuy arbitriy ad dony gratia acceptandy, in ijs, qui sunt huius motionis capaces.
Sicut tn Authoritates n cogunt ad sequendy rigorg Caiet. q. nāaliter distractus, recipiens Sacramenty, qmuis habeat Vsy liberi Arbitrij in ordine ad alias mater, quas tunc considerat, n tn pōt habere Vsy liberi Arbitrij circa dispositiong requisitg ad recipiendy Sacramenty à cuius consideratione nāalit. dimouetur, ng absque cognitione, et consideratione alicuius mtā, 1. obti nequit dari Vsus liberi Arbitrij circa illud. V. D. ª mentg D. Thōe idg dicendy ē de nāalit distracto, ac de priuato simplicit. Vsu rōis, postquā enīy reuersus fuerit ad consideratioēg Sacramenti recepti, et ad nouā Vitā, quā incipit recipere auxilium efficax, Vt ad Deū conuertatur per Actū charitatis.

Et Dª. hanc Sententiā, dixit D. Thōas: q. in Soiē Iustificato per Actū liberi Arbitrij, modo adultorū; siue per Sacramentū

Sive ex opere operantis, non potest dari actus indifferens inter meritum et demeritum; quia in homine sic Iustificato, semper praecedit actus charitatis; si 2º Parvulus sit Iustificatus per Baptismum, et perveniens ad usum rationis, se ad Deum per charitatem convertat; 1us actus fidei, quo regulatur 1us actus charitatis, nec est meritorius, nec demeritorius; quia non est actus perfectus ab operante ordinatus ad finem charitatis Ut ait D. Thomas quaest. 14 de Verit. art 5. ad 7um – et hic ad 3um.

Argumenta Alterius Sent. Proponuntur.

Hucusque Proposuimus Argumenta, quibus Pater Varzquez innititur ad defendendam Sententiam oppositam D. Thomae; Consideret pius, et Catholicus Lector, An Lutherus, vel Calvinus impudentius posuerit Abusum Verbis Sanctorum Patrum, quam fecerit Varzquez, Ut sic Cognoscat an Sequens fuerit Authoritatem, imo Veritatem eorum, qui Velut Anchora firma fortiter tenent naviculam Petri, quotidie fluctuantem inter tot errorum procellas, numquam tamen Labefactatam, et quomodo Voluerit Conquassare firmissimam ecclesiae Columnam, Magnum Parentem D. Augustinum et similiter intuebitur, quam insane operaverit, cum Voluerit Sanctos Patres Sequi suum erroneum dictamen; cum ipse potius debuerit Amplecti, (Licet nolens) Verum Sanctorum Patrum Sensum; et ex hoc inferat Catholicus Lector, an fuerit Vir doctus, pius, Veritatis amator, et Studiosus; Qualis debere esse Doctor Catholicus.

Nunc autem Proponamus Argumenta Patris Suarez, qui 1º Arguit Cap. 9. Quia actus Supernaturales Virtutum infusarum sunt intrinsece boni bonitate Supernaturali, et procedunt a Deo Authore Supernaturali, medio auxilio gratiae per Christum: ergo illi actus per se, et intrinseca natura sua tendunt in Deum finem supernaturalem ergo

incluy.

~~Nullus aliqua relationes ibi dicta~~ Nullus aliqua relationes requirunt, ut sint meritorii de condigno in persona grata. Constat solum probatur, quia alteram relationem sine fundamento postulatur; quia nec requiritur ex divina ordinatione, neque ex natura rei ostendi potest necessaria.

Et si dicas: illius relationis intrinsecum actui est connaturalis ex parte operantis; et ideo, non sine causa postulari aliquam relationem, quae sit moralis per actum liberum operantis.

Contra est; quia licet illa relatio sit connaturalis actui; tamen quia ipse actus moralis est vel operantis; ideo ergo illa relatio est moralis; et libere facta ab operante; non quidem libertate distincta ab illa; qua fit actus; sed eadem; nam eo ipso quod libere vult operari actum; qui natura sua tendit in Deum supernaturalem finem, vult ergo operari propter illum finem.

Confirmatur 1°. Quia isti actus a se sunt media proportionata ad tendendum in illum finem: sed ergo ex se sunt sufficientes proportionis ad illius meritum: sed ex natura sua aliquam relationem, nequam simpliciter necessariam non requirunt.

Confirmatur 2°. Quia si homo consideraretur in statu purae naturae, actus naturales virtutum moralium essent media satis proportionata ad naturalem beatitudinem consequendam; et in suo ordine essent illa digni: sed idem cum proportione dicendum est de actibus bonis supernaturalibus cuiuscumque virtutis, sive speciei sint.

Confirmatur 3°. Inductione, quia actus fidei; spei; obedientiae supernaturalis, religionis, poenitentiae, et aliarum virtutum infusarum sunt meritorii in homine iustificato, etiamsi non imperentur a charitate: sed —

Respondeo concedendo 1um consequens, et negando 2um. Quae solum probatur ex ignorantia fundamentorum, quibus ostendimus, necessarium esse imperium, et ordinationem charitatis, tum ex divina ordinatione, nobis revelata in Sacra Scriptura, ut explicata a Sanctis Patribus; quam ex ratione

Theologica – V.º Admissa solutione data in r. Arguendi – Ad Regcas Rx q.d illa relacio ad ulti fing supernalz, Virtualr. inclusa in quolibet Actu Supernali e Voluntaria, et moralis, identica, seu mali, non Vº fiali. ex intencione operans, eliciens tale actu propr. Ulti fing supernaturalz; q.d requirebat, ut operans mereret. Vitz Aeternz, ng hoc pra= mii n dat. merito, s.º meranti; eo quod bene, et laudabilr. operari e in obsequii Praemiantis, q.d n fit absque imperio charitatis.

Ad 1.º Config Rx q.d ibi actu ss. media proporcionata in Actu 1.º, ut ab operante, et intendente possint ordinari ad Ulti finez Supernalz; de facto tn, et in Actu 2.º si n praecedat imperii Chari= tatis ab operante, n sic ordinant; et ita de facto n hent quidquid re= quirit. ad merii –

Ad 2.º Config Rx quod in pura nat Amor Beatitudinis nalis praecederet omnes actus honestos nales; et ita hoc eliceret oes actus honestos propr. tale fing, ut ait D. Thas 1. 2.ª q.e 1. art. 7. et idez nos dicimus de oibus actibus Supernalibus procedentibus ab hoie Justi= ficato, ng omnes supponunt Amorz ultimi finis supernalis, qui e obaj charitatis ——— Admissa tamen opposita Sent.ª e disparitas, quia Deus, ut Author nat n soly tribuit praemii operantibus in obsequium ipsius, s.º etig in obsequii boni Cois, totius Universi, et partis ipsius; et ad hunc fing conducunt omnes actus honesti, et ita Deus, ut Guberna= tor Universi, omnes actus honestos remuneravit, ut ait D. Thas 1. 2.ª q.e 21. Art. 4. – Deus Vº n remunerat praemio Vitae aeternae, q.d e praemii Amicorz, quomodolibet operantes bonz, etig supernale, s.º praecise ope= rantes, ut amici Dei, et ex amore ipsius; alias dicet Christus Dominus: Quaz mercedez habebitis? nonne, et peccatores hoc faciunt? Alijs Vº Bonis ope= ribus non procedentibus ex charitate, Deus, ut Gubernator Universi

tribuet

tribuat aliquod premium accidentale, vel in hac vita, vel in futura.

Ad 3.m Confirm. negatur inductio, quia vel omnes actus super-naturales in homine justificato fiunt ex imperio, l. ordinatione charitatis, vel si aliquis non fit, ut 1.us actus fidei non est meritorius vitae aeternae, ut ex D. Thoma dictum est; nec leviter sanctus D.r insinuat oppositum 2.a 2.ae q.e 2 art. 9. Unde necessarium non est referre eius verba.

Denique arguit Suarez cap. 10 n.o 21. q.a imperium charitatis, l. requiritur ad actus supernaturales, quia est simpliciter necessarium, ut homo possit operari ex motivo supernaturali; vel quia licet ad hoc non sit necessarium, est tamen necessarium, ut actus sit meritorius; S. neutrum horum dici potest; ergo tale imperium nullo modo requiritur. Min. pro 1.a parte probatur. Quia licet iustus non habuerit actum charitatis, potest per fidem cogitare de aliis motivis supernaturalibus, v.g. de redemptione suorum peccatorum, de excellentia premii, spei illius, et similibus; quae per se sufficiunt movere voluntatem, etiamsi ab altiori motivo bonitatis Dei, tunc non excitetur; neque per actum praesentem, neque per virtutem ab actu praeterito relictam; namque isto modo potest interdum operari fidelis in peccato existens, dando eleemosynam, propter aliquem finem supernaturalem; similiter intra ordinem naturae potest homo honeste operari, propter intrinsecam honestatem obiecti, quamvis Deum authorem naturae, numquam super omnia dilexerit. Sed etiam voluntas potest ex illis motivis supernaturalibus elicere actus supernaturales, et mediis illis imperare naturales, absque eo quod praecesserit amor Dei super omnia authoris supernaturalis in homine justificato.

Dices: esse necessarium, quod praecedat actus charitatis omnes alios actus ad Deum ordinans, ut homo possit esse justus, et consequenter ut caeteri actus possint esse hominis justificati.

S. Contra est; Quia isto modo confunditur conditio necessaria ex parte personae operantis, cum conditione requisita ex parte

actu meritorij; nam illa necessitas dilectionis Dei, siqua est, solum est, ut dispo:
nat hominem ad Justificationem: 2º. si hoc semel faciat ad meritum alterius actus,
in quem nullo modo moraliter influit, nihil conferre potest. –

2º. Rejicitur. Quia in rigore falsum est, quod sumitur; nam Infans
Baptizatus perveniens ad usum rationis non indiget tali actu Charitatis, ut Justi:
ficetur; nam ad illum statum Justus pervenit, et potest incipere operari per fidem; et
alias virtutes prius, quam per charitatem operetur. – Similiter Adultus Justi:
ficatus per Sacramentum cum sola attritione, potest ex imperio fidei dare Ele:
mosinam alteri fideli, vel Religioso, prius quam eliciat dilectionem Dei, imo
etiam extra Sacramentum, potest interdum homo Justificari per contritionem sine
formali actu charitatis, et ante illum potest dicto modo operari: ergo illa actus
Charitatis non est simpliciter necessarius, ut possit homo Justus efficere hoc
opera supernaturalia ex fine alio, aut motivo supernaturali, minus perfecto.

2a. 1º. pars minoris, quod scilicet, haec relatio charitatis
non sit necessaria propter meritum praecise, probatur – quia imprimis satis constat non esse
necessariam propter solam relationem obviam, et universalem provenientem ex 1º.
actu charitatis, quo homo Justificatus est, cum illa nihil morale addat
actui, qui postea fit, sine aliquo influxu illius – si enim 1a. relatio
Charitatis fuit ita universalis, et ita praecessit, ut nec memoria, nec
virtus aliqua eius relicta sit, nihil omnino influit in actum particularem,
qui nunc fit, sed illa homo perinde se habet in ordine ad praesentem Opera:
tionem, ac si praedictus actus charitatis non praecessisset, sed tantum habet chari:
tatem in habitu; quia ille praeteritus actus, solum in habitu manet, quem
fortasse auxit – Ut patet in exemplo Gentilis, nam etsi in illo prae:
cessisset similis relatio universalis omnium suorum operum ad Idola, si eo
tempore, quo fit operatio, talis relatio nullo modo habet ad illum, nec

per

Per sui memoriã; nec per suã Virtutẽ, relictã, n̄ reddit Actũ demerito:
riũ: ergo si solum habitus charitatis ad meritũ Actus n̄ sufficit, nec ergo suffi:
ciet illa relatio obtãlia universalis, habita per 1.ũ Actũ charitatis; imo
talis relatio nullo mõ erit nĩaria.

R.ᵒ Neg.ᵈᵒ min: pro utraque parte; et ad 1.ᵃᵐ pbã R.ᵒ qd.
Iustum n̄ pot prius cogitare de motibus supernãalibus creatis per fidẽ; quã
de ultimo fine; qd. ẽ obtũ 1.ũs fidei, et charitatis; et cũ in Iustificato ha:
bitus charitatis, maxime inclinet ad dilectionẽ Dei per fidẽ, 1.ᵒ proponitr.
Deus super omnia diligendus; quia unusquisque iudicat ẽẽ diligendũ
id; ad quod magis inclinatr, et ideo fides dirigit per se intentionẽ ultimi
finis; ut ait D. Aug.ⁿᵘˢ praefatione in Psalm. 31. – Prudentia v.ᵒ infusa
dirigit electionẽ, proponendo alia obtã supernãalia creata; quae st.
media ad finẽ charitatis, et ita in Iustificato nequit ẽẽ Actus Virtutis
moralis supernãalis, absque praevio Actu charitatis – de Peccatore
v.ᵒ ẽ dispar ratio, cũ enĩ careat inclinatione gratiae, et charitatis;
quamuis per fidẽ 1.ᵒ cognat speculative Deũ ẽẽ super omnia diligendũ;
~~et Coentr in peccato permanens~~ n̄ tñ iudicat practice sic, et nunc ẽẽ
super omnia diligendũ; et coentr in peccato permanens pot elicere
Actus supnãales Religionis, et aliarũ Virtutũ proptr. motivũ super:
nãale creatũ, absque praevio Actu charitatis.

Solutio ergo data interr. Arguendũ bona ẽ, si recte
intelligatr. nã verũ ẽ, qd. actus charitatis requiritr, ut hõ iustificetr,
et ut actus supnãalis alterius Virtutis, sit proprius Iusti, ut Iustus
ẽ, adhoc tamen requiritr qd. Actus supnãalis n̄ solũ sit bonus, sed ergo
qd. bene fiat proptr. ultimũ finẽ charitatis, nã quod sit bonus praecise

Non sufficit, ut actus sit proprius Justi, cum possit etiam inveniri in Peccatore, et dicit Christus Dominus: Quam mercedem habebitis? nonne etiam Peccatores, et Publicani hoc faciunt? — Ve. 1a. Regula nullius e momenti, nam modus bene operandi e de conditionibus requisitis ad meritum ex parte actus, et non solum ex parte operantis — et similiter 2a. Regula nihil convincit, nam sit Puer Baptizatus perveniens ad usum rationis non indigeat actu charitatis ad 1m. Justificationem, ad 2m. tamen Justificationem, et ut bene operetur modo proprio hominis Justi, indiget actu charitatis; et si talis Puer non se converteret ad Deum in 1o. instanti usus rationis, mortaliter peccabit, et ideo non erit Justus, et idem supra diximus, de Justificato cum Attritione per Sacramentum, et negamus, quod possit dari vera Contritio absque praevio actu charitatis, cum enim sit dolor de peccatis propter Deum summe dilectum, essentialiter supponit Deum super omnia dilectum per charitatem, nisi identificentur actus charitatis, et contritionis, et ita eo ipso, quod requiratur Contritio ad meritum, requiritur etiam actus charitatis.

Ad probationem 2ae. partis minoris Rx. moraliter esse impossibile, hominem Justificatum per longum tempus permanere cum solo actu praeterito charitatis habito in primo Justificationis, vel usus rationis, cum enim charitas maxime inclinet in suum actum, dici non potest esse otiosa — hoc tamen admisso actus charitatis habitus in primo Justificationis sufficeret ad meritum, quia non solum ordinat obiecte, sed etiam subiecte omnes actus subsequentes honestos, cum eius virtus maneat in subiecto, donec amittatur per peccatum mortale, et ita ordinatio per istum 1m. actum charitatis, non e praecise habitualis, sed etiam virtualis — Duplex e enim habitualis ordinatio hominis ad ultimum finem supernaturalem, alia e habitualis ab extrinseco proveniens, quia Deus infundendo habitum gratiae, et charitatis ordinat Justificatum ad gloriam, ut contingit in parvulis

e hac

et hoc non sufficit ad meritum; quia nemo meretur per id, quod ab extrinseco habet, sed per id, quod ab intrinseco, et libere facit — Alia est ordinatio habitualis ab intrinseco proveniens; qua iustus per actum charitatis seipsum, et omnia sua ordinat ad ultimum finem supernaturalem; quae moraliter, et virtualiter permanet, donec retractetur per peccatum mortale; et hanc habitualem ordinationem sufficere ad meritum docet D. Thomas in 2º. dist. 40 — q. 1. art. 5. ad 3um — quia ubi explicat ad 6um hoc non est ordinatio quidem habitualis, sed etiam virtualis — et similiter loquitur ad Colossen. 3. lect. 3. in fine — et 1. 2ae q. 88. art. 1. ad 2um ubi si legissent D. Thomam Authores contrariae sententiae non nobis obiicerent haec D. Thomae testimonia —

Exemplum de idolatria non urget; tum quia ut dicunt contra Thomam 1. 2ae q. 4. art. 5. idolatria non ordinat omnes suos actus ad idolum; ut ad ultimum finem; sed potius respicit bonum proprium ut ultimum finem, quia amor proprius est radix idolatriae, et omnium peccatorum, ut docet D. Thomas 1. 2ae q. 77. art. 4 — tum quia hoc gratis admisso disparitas est ratio, quia actus boni non ordinantur ex se ad finem pravum; sed ad ultimum finem bonum, et ita contra propriam inclinationem; et quasi violenter ordinantur ad finem pravum; et consequenter maior impulsus pravae voluntatis requiritur ut actus boni ordinentur ad finem pravum; quam ut ordinentur ad finem charitatis, et ita ut actus ex se boni ordinentur ad finem pravum non sufficit ordinatio generalis, et antiqua facta ab idolatria; sed requiritur specialis, et moderna; si enim solum praecessit antiqua, et generalis ordinatio, actus ex se bonus praevalet contra illam ordinationem generalem, et antiquam; illamque retractat, non quidem simpliciter, sed quoad extensionem ad talem actum bonum — At in iustificato generalis ordinatio suorum actuum ad finem charitatis retractatur per peccatum veniale, non simpliciter, sed quoad ad

Extensionem ad illum actum. Quando enim postea Idolatra oblitus praeteritae ordinationis generalis suorum actuum ad finem pravum efficit actum bonum; vult ipsum efficere, x^a. non talis actus, et sui obiecti honesti; et ita retractat illam voluntatem generalem; qua contra non ordinavit omnia sua opera ad Idolum; et facit, quod talis ordinatio non extendatur ad talem actum esse bonum; hoc autem non invenitur in actibus bonis, elicitis ab homine Iustificato, et ita non currit paritas.

Dubium 2um

Utrum tota ratio formalis merendi Praemium essentiale sit Charitas?

Praemium essentiale dicitur Visio, Amor, et fruitio Dei; seu gaudium de Deo Viso; et intentio gratiae; et charitatis in Via dicitur praemium essentiale intermedium; quia ipsi correspondet maius praemium essentiale ultimum; Praemium vero accidentale dicitur gaudium Beatorum, de aliis obiectis Creatis, specialiter de actibus honestis, quos fecerunt in Via. Et hoc dividitur in praemium Accidentale ordinarium, et commune, et in speciale, et privilegiatum, quod dicitur Aureola, ad distinctionem gloriae essentialis, quae dicitur Aurea; nam ut definit D. Thomas in 4.° dist.e 49. q.e 5. art. 5. quaestiuncula 1. Aureola est privilegiatum praemium privilegiatae Victoriae Correspondens. Et ita datur Martyribus quia perfecte Vicerunt Mundum; et Virginibus, quia perfecte Vicerunt Carnem; et Doctoribus, quia perfecte Vicerunt Daemonem; ipsum expellendo, non solum a seipsis, sed etiam a suis Discipulis.

In Actibus autem Aliarum Virtutum a charitate imperatis

Duplex bonitas moralis reperit.r; Alia ex proprio obto, et fine intrinseco; et in Martirio invenit.r Bonitas fortitudinis; Alia v.o ex fine charitatis, q.a è finis operantis propt.r Deum; quæ etiam reperit.r in Martirio; q.d è actus elicitus fortitudinis, et imperatus à charitate; et certum è; q.d actus omnes virtutum à charitate imperati, qui sic SS. meritorii vitæ æternæ, et præmii essentialis — S.t difficultas è an ita actus mereant.r gloriam essentialem; præcise ratione bonitatis participatæ, et derivatæ à charitate; ita ut bonitas charitatis sit tota ratio merendi præmium essentiale; an v.o ita actus, etiam ratione propriæ bonitatis specificæ, desumptæ ex proprio obto, et fine intrinseco, mereant.r etiam præmium essentiale; ita ut bonitas, et ordinatio charitatis in ipsis reperta n̄ sit tota ratio formalis merendi; s.t solum conditio, ut actus aliarum virtutum ratione propriæ bonitatis; mereant.r etiam præmium essentiale, et superaddant ad meritum charitatis — v.e in hac quæst.e vanum è, consumere tempus in probando, q.d actus aliarum virtutum à charit.e imperati SS. meritorii vitæ æternæ; in hoc omnes fatemur, ut fide certum; et fide certum è; q.d etiam actus externi aliarum virtutum à charit.e imperati; SS. meritorii præmii essentialis vitæ æternæ; et in communi theologorum sent.a cum D. Thô 1. 2æ. q.e 20 art 4. asserit: q.d actus externus n̄ superaddit interno meritum præmii essentialis, ultra præmium actus interni; et quoad tota ratio formalis merendi præmium essentiale consistat in actu interno —

1.a Sent.a asserit: q.d ordinatio charitatis solum è conditio, ut actus aliarum virtutum sint meritorii præmii essentialis; ipsi v.o semel imperati à charitate; ratione suæ propriæ, et specificæ bonitatis; superaddunt novas rationes meriti n̄ præmii essentialis, ultra præmium correspondens charitati, et eius ordinationi: ita Mag. Victoria relect.e de augmento charitatis — ill.mus Alvarez disp.e 60 de auxiliis n.o 21 — Suarez, Lorca, Araujo, Serra, et alii —

2.a Sent.a Asserit. q.d actus Virtutum naalium n. merent.r præ-
mij essale rõe propriæ bonitatis; quia sic ē naalis; s.d gratiæ rõe fidei charita-
tis; actus V.o Virtutum infusarum, etiã ratione propriæ bonitatis supnaalis merent.r
præmium essale; ita Montezinos, et alij Antiquiores; qui explicare conant.r D. Thã.
dicentes: quisti loquitur de actibus Virtutum naalium, dum actibus aliarum Virtutum nega-
uit præmij essalis meritum; ratione propria bonitatis - s.d frustra laborant; quia D.
Thãs Universaliter loquit.r - et in 4.o dist.e 49. q.e 5. art. 1. et sequentibus clare
loquit.r de actibus Virtutum, quibus Virgines, Martires, et Doctores merent.r aureo-
las; qui actus s.t supernaales Virtutum infusarum.

3.a Sent.a ā nobis sustinenda Asserit. q.d actus aliarum Vir-
tutum solum merent.r præmium essale, ratione charitatis infusæ; et rõe propria boni-
tatis; solum ipsis correspondet præmium accidentale - ita D. Thãs 1. p.e q.e 95 art 4.
dicens: - Respondeo dicendum; q.d quãtitas meriti ex duobus pōt pensari; Uno
modo ex radice charitatis, et gratiæ; et talis quãtitas meriti respondet præ-
mio essali; quod consistit in Dei fruitione; qui enim ex maiori charitate aliq.d
facit, perfectius Deo fruit.r - Alio modo pensari pōt quãtitas meriti ex quantitate
operis; quæ quidem ē duplex, scilicet, absoluta, et proportionalis; Vidua enim quæ
misit duo æra minuta in gazophilatium; minus opus fecit, quantitate
absoluta; quam illi, qui magna munera posuerunt; s.d quãtitate proporcio-
nali, Vidua plus fecit s.m sent.a Dñi, quia magis eius facultatem supera-
bat; Utraque tñ quãtitas meriti respondet præmio accidentali, q.e ē gau-
dium de bono creato - idem ait in 3.o dist.e 30 art 5 ad 5.m - et in 4.o dist.e
49 q.e 1 art 4. quæstiunc.a 4. - et q.e 5 art. 1. et omnibus sequentibus - et q.e
26 de Verit.e art. 6 ad 8.m - et ad Rom. 8 Lect.e 5 - et 1.a Corinth. 3.
Lect.e 2 - idem tenet S. D.or Bonaventura in 2.o dist.e 40 articulo 2

q.

Quart. 3. S. Vincentius Ferrer Ser. 4 in Dnica Sexagesimae; dicens: hanc esse Com. doctrinam Sanctorum Theologorum; Lira, Burgensis, Tirinus; Carthusianus, et Maldonatus in Marcum cap. 12. Mag. Paz relect. de remi: uicentia meritorum. Bañez 2. 2ae. q. 24. art 6. dub. 5. Mag. Ferre q. 18 de charit. § 5. et Gonet hic arto 6.

Hanc Sent. Acriter sugilat Suarez hic cap. 8 nº 9. nam relatis pro ipsa D. Thô, D. Bonaventura; et Mag. Bañez ait: nihilominus opinionem hanc nullo mô probandam, aut tolerandam censeo, quia parum consentanea uidetur Scripturis, et Com. sensui Eclesiae, et Patrum; nimisque coarctat merita Sanctorum, praeter Dei magnificentiam, et largitatem, hac convenientem Providentia — Sed hoc solum dicit ad incutiendum terrorem Theologiae nouitiis, et occultandam propriam ignorantiam; nullum enim testimonium Sanctorum Patrum, aut Theologorum pro se adducit; Ut uerificetur illud Prober. 10 Qui profert contumeliam insipiens est. et solum conuincit, quod falso laudatur de egregia modestia, et reuerentia erga Sanctos Patres, et ueteres Doctores, et praecipue erga D. Thm. in Vita ipsius praefixa tomo 1º de gratia: Ut ergo appareat Sent. D. Thôe esse omnium Sanctorum Patrum, et antiquorum Theologorum.

Pbatur. 1º Quia dignitas, et Quantitas meriti praemij essentialis attenditur sm affectum merentis, et non sm effectum; l. actum externum; quem merens operatur; Sed iste affectus internus, sm quem attenditur meritum, est affectus charitatis, et amoris Dei, non Vero affectus ad obiecta aliarum Virtutum: ergo dignitas; et quantitas meriti praemij essentialis attenditur sm affectum charitatis, seu amorem Dei, et proximi; non Vero sm affectum ad honestatem aliarum Virtutum. Maior est com. Sent. Theologorum, quos refert, et sequitur Suarez hic cap. 6. dicunt enim: actum externum Virtutis non addere aliquid ad meritum praemij essentialis, respectu in actu interno; quia celebres Patres uniformiter asserunt.

Quòd in merito n̄ debemus attendere ad effectũ Operis, s. ad Affectũ Operantis, et q.d Deus Cor, et n̄ Substantiã pensat, nec perpendit, quatũ in eius Sacrificiũ, s.d ex quanto, scilicet affectu, proferat.r et ita qui propt.r Deũ, aut Christũ parũ reliquit in Saeculo, Ut Christũ sequat.r et parũ tribuit pauperibus, quia plus n̄ pot, tantũ meret.r apud Deũ, quantũ ille, qui reliquit in Saeculo amplissimas diuitias, aut ipsas in Cibos pauperũ distribuit, si in Utroque sit Affectus interior aequalis, et ita in hac mãa, Voluntas pro facto reputat.r, quando deficit facultas exequendi, q.d Voluntas desiderat, ita enĩ loquunt.r S. Cyprianus, D. Basilius, Chrisostom, Hyeronimus, Aug.nus Ambrosius, Gregorius, Beda, et alij quorũ Verba adducit Suarez loco citato, et Gregorius Martinez, et Salaz 1.2.a q.e 20 art 4. et D. Thõs in Catena, Marci cap 12. et Lucae 21. quã doctrinã deducunt ex Sacra Scriptura, nã ideo danti Calicẽ Aquae frigidae pauperi propt.r Christũ, promittit.r praemiũ Vitae aeternae, quia Deus n̄ pensat datũ, quòd minimũ quid ẽ rõne praemij, s.d pensat affectũ dantis, et ideo Xp̃us Lucae 21. et Marci 12 laudauit Viduã pauperẽ, quae misit duo aera minuta in Gazophilaciũ, nã licet solũ dixerit, q.d plus misit hac Vidua sin proportionẽ ad eius facultatẽ, quã dederint diuites, qui magna munera miserunt in Gazophilaciũ, quibus n̄ indigebant, intentio tñ Christi D.ni fuit docere, q.d plus meruit, quã diuites, rõne maioris affectus, et deuotionis, nã maiorẽ affectũ, et deuotionẽ hẽt, qui tribuit ad cultũ Dei, et pauperũ Alimoniã id, quo eget ad sui sustentationẽ, quã ille qui plus tribuit de superfluo, in cuius confirm. S. Ambrosius Lib. de Viduis Adducit Viduã Sareptanã, Ut dicit.r 3 Reg. 17. quae pauit Prophetã eliã

De Victu necessario ad sui, et filij sui sustentationem, dicens: nulla plus tribuit, quam illa; quæ de filiorum alimentis pavit Propheta, et ideo, quia nulla plus contulit, nulla plus meruit –

2° Colligitur. Ex eo quod Christus nos admonet, ne timeamus potentes, et Tyrannos huius sæculi, dicens Matthæi 10 – et Lucæ 12. nolite timere eos, qui occidunt Corpus &c.a – Si autem ad maius meritum Vitæ æternæ esset necessarium opus exterius Virtutum; merito possemus timere Tyrannos, qui possunt nobis auferre plura merita, et maximum præmium Vitæ æternæ, cum possint impedire Actiones externas Virtutum, nos privando divitijs, sensibus externis, et motu membrorum, et ita non possemus confidenter dicere cum David Psalmo 55. in Deo speravi, non timebo, quid faciat mihi homo. quod tamen ideo ideo merito dicimus, ait D. Augustinus – quia immediate sequitur; in me sunt Deus Vota tua, quæ reddam laudationes tibi – Cum enim alibi dixisset Psalmista: immola Deo sacrificium laudis, et redde Altissimo Vota tua, et iterum Vovete, et reddite Domino Deo vestro – Ut ostenderet, quod hæc Vota, et sacrificia non consistunt in Actibus externis, qui ab homine, aut Dæmone possunt impediri, ait: quod in me, id est intra me sunt Deus Vota tua, quæ reddimus laudando interius Deum, et ita hæc Vota, et sacrificia interioris affectus, quibus Vitam æternam meremur, auferri ab hominibus non possunt et ideo confidenter dicimus: non timebo, quid faciat mihi homo

Quod eleganter ibi exponit D. Augustinus adducens exemplum de Sancto Iob, cui Diabolus omnia bona temporalia auferre potuit, meritum tamen Vitæ æternæ auferre non potuit, quia intra ipsum erant Vota, bona desideria, et laudationes, quæ Deo redebat, et a Dæmone auferri non poterant, et ita, quod Actus externi non superaddant meritum præmij essentialis supra actum internum est communis sententia Sanctorum Patrum

Et Theologorum; quamvis Aliqui Asserant; quod Actus Externi Superaddunt meritum præmij accidentalis; et Aureola.

Minor Autem; quod Scilicet Actus, vel Affectus internus, quem dicunt Sancti Patres, et Antiqui Theologi esse totam rationem formalem merendi præmium essentiale, sit Actus, et Affectus charitatis; Satis probatur Authoritate D. Thomæ, D. Bonaventuræ, et S. Vincentij Ferrer; qui melius intellexerunt mentem Sanctorum Patrum, et ipsorum Vestigijs inhærere Studuerunt potius, quam Moderni; quorum Aliqui ad hoc nati esse Videntur, ut bellum ingerant Sanctis — Sed Ulterius probatur 1.o Ex ipso Communi modo Loquendi; in humanis enim famulus ille; vel Amicus dicitur Ex Corde, Ex bona Voluntate, ex Vero affectu Servire Domino; aut Amico; qui Ex Amore Servit, et movetur ad operandum in obsequium ipsius faciendo, quod potest, et desiderando, quod non potest, et ita in Communi modo Loquendi Amor Domini, vel Amici, dicitur Cor, Bona Voluntas, et Verus affectus; Ex quo provenit Verus affectus in ordine ad Alia opera, quæ sunt Utilia ad obsequium Amati: Unde D. Hyeronimus in Epistola ad Castrutium ait: in Amicis non res Quæritur, Sed Voluntas; quia alterum ab inimicis Sæpe habetur, Alterum Sola charitas tribuit — Unde si Dominus temporalis in remuneratione non Attenderet ad effectum, Sed ad affectum, nec consideraret Quantum, Sed ex quanto præmium, aut mercedem tribuere per Correspondentiam ad Amorem Servi erga ipsum, non Vero per Correspondentiam erga alia opera Ex Amore procedentia: Unde si in duobus Servis esset Amor, et affectus æqualis erga Dominum; per accidens esset, quod in Uno essent plura obsequia, quam in Alio, quia attento affectu, etiam in isto essent plura, si se occasio obtulisset; et ita Dominus æquale præmium Utrique tribueret — Sed Sancti Patres Loquentes de operibus, quibus Iustificati Deo Serviunt, dicunt: quod Deus in ordine ad remunerationem præmij

essentialis

Charitas, n. attendit ad genus, l. effectum, s. solum ad affectum, l. cor, et bonam vo-
luntatem; nec considerat quantum, s. ex quanto: q. sentiunt, q. Deus tribuit
premium essentiale per correspondentiam ad amorem charitatis; rone cuius Lucae
2°. dicitur: et in terra pax hominibus bonae voluntatis. quo testimonio
ad rem praesentem utuntur D. Augustinus, et D. Gregorius. et ut ait D. Augustinus Lib.
14 de Civit. Dei Cap. 7. Cuius proprium e amare Deum, et n. sm hominem;
s. sm Deum amare proximum, sicut etiam seipsum, proculdubio, propter hunc amorem
dicitur voluntatis bonae; quae usitatius in Scripturis Sacris, charitas
appelatur. et coenter ad istam vocaiam ait in Psalm. 103. Concione 1a.
circa fing: fuerit congruum, opera bona; fueris bonus, sincera dilectio;
n. solum fratris, s. et inimici, supplicem nullum spernas, et cui dare n. potes,
q. petierit, n. eum spernas, si potes dare, da; si n. potes, affabilem te praesta;
coronat Deus intus voluntatem, ubi n. invenit facultatem; nemo dicat:
n. habeo, charitas n. de sacello erogatur. — Ubi bonam voluntatem;
quae coronatur. Appelat sinceram dilectionem, et charitatem.

2°. pbr. clariori testimonio D. Augustini in Psalm. 104. dicentis:
fortis res e dilectio, ipsa e virtus nostra, quia si in illa n. fuerimus,
nihil prodest; quidquid aliud habuerimus; si linguis hominum loquar, et
Angelorum, ait Apostolus, charitatem autem n. habeam, nihil mihi prodest;
si autem sit sola charitas, q. n. inveniat, q. tribuat pauperibus, diligat
solum calix aquae frigidae, tantum illi imputabitur; quantum Zachaeo, qui dimi-
dium patrimonii dedit pauperibus, quare hoc? ille tam modicum dedit;
ille tam multum dedit, et tantum illi imputabitur? tantum plane; impar enim facul-
tas, s. n. impar charitas. — Ubi clarissime docet sententiam nram. —

Et in Psalmum 36 ad illa verba: Iustus autem miseretur, et
commodat; dubium movet dicens: quid si iustus pauper e? etiam sic
dives e, n. habet exterioris facultatem, s. habet interiorem charitatem; de

Charitate quanta erogat, et n̄ finit.² etenī si hēt foris facultatē, dat ipsa charitas, s. ex eo, q.d hēt; si autē n̄ invenit foris, q.d det, dat benevolentiā, praestat consiliū, si pōt, praestat auxiliū, si pōt, ad extremū, si nec consilio, nec auxilio adjuvare pōt, l. voto adjuvat, l. orat pro contribulato, et forte magis ipse exaudit.² quā qui porrigit panē. Hēt semper, unde det, cui plenū pectus ē charitatis, ipsa ē charitas, quae dicit.ʳ et voluntas bona, plus ā te Deus n̄ exigit, quā q.d tibi intus dedit, vacare enī n̄ pōt voluntas bona, si autē n̄ hēs voluntatē bonā, et si nummos tibi superest, n̄ porrigis pauperi; ipsi intʳ se pauperes praestant sibi de voluntate bona, n̄ intʳ se infructuosi; vidas caecū duci ā vidente, quia nummos n̄ habuit, quos daret egens, commodavit oculos n̄ habenti. Vᵉ. hoc factū ē, ut membra sua commodaret ei, qui n̄ hēt, nisi quia intus inhiat voluntas bona, thesaurus pauperum.² in quo thesauro dulcissima requiescit vera securitas, ad ipsū amitendū, nec latro admitt.ʳ, nec naufragiū metuit.ʳ, servat secū, q.d intus hēt, nudus evadit, et plenus ē, junius ꝑ misseret.ʳ et commodat. Haec S. Dᵒʳ. Quae si attendissent moderni, facile intelligerent, quid significet.ʳ per bonū affectū, et voluntatē bonā, quando sancti Patres dicunt: q.d ad meritū n̄ attendit.ʳ affectus, quando n̄ adest opa, s. affectus, et bona voluntas; hic enī bonus affectus, et bona voluntas, nihil aliud ē, quā actus, et affectus charitatis, et ita intelligendus ē D. Augᵘˢ in Psalm 49. ad illa verba, et annuntiabunt caeli justitiā eius, ubi ait: quid tā vile tā terrenū, quā frangere panē esurienti.² tantī valet regnū caelorū, si n̄ habes facultatē frangendi panē, si n̄ habes domū, quo inducas pauperē, n̄ habens vestē qua operias, da calicē aquae frigidae, mitte duo minuta in gazophilaciū, tantū emit vidua duobus minutis, quantū emit Petrus, relinquens omnia

grat.

Quanq Emit Zachaus, dando dimidiq Patrimonij; tanq Valet, quanq Sabueris — quod intelligendq ē, quando aequalis ē charitas, et bona Voluntas — et idq dicit in eodq Psalmo Explicans illa Verba: immola Deo Sacrificiq Laudis, Adducens illud Lucae, et in terra pax hominibus bonae Voluntatis

D. Gregorius hom.a 5. in Evang.o totq sane doctrinq D. Augni Complexus ē, ubi loquens de Petro, et Andrea, qui relictis navi et retibus sequti sunt christq dit: Sed fortasse aliquis tacitus sibi cogitationibus dicat: Ad Vocq Dominicq Vterque iste piscator quid, aut quanq dimisit, qui pene nihil Sabuit? — Sed in hac re affectq potius debemus pensare, quq censq; multq reliquit, qui nihil sibi retinuit — Exquo infert, qd Regnq Caelorq tantiq Valet, quanq habens, quia Deus cor; et non substantiq pensat, nec perpendit, quanq in eius sacrificio, sed ex quanto proferatr — qd confirat exemplo Zachaei, Petri, Andreae, Viduae, et dantis Calicq aquae frigidae, et subdit: Sed fortasse, nec Calix aquae frigidae suppetit, qui indigenti praebeatr; etiq tunc securitatq nobis promittit sermo Divinus; Redemptore enim nato, Caeli Cives ostensi sunt, inclamare gloria in excelsis Deo, et in terra pax hominibus bonae Voluntatis; ante Dei namque oculos, numquq ē Vacua manus à munere, si fuerit Arca cordis repleta bona Voluntate — et concludit: nihil quippe offertr Deo ditius bona Voluntate.

Nomine Arcae cordis, et bonae Voluntatis intelligit charitatq, ut D. Augnus Ve. subdit: facultas non ē, Voluntas bona ē; sic adversa alterius, ut nostra pertimescere, sic de prosperitate proximi, sicut et de nra profectu gratulari, aliena damna nra credere, aliena lucra nra putare, amicq non propr mundq, sed propr Deq diligere, inimicq etiaq amando tolerare, nulli, quod pati non vis, facere, nulli quod tibi iuste intendi desideras, denegare, necessitati proximi non solq iuxta

Vitae succurrere, S^d prodesse cupit ultra vires velle, quid sito solo Cautio locupletius, quando, per hoc, q^d Deo immolat in Ara Cordis, Ara semetipsa mactat — Ubi clare docet, q^d bona voluntas, et bonus affectus consistit in actibus Charitatis, eliciti, et imperati. V^e. Hom. 17 in Ezechiel. ait: Amore nostro erga proximum, plus bona operatio loquitur, quam lingua, ut in ipso bono opere proximus noster amari se videat, et cum tantum impendimus, quod volumus operari, Omnipotenti Deo occulta amoris nostri sufficiant — et mirabile est, q^d cum Mag^r Bañez in hac Authoritate D. Gregorii, et in alia S. Vincentii praecipue fundetur, nec Suarez, nec alii, qui contra ipsum scripta promulgarunt, sibi opposuerunt, nec ausi fuerint explicare, et certe explicabilis non est juncta cum Authoritate D. Augustini ex quo desumpta est.

Et D. Ambrosius Lib. 1. de officiis cap. 30 ait: non enim avarus Dominus est, ut plurimum quaerat, Beatus quidem, qui dimisit omnia, et sequitur eum, S^d ille Beatus est, qui q^d habet ex affectu facit, Denique duo Aera viduae illius, divitum muneribus praevalit, quia totum illa, q^d habuit, contulit, illi autem ex abundanti partem exiguam contulerunt, affectus igitur divitem collationem, aut pauperem facit — S^d qui hac Authoritate merito probant actus externos non superaddere meritum vitae aeternae supra affectum internum, facile possent invenire de quo affectu loquatur D. Ambrosius, nam ibi expresse loquitur de benevolentia, cujus actus externus, est beneficientia, seu liberalitas, de hac enim agit Capite praedicto, q^d sic incipit — S^d jam de beneficientia loquamur, quae dividitur etiam ipsa in benevolentiam, et liberalitatem ex his igitur duobus constat, Beneficientia, ut sit perfecta, nam non satis est

bene

Bene velle, sed etiam benefacere, nisi id ex bona fonte, hoc est ex bona Voluntate perficiatur; Hilarem enim datorem diligit Deus, neque si invitus facias, quae tibi merces est? – et similiter de beneficientia loquitur cap. 31 et 32 Ubi praeponit benevolentiam Liberalitati dicens: est autem benevolentia conjuncta Liberalitati, a qua ipsa Liberalitas proficiscitur; Quia Largitatis affectus sequitur Largiendi Usus, est etiam separata, atque discreta; Ubi enim deest Liberalitas, benevolentia manet, Quae quasdam parens omnium, quas Amicitiae connectit, et copulat in Consilijs fidelis, in prosperis Laeta, in tristibus maesta &c. – Ut autem docet D. Thomas 2. 2ae q. 27 art. 2 et q. 31 art. 4 benevolentia non est Virtus distincta a charitate, sed significat actum internum charitatis; Et beneficientia significat actum externum charitatis, qui a D. Ambrosio vocatur Liberalitas: Vel quando dicit: Quod affectus divitem, Collationem, aut pauperem facit – per affectum intelligit benevolentiam, qua est ipse affectus charitatis, quod etiam expressit in Lucam cap. 7 dicens: nisi fallor Unguentum Dominus, sed charitatem dilexit; fidem suscepit, Humilitatem probavit, et tu si desideras gratiam, charitatem auge – Affectus enim charitatis per se est gratus Deo, et meritorius Vitae aeternae, alij vero actus fidei, Humilitatis, et aliarum Virtutum sunt Deo grati, et meritorij, quatenus informantur charitate: Et actus externi Virtutum, quatenus informantur per actum internum –

Ex his scilicet Sanctis Patribus, qui expresserunt Loquimur, intelligimus alios, qui non ita clare loquuntur. Et Chrisostomus qui hom. 3 in 2am Epistolam ad Thimot. – et Hom. de Misericordia et duabus Viduis, dixit: Quod Vidua, quae misit duo aeri minuta in gazophilacium, plus Deo placuit, et meruit, quia maiori Animo, devotione, et Alacritate Voluntatis operata est – quo explicuit, quod plus –

Meruit, quia ex maiori charitate dedit; quia ut docet D. Thom. 2.2ae q.
82 art. 2. et 3 omnis devotio sit actus Religionis, quo homo cum maxima
promptitudine se movet, et dicat ad aliquem cultum Dei, provenit ex cha-
ritate, qua homo tradit seipsum Deo, ipsi adhaerendo per quamdam spiritus
unionem - et similiter ex charitate, et devotione provenit alacritas, seu
laetitia voluntatis, ut ibi ait D. Thom. art. 3. - et in hoc sensu dixit
D. Hyeronimus in Epist. ad Paulinum in fine: totum Deo dedit qui se obtulit;
Apostoli navem tantum, et retia reliquerunt; Vidua duo aera misit in
Gazophilatium et praefertur Croesi divitiis - Ubi meritum Apostolorum, et
Viduae praefert merito aliorum, quia processit ex devotione, et charitate, qua
se Deo obtulerunt, et conformiter ad hanc doctrinam Sanctorum Patrum docet
D. Thom. 2.2ae q. 32 art. 4. quod elemosina corporalis si consideretur
sub sua substantia, non habet nisi corporalem effectum, in quantum scilicet supplet corpo-
ralem defectum proximorum, si vero consideretur ex parte suae causae, in quantum
scilicet aliquis elemosinam corporalem dat propter dilectionem Dei, et proximi,
sub hoc affert fructum spiritualem - et contra se arguit in 3° arguto - quia
multiplicata causa, multiplicatur effectus, si ergo elemosina corporalis causaret spiritu-
alem effectum, sequeretur, quod maior elemosina, magis spiritualiter proficeret, quod est
contra illud Lucae 21. de Vidua mittente duo aera minuta in gazo-
philatium; quae sub sententia Domini, plus omnibus misit, non ergo elemosina corporalis
habet spiritualem effectum - et Respondet ad 3um dicendum, quod Vidua, quae minus de-
dit sub quantitate; plus dedit sub proportione, ex quo pensatur in ipsa maior charita-
tis affectus; ex quo corporalis elemosina spiritualem efficaciam habet - Ubi clare
sentit; quod haec Vidua plus meruit simpliciter, quia operata est ex maiori charitate,
ut dixit noster Lira in Marcum cap. 12 quem non ibi impugnasset Burgensis ex
Authoritate D. Thomae 1. p. q. 95. art. 4. - si attendisset ad hanc authoritatem

D. Thom.

D. Thô. hîc impugn.? Ut bene Advertit ibi Soringuez.? V.º ita res Authores ibi
tenent nrã Sent.ª Ut etiã Cartusolanus, et Maldonatus; Quam vis inter se n̄ Conveniant,
in demando; An Sãe Vidua dederit ex maiori charitate, et ita plus meruerit
de præmio essali quã divites; Conveniunt tamen, in eo, quod si dedit ex
maiori charitate, plus meruit de præmio essali; Si V.º n̄ dedit ex maiori
charitate, Solũ plus meruit de præmio accidentali; quia pcisse dare plus
sive proportione; Solũ meret. maius præmiũ accidentale; Ut docet D. Thôs
1.2.æ q.æ 95. Art. 4.

3.º pb.r min.: Quia si Affectus internus, in quo consistit meritũ
præmiĩ essalis, n̄ consistit in Actu charitatis; S.t Actu alterius Virtutis n̄ pot.
Salvari, q.d pauper, qui minus dedit, quia plus n̄ potuit, possit æquari in meri-
to Diviti Iusto; qui plus dedit pauperibus propt. christũ; S.t hoc debet
Salvari; Ut defendat. doctrina Ecclesiæ, et Sanctorũ Patrũ; Ut dicitũ e.: Ergo
dicendũ e., q.d affectus internus charitatis e. ratio fõalis merendi præmiũ
essale, et q.d si talis affectus sit æqualis in paupere, et Divite, æqualiter
merent.: Licet sint inæquales in Elemosina, et si Pauper minus dans
het maiorẽ charitatis Affectũ; plus merebit.; quã Iustus dives, plura dans.
Seq.a pb.r quia Affectus Misericordiæ in paupere parũ dante, n̄ pot. æqua-
ri in bonitate Affectui, quo dives dat amplã elemosinã; Quia in divite
Sic affectus e. electio, et Actus efficax, et Absolutus inferens effectũ; In
Paupere Autẽ Solũ pot. ẽẽ affectus inefficax, et conditionatus dandi Am-
plã Elemosinã, si posset, Qui dicit. quædã Velleitas; S.t actus efficax, et
absolutus e. magis perfectus, et bonus; quã Actus inefficax, et conditionatus:
Ergo affectus Misericordiæ in paupere, et divite nequit ẽẽ æqualis, S.t æqualitas
debet pensari penes charitẽ, quæ in paupere pot. ẽẽ æqualis, aut maior, quam
in Divite.

R.^et Suarez Cap.^e 6. n.° 18 Affectus operandi posse ēē æqualem; l. maiorem in eo, qui ē impotens ad exequendam Voluntatem; ac in exequente, et ratio ē: quia quando defectus efficaciæ Voluntatis ē ex sola impotentia Actus; n̄ obstat, quominus affectus Voluntatis; et actione eius sit æqualis Volitioni efficaci alterius; quia revera Voluntas, quoad ē ex se toto affectu; atque ita effracitur ex parte sua appetit externum Actum; Solumque illum n̄ efficit; quia n̄ potest; quod n̄ minuit eius affectum, et ideo nec meritum.

S.^o Hæc Solutio ē insufficiens; nam tres affectus distingui poss. in Voluntate pauperis erga elemosinam sibi impossibilem — 1.us ē Simplicis Complacentiæ in honestate magnæ elemosinæ apprehensæ; qui etiam dicit.^r Simplex Voluntas, et n̄ tendit ad executionem magnæ elemosinæ — 2.us ē desiderium dandi magnam elemosinam, si posset, qui ē Affectus absolutus ex parte subti; et Conditionatus ex parte obti — 3.us ē intentionis; aut electionis efficacis dandi magnam elemosinam; et Universi Theologi cum D. Thŏ 1. 2.^æ q.^e 13. art 5. fatent.^r; q.^d hic 3.us actus; l. affectus n̄ pōt ēē in paupere; quia nemo pōt intendere finem impossibilem; neque eligere medium impōle, Cognita eius impossibilitate; cum intentio sit motus Animi ad finem Consequendum; et nemo posit moveri ad Consequendum finem; quem Cognoscit ēē inconsequibilem, nec pōt velle consequi finem possibilem per medium impōle. V.^e in paupere nequit ēē Afectus Absolutus, et efficax dandi magnam elemosinam, sibi impōlem; in divite V.^o dante magnam elemosinam ē intentio; l. electio efficax dandi magnam elemosinam; et in hoc actu efficaci, et absoluto consistit præcipuum meritum Virtutis Misericordiæ; nam ē actus huius Virtutis, cum Virtus sit. Habitus electivus in mediocritate Consistens; prout Sapiens determinaverit Actus V.^o inefficaces, et Conditionati Sł. actus Virtutis V.^e præcisse

ad

Ad Actus Conditionatus non dantur Virtutes; Aliàs in christo daretur Virtus pœnitentiæ, et in ipso, et in Beatis esset fides, et Spes; quod dici non potest, Cum in Paupere non sit præcipue Misericordiæ meritum; quod est in Divite dante magnam elemosinam; meritum pauperis præcise ex Misericordia proveniens, numquam potest Adæquare meritum Divitis; neque in simplici complacentia erga Bonitatem magnæ elemosinæ, Supponimus; quod sint Æquales dives, et Pauper.

Dicere Autem quod affectus inefficax, et Conditionatus pauperis Æquivalet merito Actus efficacis existentis in Divite est omnino falsum — Primo Quia Actus 2dus Virtutis non adæquat perfectionem; et meritum actus primi — Secundo quia Ut docet D. Thom. 1. 2æ. q. 43 — art. 5. ad 1um. Voluntas Completa non est de impossibili; quia hæc tendit ad bonum in re ponendum; vel ponendum; cum bonum sit in rebus, et ideo Voluntas Completa tendat ad res prout sunt; vel existunt in se; Voluntas Vero incompleta, et imperfecta potest esse de impossibili, existente solum in Apprehensione; Meritum Autem Voluntatis imperfectæ; et incompletæ nequit Adæquare meritum Voluntatis Completæ, et perfectæ; et ideo solum Voluntas Completa; et perfecta pro facto reputatur; Quando, scilicet, Aliquis existimans posse efficere aliquod bonum; vel malum, ipsum efficaciter intendit; Casu tamen, vel per accidens impeditur ab exequutione Ut Explicat D. Augustinus Ser. 250 de tempore in fine, et ideo Lib. 12 de Trinitate Cap. 12 ait: quod licet delectatio morosa de obiecto turpi sit mortale peccatum, sed longe minus; quam si opere statuatur implendum — quod adducitur a Mag. in 2. dist. 24 — et similiter Lib 3 de Trinitate cap. 5. cum Cicerone impugnat existimantes, fœlicitatem consistere in Adimpletione propriæ Voluntatis, docens quod hoc, est miser mala Voluntate, et magis eius adimpletione ~~propriæ Voluntatis~~ his verbis: minus tamen miser esset; si nihil eorum, quæ perperam Voluisset, habere potuisset; mala enim Voluntate vel sola quisque miser efficitur; sed miserior

Potestate; quia desiderium malae Voluntatis impletur. — Quod non ideo dixit, ut existimauit Scotus, eo quod Actus exterior, quo impletur mala Voluntas addat malitiam fidalem supra interiores actus; sed quia habens potestatem adimplendi malam Voluntatem, habet Voluntatem efficacem, et absolutam perpetrandi malum; quae est maius peccatum, quam Voluntas inefficax illius, qui cognoscit se non posse implere prauum desiderium, et consequenter sicut minus mala est Voluntas inefficax, quam efficax circa malum; ita etiam minus bona, et meritoria erit circa bonum.

Ex quo Refecta manet Solutio Patris Vazquez, qui 1. 2ae. disp. 42. in paupere non Valente dare elemosinam magnam, negat desiderium absolutum ex parte subiecti, et conditionatum ex parte obiecti erga magnam elemosinam; et solum concedit affectum simplicis complacentiae, erga honestatem talis elemosinae, ratione cuius pauper ita est dispositus, quod si posset, vellet efficaciter dare ipsam; de facto tamen non habet istum actum; qui solum est conditionatus ex parte subiecti; et cum in actibus non existentibus, sub conditione, fiauis, Vniuersi Catholici contra Pelagianos negent, esse meritum, ideo n. 16. asserit: quod simplex illa complacentia, seu Voluntas ita perfecta, quod si homo posset, aut non esset impeditus, inferret Voluntatem efficacem; quoad bonitatem, seu malitiam aequivalet in paupere efficaci affectui dandi magnam elemosinam.

Haec tamen aequivalentia est impossibilis, nam simplex complacentia pauperis erga magnam elemosinam aequivalet simplici complacentiae, quia etiam est in Diuite erga magnam elemosinam; sed non potest aequivalere simplici complacentiae Diuitis, et eius electioni efficaci, qua de facto tribuit ~~Diues~~ magnam elemosinam; cum unus actus non possit duobus aequivalere, nisi dicatur, quod electio efficax in Diuite intra lineam misericordiae, non superaddit bonitatem; aut meritum ad simplicem complacentiam;

Quia hæc electio efficax virtualiter continetur in illa simplici complacentia, quæ in paupere inferret electionem efficacem dandi magnam eleemosinam, si adesset in paupere facultas ad illam; quod si fateantur, non solum excludunt actus externos à ratione status merendi, sed etiam omnes actus efficaces internos aliarum virtutum, qui sunt actus ipsarum, nam isti actus virtualiter continentur in simplici complacentia, quæ solum est ratio status merendi; et tandem isti Authores debent recurrere ad nostram sententiam.

Quod probatur, nam ideo dicunt ipsi actus efficax dandi magnam eleemosinam non addit novum meritum supra simplicem complacentiam erga magnam eleemosinam, quia in ipsa virtualiter continetur, eo quod pauper ita est dispositus per simplicem complacentiam, quod si posset, vellet efficaciter dare magnam eleemosinam; sed sic est, quod actus charitatis, quo pauper amat Deum, et pauperes propter Deum, virtualiter continet, tam complacentiam, quam efficax desiderium erga magnam eleemosinam, quam de facto dat dives, nam per charitatem pauper ita est dispositus, ut habeat complacentiam erga magnam eleemosinam, nam amans pauperes propter Deum æqualiter, ac amat dives, reputat miseriam pauperum, tamquam propriam; et etiam dives ex quo procedit, quod utrique æqualiter placeat sublevanda miseria pauperis, et ita uterque sit æqualiter dispositus, ratione charitatis ad complacentiam, et voluntatem efficacem erga magnam eleemosinam, quam dives tribuit, quia potest; pauper vero non, quia non potest: ergo si efficax desiderium non superaddit novum meritum supra simplicem complacentiam, nec simplex complacentia ipsum superaddit supra amorem Dei, et proximi.

Ratio autem, et fundamentum Patris Suarez laborat in æquivoco, nam actus efficax, et inefficax voluntatis dupliciter potest

Comparari; 1º in intensione Affectus per ordinem ad subiectum — 2º in tendentia ad executionem obiecti; et eius existentiam; et Libenter fatemur; quod actus ineffi: cax pot in intensione æquare; et Superare intensionem affectus efficacis; et ita pauper pot; quamvis ê esse; et attenta intensione sui affectus êê ita dis: positus ad elargiendum magnam elemosinam, si posset, quam tribuit Dives; quam: vis hoc solum Deus Cognoscere possit; nam plures affectus conditionati videntur valde intensi; et affectivè efficaces; qui purificata Conditione ineffica: ces reperiuntur. Ut pt in Apostolo Petro; qui dicebat: <u>etiamsi opportuerit me mori tecum, non te negabo</u> — et tn negando Christum manifestavit inefficacitatem sui affectus — Si Vº Loquamur de tendentia affectus ad executio: nem obiecti; sic actus inefficax, et conditionatus non pot adæquare efficacem; nam ita absolute tendit ad exequendum, et ponendum in re magnam elemo: sinam; inefficax Vº non tendit absolute ad executionem; et existentiam magnæ elemosinæ, sed solum sub Conditione, si posset; et ita ê Voluntas incom: pleta, et imperfecta, et non sumit totam bonitatem ab obiecto; quam desumit actus efficax; et ita in bonitate, et malitia nequit actus inefficax, cæteris pa: ribus, adæquare efficacem.

Quarto pb. min, et CCP. Quia si non solum affectui Charitatis, sed etiam aliarum virtutum, ratione propriæ bonitatis, Conceditur me: ritum vitæ æternæ; Sequeretur: quod non dentur Aureolæ, nec præmia acci: dentalia Beatorum; Consequens ê contra Com Consensum Ecclesiæ, et Theologo: rum: f. et illud, ex quo Sequitur. — Sequela pbr. Aureola, et præmium acci: dentale debet Correspondere merito; sed admissa prædicta Sententia non pot dari in Viatoribus meritum Aureolæ, aut præmii accidentalis: f. min pbr. Quia Iusti non poss. mereri Aureolam præcisse per actus externos; Ut contrarii supponunt cum D. Thâ 1. 2ª q. 20 art. 4 aliàs actus exter:

Exterini superadderent novam bonitatem moralem, et fidem, supra actum internum, ratione cuius essent digni aureola, aut praemio accidentali; quod licet comparative ad praemium essentiale sit parvum; absolute tamen est magnum praemium supernaturale, et aeternum; et ita perfectam bonitatem requirit in actu viatoris, ut ipsum de condigno mereatur. nec justi possunt mereri de condigno tale praemium per actus internos aliarum virtutum; quia dato, ita sentiunt justi mererentur per istos actus praemium essentiale, et dato praemio essentiali manent complete, et de condigno remunerati, et ita nequit ipsis correspondere de condigno alia corona; aureola; aut praemium accidentale: quod non datur in justis aliquis actus de condigno meritorius aureolae; vel praemij accidentalis; quod tandem Suarez videtur concedere, nam communiter loquens cap. 6 n. 22 ait: quod gaudium accidentale beatorum non est proprium praemium; sed effectus naturalis communis ex tali objecto; et statu; sicut enim amicus gaudebit de bonis operibus amici; addit tamen, quod martiribus (et idem est de virginibus, et doctoribus) ex peculiari privilegio, et ordinatione divina aliqua dona, vel praemia sunt promissa ex divina liberalitate actui externo martirij, etiamsi magnum, et magis meritorium esse contingat; et ita negando gaudia accidentalia, et aureolas esse propria praemia, et asserendo non dari propter merita ex opere operantis; sed solum ex opere operato ex divina liberalitate, in rei veritate negat praemia accidentalia, et aureolas; nam quod datur supra condignum non est praemium, nec corona; sed est donum gratuitum; aureola vero est privilegiatum praemium privilegiatae coronae correspondens. Qua definitione negata, negatur definitum; quia enim Exodi 25. praecepit Deus Moysi ut in circuitu mensae propositionis poneret coronam auream, et super illam alteram coronam aureolam, et dato quandam gloriam, adducta a D. Thoma, per coronam auream intelligitur gloria essentialis, et per aureolam gloria accidentalis; ideo D. Thomas, et caeteri theologi per aureolam intelligunt praemium accidentale; quod

In Scriptura specialiter promittitur Martyribus, Virginibus &c.ª 2º. tertio eo quod in Scriptura gloria essentialis, dicitur Corona Vitae, et Iustitiae; inferimus contra Sectarios vere, et proprie esse praemium, et in Iustis dari verum meritum de Condigno vitae gloriae essentialis; ita ergo eo ipso quod gloria accidentalis, dicitur Corona; Aureola; debemus dicere quod vere habet rationem praemij, et quod in Iusti datur verum meritum de Condigno talis praemij, supra aliud praemij essentialis, nisi asserendo cum D. Thoma, quod Corona aurea correspondet merito charitatis; Aureola vero merito aliarum Virtutum ratione propriae bonitatis.

Modo autem disputandum non est. Sed supponendum cum D. Thoma, quod Aureola, seu praemium accidentale consistit in gaudio de obiecto Creato; specialiter de imitatione Christi in Martirio, Virginitate &c.ª eo quod Aureola Virginum, significatur per Canticum novum, quod soli Virgines dicere poterant Apoc. 14. et per Candidum; quod est signum Laetitiae significatur gaudium Beatorum de imitatione Christi in integritate Corporis, et Animae, ut tenet Glossa ordinaria cum D. Augustino de Sancta Virginitate cap. 27 D. Greg. in Pastorali p. 3 admonit. 29. et D. Thomas 2. 2ª. q. 152 art. 5 ad 3.um et ita Aureola Virginum consistit in praedicto gaudio, ut tenet Scotus in 4º. dist. 49. q. 6. et ibi Faber disp. 3. n. 15 et idem dicendum de caeteris Aureolis Martirum; de quo Salmantic. disp. 3 de Beatitudine.

Et argumentum factum procedit sive in hoc; sive in alio consistat Aureola, nam vi ipsius non potest dari meritum condignum, si per Actus aliarum Virtutum Iustus meretur condigne vitam aeternam, qua concessa manent de Condigno, et adaequate remunerata merita aliarum Virtutum.

Quod si Dicas, quod ergo si Aureola sit proprie praemium, seu Corona potest cadere 2º, et esse Coenti sub merito essentialis Beatitudinis;

St

Sicut gloria Corporis, quae sequitur ad gloriam Animae post Corpo-
rum Resurrectionem est etiam Corona, Ut ait Glossa Beda Exodi 25.
et tamen per merita gloriae Animae, merentur Justi 2ndo gloriam Corporis; ergo.

Contra est Quia Aureola non est praemium 2ndum sequens ad gloriam Animae; Alias Beati, qui haberent maius praemium essentiale, haberent maiorem Aureolam, et haberent maiorem gloriam Corporis, quod est falsum; nam aliquis habens maiorem gloriam essentialem non habebit Aureolas, quas habent minus Beati, Ut patet in Magdalena: Unde D. Gregorius loco citato ait: et fit plerumque Deo gratior Amore ardens Vita post culpam, quam securitate torpens innocentia: Unde et voce Judicis dicitur: remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. - et ita Aliquis Confessor inter infideles se occultaret et fugeret Martirium, Ut alios ad fidem converteret, si in sancta pace obierit, non habebit Aureolam martirii, quae est maior inter omnes, habebit tamen maiorem gloriam essentialem, quam si martirium subijret, ratione maioris charitatis, Ut docet Chrisostomus Hom. 78 in Matheum: Ergo aureola non est praemium 2ndum, sed proprium; et hinc correspondens hic aliquibus actibus meritorijs, et eum non correspondeat merito charitatis, quod est commune omnibus Beatis; nec correspondeat actibus externis aliarum Virtutum, consequenter debet correspondere actibus internis aliarum Virtutum.

S. pro terminory Intelligentia observandum est

q.

Quod in re; idq ē dicere; Veritatē practicā desumi per Conformitatē ad Appetitū rectū; l. ad rectā intentionē; ac dicere: q. sumitr. per Conformitatē ad inclinationē natae, l. gratiae; l, per Conformitatē ad Legē Aeternā; l. ad regulas Prudentiae, quia ipsa inclinatio natae ad bonū dicitr. Lex naturalis participative; Ut ait D. Thomas 1. 2ae. q. 91. art. 2 et 6. et ipsa inclinatio gratiae, et charitatis dicitr. Lex nova, et Lex gratiae, Ut ibi ait D. Thomas q. 106. art. 1. Ex inclinatione autē natae, l. gratiae procedit rectus Appetitus, et recta Intentio finis; nā appetitus; l. intentio ē inclinatio elicita, in qua explicatr. inclinatio innata natae, l. gratiae, et ideo ipse amor charitatis; qui ē appetitus rectus finis supernaturalis, dicitr. Lex gratiae, et charitatis, Ut ibi ait D. Thomas q. 107. art. 4 ad 2m. et consequenter Judiciū practicū rectū, q. Conformatr. Appetitui recto, aut rectae intentioni; etiā Conformatr. inclinationi natae, l. gratiae; et cū haec inclinatio participative sit Lex aeterna, etiā talis Appetitus, l. intentio Conformatr. Legi aeternae; et consequentr. etiā ipsi Conformatr. Judiciū practicū; quia tn̄ Lex aeterna; et inclinatio innata natae, l. gratiae ē magis occulta, et nobis manifestatr. per Appetitū rectū; l. rectā intentionē; ideo Caritatis gratia dicitr. q. Veritas practica prudentiae sumitr. per Conformitatē ad Appetitū rectū, vel ad rectā intentionē; et quia recta intentio tendit ad consequendū finē bonū, et bene; et ita movet ad diligentiā adhibendā, Ut inveniantr. media bona; et proportionata ad consequendū finē intentū; et haec diligentia n̄ debet ēē aequalis in quacumque mat., s. maior in mat. graviori, et magis periculosa; minor vero in aliis materiis; ideo quantitas suae diligentiae, servari n̄ pōt regula generali; s. relinquitr. Judicio Prudentis; et ita supposita recta intentione finis, quā supponit Prudentia, Comr. dicitr. q. Veritas practica sumitr. per Conformitatē ad regulas Prudentiae, q. in re idq ē, ac desumi

Per Conformitatem ad ~~Regulam Prudentiæ~~ Appetitus recti vel ad inclinationem naturæ, aut gratiæ; l. ad Legem æternam; et ita Authores explicantes Veritatem practicam hoc, l. illo modo ex prædictis, in re ipsa conveniunt, et solum differunt in modo explicandi illam, qui distinguitur à Veritate Speculativa, quæ desumitur ab eo, quod res est, l. non est.

Quo supposito ad Replicam contra solutionem neg. ant. et ad probationem Resp. quod appetitus rectus intendit consequutionem finis per media bona cognita, modo humano, adhibita sufficienti diligentia Xa. regulas Prudentiæ, non vero per media bona cognita modo divino, aut Angelico; talis enim appetitus, l. intentio non esset recta voluntas, sed præsumptuosa, excedens humanam facultatem; et quia modus humanus cognoscendi veritates singulares, et contingentes est defectibilis; ideo recta intentio non tendit ad consequutionem finis per media semper in re bona, et à Deo non prohibita, sed per media apprehensa, ut bona, et non prohibita, adhibita prius debita diligentia ad cognoscendum Legem, et Voluntatem Dei; qua supposita, recta intentio movet ad diligendum objectum, quod in re est prohibitum, sed invincibiliter ignoratur eius prohibitio, et consequenter recta intentio est causa talis electionis, et Judicii ipsam regulantis; cum autem inter causam, et effectum detur proportio, et Conformitas, consequenter tale Judicium, et electio talis medii, quod in re est prohibitum habent Conformitatem ad appetitum rectum et rectam intentionem.

Ad Vm. Confirm. negoant. Aliud enim est, quod appetitus rectus finis solum ex suppositione ignorantiæ invincibilis sit compossibilis cum electione medii, quod in re est prohibitum, quod libenter concedimus; aliud vero quod solum per accidens, et non per se sit compossibilis cum electione talis medii, etiam supposita ignorantia invincibili, et hoc negamus;

Quia Supposita hac Ignorantia appetitus rectus finis è Caâ consultationis mediorum Iudicij prudentiæ, et electionis medij, q.d è in re prohibitum; Caâ autem, et effectus sunt Componibiles per se, quamvis verum sit, q.d talis effectus n̄ posset provenire â tali Caâ in quocumque statu; s.d solum Supposita Ignorantia invincibili; — ex hoc autem solum sequitur, q.d appetitus rectus finis includat desiderium Conditionatum eligendi, et exequendi, quæ re ipsa Iussit Deus, et vitandi, quæ prohibuit, quando fuerit hoc moraliter possibile; s.d quia hoc efficere in omni eventu è hoc impossibile, appetitus rectus solum includit efficax, et absolutum propositum eligendi, et exequendi media præconsiliata, quæ hoc Iudicaverit modo humano êê bona, et proportionata fini intento. — Exemplum autem de Patre occidente filium, n̄ è ad propositum, quia occisio filij in tali casu n̄ procedit ex amore filij, s.d ex intentione Venandi, et cum intentione Venandi per se Componitur occisio filij, Supposita Ignorantia, et Errore invincibili; cum amore v.o filij solum Concomitanter, et per accidens Componitur occisio filij; Electio v.o medij, q.d in re è â Deo prohibitum, provenit, inquam ex Caâ ab appetitu recto finis, Supposita invincibili ignorantiâ; et actus, qui fit cum prædicta Ignorantia invincibili, et sine illa, n̄ sunt eiusdem speciei, s.d diversæ, propter diversitatem obiecti finalis. — Adoratio enim hostiæ, quæ in re n̄ è Consecrata, cum ignorantia invincibili in nostra sent.a è actus virtutis Religionis, et in sent.a huius moderni è actus indifferens, nec bonus, nec malus; Adoratio v.o talis hostiæ, ablata invincibili Ignorantia, è peccatum Idololatriæ, nec per se, nec per accidens componibilis cum appetitu recto finis: v.e ex eo q.d unus actus n̄ sit per se Componibilis cum appetitu recto, n̄ sequitur, q.d alius actus n̄ sit cum illo Componibilis per se.

Ad 2.m Confirm. R.r q.d me velle exequi in omni

Eventi; quia reipsa Jussit Deus, esse actus bonus, et rectus Appetitus; Si pos-
ssem Cognoscere in omni Eventu Divinam Legem, et obiectum praeceptum, et tunc Contin-
gere non posset quod errorem in aliquo ex ignorantia invincibili; Caeterum hoc
nobis est impositum: Velle in Omnibus Exequi, quae reipsa Jussit Deus;
non est Appetitus rectus; Sed praesumptuosus; et ita Casus non est ad rem.

Ad 3.m Confirmationem Respondetur quod habens Appetitum rectum finis, habet
Saltem Virtualiter desiderium Conditionatum Exequendi Legem, et Voluntatem Dei,
Semper, et in omni Eventu, non absolute, Sed quomodo modo humano fuerit ipsi possibile;
et quando Ivit ex errore invincibili, materialiter oppositum facit, tristatur quia
operatus est contra illud desiderium Conditionatum; Sicut tristatur qui projicit Mer-
ces in mare, eo quod operatur contra desiderium conditionatum, ipsas retinendi,
Si posset, Caeterum Sicut illa projectio mercium est Conformis appetitui efficaci,
et absoluto Conservandi Vitam; ita accedens ad non Suam ex errore invinci-
bili; Cognita Veritate tristatur, quia operatus est contra desiderium Condi-
tionatum; in re tamen operatus est Conformiter ad Appetitum rectum absolutum, et
efficacem Solvendi debitum Uxori.

3.o Arguitur: Quia de bona, et recta Operatione non est
Locus Accusationi, neque est necessaria eius defensio; Sed quoties Voluntas Con-
cordat rationi erranti, dicenti malum bonum, est Locus per se Accusationi, et est ne-
cessaria defensio, quia Omnis operans contra Legem Legitime, et Secundum Legem debet
Accusari, et opus habet defensione: ergo talis Voluntas, et operatio non est recta, et
bona.

Confirmatur Quia aliud est aliquem esse in Aliquo excusabilem;
Aliud esse Laudabilem; aliud non esse dignum poena; aliud esse dignum praemio; Sed Sicut
Soò in Sì, qui facit contra Legem, per invincibilem ignorantiam excusatur, nec Sit
dignus poena, non tamen Laudatur, nec Judicatur dignus praemio, neque Ut ex ignorantia

invin-

Invincibili Juris (Ut multi possibile putant) furatur Quis, l. mentitur, vel blasphemat, l. ex ignorantia invincibili facti: Quis accedens ad non Suam committit Adulterium, profecto Adulterium, furtum, mendacium, blasphemia, opera bona esse non poss. nec Laudabilia, nec propter illa Caelo donabimur, aut donari possumus, talia enim opera nequeunt Deo esse grata, et Accepta, et Deum numquam dicere poterit in die Judicii: Venite Benedicti Patris mei, accipite regnum, quia furati estis, quia mentiti estis, quia adulterastis, et blasphemastis ex Conscientia erronea: ergo talia opera non sunt bona, nec Laudabilia, nec digna praemio.

Resp. Quod opera facta contra Legem cum ignorantia invincibili, et recta intentione non poss. Accusari, nec indigent defensione apud Deum, qui intuetur Cor Sortis, tamen indigent defensione apud Sortes, quia non Cognoscunt invincibilem ignorantiam, et Sanam intentionem, et consequenter non Cognoscunt talia opera esse moraliter bona.

Ad Confirm. Resp. quod Licet aliud sit formaliter actionem esse excusabilem, nec poena dignam, et aliud esse Laudabilem, et dignam praemio; iuxta Sententiam tamen D. Thomae, negantis actum indifferentem in individuo, eo ipso, quod actio sit excusabilis, nec poena digna est bona, et Laudabilis, et quandoque est etiam meritoria — et ita neganda est minor, et Ad probationem Resp. quod iste Modernus non intelligit terminos Theologiae, et Philosophiae moralis, quia isti termini: furtum, homicidium, blasphemia, et Adulterium, et Alii Similes non Significant actionem sumptam, sed Ut malam moraliter, et peccaminosam, et ita Significant ipsam malitiam moralem actus, Ut ait D. Thomas 1. 2ae q. 100 art 8 ad 3um — et 2a 2ae q. 66. art 5. ad 1um — Unde cum Ignorantia invincibilis faciat actum non esse malum moraliter, nec peccatum, etiam facit quod ablatio rei alienae, quae invincibiliter ignoratur esse aliena, non sit furtum, nec Similiter est homicidium occisio Sortis, qui invincibiliter ignoratur fera —

Nec ē blasphemia dicere aliqua verba; quia invincibiliter ignorant ēē contra honorem Dei; nec fuit adulterium, nec fornicatio accessus Jacob ad Lig: Ideo prædictæ actiones factæ ex invincibili ignorantia; et propter bonum finem sunt Deo gratæ, et acceptæ, et meritoriæ; et poterit Christus Dominus dicere in die Judicii: Venite Benedicti Patris mei, percipite Regnum; quia fecistis dictas actiones ex ignorantia invincibili propter bonum finem, et ex motibus charitatis; non tamen poterit dicere; Quia furati estis homicidium &a quia hæc omnia significant actiones formaliter ut malas, et peccaminosas –

De mendatio vero non ē similis ratio, nam æquivocum ē; aliquando enim mendacium significat vocem falsam non absolute, sed cum deformitate ad legem, et rationem; et ita significat peccatum, et nullo modo pot ēē meritorium; Aliquando vero mendacium solum significat deformitatem vocis, et conceptum mentis, præscindendo ā morali malitia, et deformitate ad legem, vel rationem; sic inveniuntur mendacia etiam in pueris, et amentibus, et in hac acceptione mendacium non significat peccatum, et si dicatur propter bonum finem cum ignorantia invincibili malitiæ, sicut mendacia fuerunt obstetricas Ægypti in aliquorum sententia potest ēē Deo gratum, et meritorium.

Quarto arguitur. Actio bona, et meritoria hominis justificati ē actio salutaris; sed actio salutaris requirit doctrinam veram; per quam regulatur ergo voluntas requirens rationem errantem, et solum habens conformitatem ad illam, non ē meritoria, bona; et salutaris – probatur minor, quia voluntas salutaris, requirit doctrinam salutarem; sed omnis doctrina sana, et salutaris ē vera: ergo – probatur min – Vel quia doctrina sana ē ā Deo, cum doctrinæ sanitas sit quid bonum; solum autem verum ē ā Deo, nam falsitas in illa veritate ēē non pot, et Deus non ē author eorum; quæ dicere non pot

T[a] cum non possit dicere falsum; nequit esse falsa doctrina, cuius falsi dicitur Author, et consequenter doctrina Sana, et Salutaris debet esse Vera.

2° probatur min: Quia Doctrina Sana, idem est ac Veritas, ait D. Thomas 1[a]. Corinth. 5. ad illa Verba: Dei ædificatio estis – et 1[a]. ad Thimot. 6 ad illa Verba: à Veritate quidem auditum avertent. –

3° probatur min: Quia ~~omnis doctrina fidei~~ bonum intellectus est Verum, malum Vero eius est falsum: ergo bonitas, Sanitas, et Status rectus Cuiuscumque cognitionis et doctrinæ est Veritas.

Quarto probatur min: Quia omnis doctrina falsa admissa, Seducit, Ut ait D. Thomas ad Colossens. 2° ad illa Verba: Videte, ne quis Vos decipiat; Sed nulla doctrina Sana admissa, Seducit: ergo nulla doctrina Sana est falsa, Sed quæcumque est Vera – probatur min: doctrina Seducens in fide, et moribus Cavenda est, Ut dicitur ad Colossens. 2. – et ad Ephes. 3. nemo Vos Seducat Sed doctrina Sana Cavenda non est; Sed quærenda, amanda, et admittenda, Ut dicitur 1[a]. ad Thimot. 1. et 6. – et 2[a]. ad Thimot. 1. et 4. et ad Titum 1. et 2°. ergo nulla doctrina Sana Seducit.

Confirmatur Quia Voluntas repugnans Divinæ Voluntati morali, nequit esse bona; cum Divina Voluntas Sit mensura, et regula omnis bonitatis; Sed omnis Voluntas, qua Volumus mala, Ut mendacia, furta &c[a]. repugnat divinæ bonitati, et honestati morali Dei: ergo non potest esse bona moraliter.

Confirmatur 2°. Quia omnis bona Voluntas est à Deo Authore; Sed nulla malorum Voluntas est à Deo Authore: ergo nulla malorum; seu rerum malarum Voluntas est bona – maior est certa, et min: probatur. Quia Doctores Sententiæ Contrariorum, iuris rerum naturalium et Divinarum possunt dari Ignorantiæ invincibiles; Supponamus Autem Ignorantiam invincibilem fidei Catholicæ, et Errorem invincibilem Singularum Sectarum, et Infidelitatem Gentilismi, ~~et~~ idem quod

Voluntas ipsa Gentilium, et Saracenorum, et Voluntas ipsa idolatrandi, in quamplurimis fuit à Deo authore, q. è absurdum.

R. Quod Doctrina dicitur Sana, quia ordinatur ad Salutem Spiritualem Animae: Sicut Medicina dicitur Sana, quia ordinatur ad Salutem Corporalem; et sicut Medicina dupliciter dicitur Sana, vel quia tribuit infirmo Salutem, vel quia Hominem Sanum praeservat ab infirmitate, quam aliàs Contraheret; ita Etiam doctrina dicitur Sana dupliciter. 1°. quia per se dirigit ad actum Salutarem, et meritorium. 2°. quia Hominem praeservat ab infirmitate peccati; Cum ergo opinio probabilis, et probabilior sufficiens ad Causandum Ignorantiam invincibilem praeservet ab infirmitate peccati, cum Hominem à peccato excusset, ut fatetur iste Modernus; Consequenter praedicta doctrina probabilis, quamvis sit falsa è doctrina Sana, ac proinde iste Modernus tenetur Solvere Argumentum.

Dicendum ergo è, Quòd Doctrina Sana è duplex, alia è Sana, et Salutaris per se, quae scilicet, per se Conducit ad supernaturalem Animae Salutem, et meritum Vitae aeternae, et Haec è doctrina supernaturalis fidei; Quae Verissima è, et numquam potest esse falsa, et ita eius Sanitas in Veritate Consistit, et fides è, quae dirigit intentionem merentis, ut ait D. Augustinus praefatus in Psalm. 31. Alia è doctrina Sana per accidens, quae è doctrina naturalis, nam ita per se non ordinatur ad supernaturalem salutem Animae, sed ordinatur Ex directione fidei, et Imperio charitatis; et Haec doctrina Sana per accidens in materia morali distinguenda è, quia vel è in materia, cuius Veritas Certo, aut Evidenter Cognosci potest, et operans tenetur ipsam scire, et in Hac materia Solum doctrina Vera, et Certa è Salutaris, nam Cognitio falsa è Error, et Ignorantia Vincibilis, et consequenter è peccatum, et infirmitas

Animae

rià; vel ê in mat̃a quæ opinabili, aut credibili fide humana, cujus veritas certo cogni. n̄ pōt; vel operans n̄ tenetr. ipsā scire, et in hac mat̃a, Doctrina ita probabilis, ut sufficiat ad causandā invincibilē ignorantiā, ê Doctrina sana; et salutaris per accidens, et sufficit n̄ solū ad præservandū ab infirmitate peccati; s. etiā ad efficiendū actū meritoriū vitæ æternæ; accedente recta intentione charitatis, et cæteris conditio-nibus ad meritū requisitis; quia supposita tali opinione pbabili, qmvis falsa; postea prudentia format dictamen verū practicē, â quo per se, et immediatè regulatr. actus meritorius, ut dictū ê — Rº. ad argumū in forma, nego min: et ad pbāē distg. min: Oīs doctrina sana, et salutaris per se ê vera, concedo min: salutaris per accidens, nego min; et cōsq. — et ad pr. pbāē min. Rr. quòd doctrina sana per se semper ê â Deo; doctrina vº. sana per accidens ê â Deo; qndo ê vera; secus vº. qndo ê falsa.

Ad 2ᵐ. Rr. quòd doctrinæ sanitas ê veritas in doctrina sana per se; et in doctrina sana per accidens, qndo ê in mat̃a certo cognoscibili, et de hac loquitr. Scriptura, et D. Thōs; in doctrina vº. sana per accidens circa matā, cujus veritas certo cogni. n̄ pōt, sanitas ê probabilitas sufficiens ad causandū errorē, l. ignorantiā invincibilē.

Ad 3ᵐ. Rr. q. falsū cognitionis speculativæ ê malū intellectus speculativi, et ejus bonū ê verū speculativū, et similitr. malū intellectus practici ê falsitas practica; ut ejus bonū ê practica veritas; et ita falsū speculativū probabilis opinionis n̄ ê malū intellectus practici, s. speculativi, quo malo supposito fiatr. judiciū verū practicū prudentiæ, â quo immediatè regulatr. actus meritorius, nā cognitio quæ speculativa, sive sit vera, sive falsa non movet voluntatē immediatè, nec dirigit ejus actus, s. hoc pertinet ad intellectū practi-cū; et ad ejus judiciū.

Ad 4am prob. Rx. Quod seductio cavenda, solum est circa materiam certo cognibilem per fidem, aut aliquo visibiliter inerrabilem; non in materia pure opinabili; cuius veritas certo cogni non pot. non est possibile vitare semper errorem, aut deceptionem; etiam sequendo opinionem probabiliorem; quia multa sunt falsa probabiliora veris; et communiter non adest praeceptum, aut consilium vitandi semper in hac materia errorem; aut seductionem, quia Deus impossibilia nec iubet, nec consulit: Vel Apostolus dicens: Videte ne quis vos decipiat, aut seducat; loquitur de seductione culpabili, et voluntaria; quae solum datur in materia; cuius veritas certo cogni pot., et de hac etiam loquitur ibi D. Thomas – Vel distinguo 1a. est maior omnis doctrina falsa admissa seducit, seductione voluntaria; et culpabili, nego mai.; seductione culpabili, vel inculpabili secundum diversitatem materiae concedo mai. – et distinguo min: nulla doctrina sana seducit, si sit sana per se concedo min; si sit sana solum per accidens, in materia pure opinabili, nego min; – vel aliter distinguo min. nulla doctrina sana seducit seductione voluntaria; et culpabili, concedo min, seductione inculpabili; et involuntaria; nego min, et Conseq. – et ad prob. minoris distinguo mai. doctrina seducens in fide; et moribus cavenda est; si caveri possit concedo min; si non autem neg. min. – Sed caveri non pot. in materia pure opinabili, et concessa minori; nego Conseq.

Ad 5am Confirm. distinguo min; omnis voluntas, qua volumus mala formaliter repugnat bonitati, et honestati Dei, concedo min; qua volumus mala materialiter, et bona formaliter, non min; et Conseq. – nam operans ex errore invincibili ex recta intentione, vult formaliter bonum medium; bonitate desumpta ex fine; et malitia obiecti, seu medii materialiter, et per accidens se habet, cum non sit voluntaria; et ita non vitiat voluntatem; et supra diximus ex D. Thoma

Quæd bonitas moralis Dei Consistit in eius libera Voluntate, et ut Voluntas humana sit moraliter bona sufficit, quod Conformetur cum Voluntate Divina in Volito finali, quod est motivum, et finis bonus, et non requiritur Conformitas in Volito materiali, vel sufficit Conformitas in genere Causæ efficientis, Volendo, quod Deus Vult nos Velle, licet non Velimus objectum, quod Deus Vult, tamen cum illo Conformamur.

Ad 2.um Conseq. Similiter distinguo minorem nulla malorum Voluntas est a Deo, si sit malorum finaliter, Concedo minorem: si sit malorum materialiter, et bonorum finaliter, nego minorem — et ad probationem Respondeo non esse hic locum disputandi de materiis, de quibus potest dari error, et ignorantia invincibilis, et nullus Catholicus admittit errorem invincibilem circa omnes hæreses, et circa totum Mahometismum, et circa idolatriam; hæc enim sunt contra lumen naturale rationis, aut Synderesis, ita immerito ut error circa ipsa humano studio, et lumine naturali rationis Vitari possit; circa materias vero in quibus Gentiles, vel infideles invincibiliter errant, non est inconveniens Concedere, quod talis Voluntas circa objectum, in re prohibitum, si sit propter bonum finem, cum invincibili ignorantia prohibitionis est actus bonus, honestus, et laudabilis in hæretico Gentili, et Mahometano, et quod sit actus causatus a Deo, ut in Catholico, tales actus sunt a Deo boni, et laudabiles.

Quæstio V.ta Artus, 5.us

Utrum Homo possit sibi mereri 1.am Gratiam?

Conclusio D. Thomæ est negativa, quia si homo posset mereri 1.am gratiam, vel esset per opera præcedentia ipsam, vel per subsequentia, sed neutrum est possibile: ergo homo nequit sibi mereri 1.am gratiam — minor probatur pro 1.a parte probatur. Quia donum divinæ gratiæ dupliciter considerari potest, uno modo sub ratione boni gratuiti; et sic manifestum est, quod omne meritum repugnat gratiæ, quia ut dicit Apostolus ad Rom. 2 —

si esso operibus, ig n. ē Gratia – Alio modo pot considerari Gratia sine ratione rei, quia donatur, et sic etiam n. pot cadere sub merito, n. habentis gratiam – tum quia excedit proportionem naturae, – tum etiam quia, ante gratiam in statu peccati, homo habet impedimentum promerendi gratiam, scilicet ipsum peccatum: ergo homo n. pot mereri primam gratiam per opera praecedentia ipsam –

pro 2.a parte prob. min: nam postquam aliquis iam habet gratiam, n. pot gratia iam habita cadere sub merito operum subsequentium, quia merces ē terminus operis; gratia vero ē principium cuiuscumque boni operis in nobis; s. terminus extrinsecus motus meritorii nequit ēē principium effectivum, aut formale ipsius: ergo gratia iam habita nequit ēē merces, nec mereri pot per opera subsequentia; si vero aliud donum gratuitum aliquis mereatur virtute gratiae praecedentis, iam n. erit prima gratia: unde manifestum ē, quod nullus sibi pot mereri primam gratiam –

Quia tamen prima gratia pot ēē; l. prima gratia habitualis sanctificans, l. prima gratia auxilians; et haec pot ēē; l. excitativa naturalis, quae datur ad primum actum naturalem honestum, et meritorium; vel excitativa supernaturalis data ad primum actum supernaturalem, qualis ē actus fidei infusae – et meritum etiam pot ēē de congruo, et de condigno; et D. Thomas absque distinctione primae gratiae, et meriti loquitur – ideo difficultas ē, circa literam de qua gratia loquatur: et quod meritum excludat ratione ipsius: de quo sunt diversae theologorum interpretationes; ipsis tamen omissis –

Dicendum ē primo quod D. Thomas loquitur de prima gratia supernaturali; abstrahendo ab hoc, quod sit prima gratia habitualis; l actualis, seu auxilians; in aliquibus enim prima gratia ē gratia habitualis, ut patet in parvulis baptizatis – in aliis vero prima gratia ē actualis, seu auxilians, ut in adultis pat.

Non Baptizatis, qui convertunt. ad fidē; et D. Thōs docet; q.d l.ª gratia Supernatūlis, sive habitualis; sive actualis n̄ cadit sub merito; et q. loquat. de l.ª gratiâ supernātali constat; quia probat Cl.em q.d a l.ª gratia excedit proportionē nāe, et ita n̄ pōt cadere sub merito operis nālis praecedentis; gratia autē excedens proportionē nāe ē supnālis, nō auxiliū datū ad bona opera nālia praecedentia n̄ excedit proportionē nāe. Et prius dixerat D. Thōs; q.d l.ª gratia pōt considerari in rōe doni gratuiti; et ratio doni gratuiti in rigore n̄ convenit auxilio nāli dato ad opera nālia, praecedentia vocationē ad fidē; nō ut notat Glossa ordinaria ex D. Cyrilo ad illud Iacobi l.º Omne datū optimū; et omne donū perfectū desursū ē, descendens à Patre luminū. perfectiones intra ordinē nāe dicunt. data Dei; perfectiones v.º supnāles dicunt. dona, hae enī sunt antonomasice dona gratuita; quae excedunt proportionē nāe.

Nec obstat, q.d D. Thōs loquat. de gratiâ; quae ē prius cuiuslibet boni operis in nobis; ut ait in probatione 2.ª partis, et in solutione ad 3.m. gratia autē; quae ē prius cuiuslibet boni operis n̄ ē supnālis; nō plura bona opera intra ordinē nāe effici possunt absque gratia supernāli.

Non, inquā obstat; quia D. Thōs loquit. de bono opere simpliciter. tali; q.d ē opus meritoriū; nō ut supra diximus in phrasi D. Thō, et Sancto rū Patrū n̄ dat. opus simpliciter. bonū, nisi procedat ex imperio charitatis, et hoc opus bonū nāario debet procedere à gratiâ supernāli; si autē D. Thōs loqueret. de quolibet bono opere, etiā in ordine nāli, ut contendit Vazquez, probaret l.ª gratiā n̄ posse cadere sub merito operis praecedentis, q.a ante l.ª gratiā, quae ē prius cuiuslibet boni operis n̄ pōt praecedere aliquod opus bonū; S. si aliquod

Opus procedit n. ē bonū, s. malū, et peccatū, quod n. pōt mereri 1. Gratiā, quæ ē clarissima probatio. Cū ḡ. D. Thōs n. adduxerit hanc probationē, et hoc probaverit, quia 1.ª Gratia excedit proportionē nāæ, et q.ª ante 1.ᵍ Gratiā procedit in operante impedimentū peccati; quæ probationes suppo: nunt, ante 1.ᵍ Gratiā dari operationes honestas nāales, impeditas, tamen per peccatū, et improportionatas cū gratiā; evidenter n. loquitur de quolibet bonō opere, etiā in ordine nāali; s.ᵈ de bonis operibus simpliciter proce: dentibus ex imperio charitatis, et ex gratiā supernāali.

Quod autē D. Thōs loquatur de 1. Gratia, quæcum: que illa sit, sive actualis, sive habitualis, probatur, nā in primis loquitur de 1.ª Gratia, quæ ē habitualis, nā docet, q.ᵈ ante 1.ᵍ Gratiā ē impedimentū peccati, et ita opera procedentia 1.ᵍ Gratiā n. possunt ipsā mereri, quæ ratio solū procedit de 1.ª Gratiā habituali, remissiva peccatorū, quæ semper sup: ponit peccatū n. remissū, nā 1.ª Gratia actualis n. semper supponit peccatū, ut pat. in Adultis Baptizandis in pueritia, in quibus 1.ª Gratia actualis n. supponit impedimentū peccati, cū n. supponat ipsū remissū per Baptismū. Tū etiā quia ut dictū ē; loquitur de 1.ª Gratia, quæ ē prīū boni operis simpliciter procedentis ex imperio charitatis, et meritorii in ordine super: nāali, et hæc 1.ª Gratia ē habitualis, ā qua procedit ipse actus charitatis. Tū etiā quia in solutione ad 2.ᵘ̃ dicit: q.ᵈ Deus n. dat gratiā, nisi dignis, n. tū ita, q.ᵈ prius digni fuerint, s.ᵈ quia ipse per gratiā facit eos dignos, qui solus pōt facere mundū de immundo conceptū semine. Gratia autē faciens hōies dignos, et mundos de immundo conceptos semine ē 1.ª Gratia habitualis, et remissiva peccati originalis, et evidenter D. Thōs clare loquitur de 1.ª gratia, etiā si sit habitualis.

Praeter.

Quōd autem loquat. D. Thōs de 1ª gratiâ, etiam si sit actualis constat. - Tum ex rationibus articuli, quæ etiam currunt de gratiâ auxiliante supernāli; hæc enim excedit proportionem nāe, et ē principium ipsius meriti; et quamvis n̄ semper supponat impedimentum peccati præcedentis, ut contingit in Baptizatis in infantiâ, in ipsis tamen n̄ hēt rōnem 1ª gratiæ; et ita quoties hēt rōnem 1ª gratiæ, antea supponit impedimentum peccati; rōne cujus n̄ pōt cadere sub merito operis præcedentis — Tum etiam ex solutione 1ⁱ argumenti, q̄ ē hujusmodi: quia ut Augnus dicit: fides meret. Justificationem; S. homo justificat. per 1ª gratiam: ergo homo pōt sibi mereri 1ª gratiam — ad quōd Respondet D. Thōs, q̄ D. Augnus videt. retractasse prædictum dictum — 2º Respondet dicens: S. si supponamus, ut fidei veritas hēt, quod initium fidei sit in nobis a Deo; tum ipse actus fidei, etiam consequit. 1ª gratiam; et ita n̄ pōt ēē meritorius 1ª gratiæ — Ubi loquit. de 1ª gratiâ, quæ sicut doctrina fidei præcedit 1ª actum fidei, hæc autem 1ª gratia n̄ ē habitualis, S. actualis, et auxiliatrix, cum 1ᵘˢ actus fidei possit ēē in peccatore, et sit dispositio remota ad justificationem: ergo D. Thōs loquit. de 1ª gratiâ, quæcumque illa sit, sive habitualis, sive actualis.

Dicendum ē 2º q̄. D. Thōs solum excludit meritum de condigno rē 1ª gratiæ supernālis, n̄ vero meritum de congruo; quia D. Thōs probat 1ª gratiam n̄ posse cadere sub merito operis præcedentis - Tum quia ē simpliciter donum gratuitum Dei — Tum quia excedit proportionem nāe — Tum etiam quia ante 1ª gratiam supponit. in hōe peccatum, quōd impedit meritum 1ª gratiæ; S. istæ rationes excludunt meritum de condigno; n̄ vero meritum de congruo, in sentª D. Thōe: ergo D. Thōs solum excludit meritum de condigno - minor pro 1ª parte probat. Quia illud, q̄ cadit sub merito de congruo, n̄ amittit rationem gratiæ, et boni simpliciter gratuiti, nam ut docet

D. Thas hic art. 6. et in 2°. dist.e 27. q. 1. art. 3. et ad Heb. 6. Lect.e 3. meritum de Condigno innititur Justitia; meritum V° de Congruo innititur misericordia, et Liberalitate Dei, et ita, q. tribuitur merito de Congruo n. e. effectus Divinae Justitiae; S. Liberalitatis, et Misericordiae, et coenet. sed simpliciter rationes doni gratuiti, et indebiti: q. 1a. ratio D. Thae solum excludit meritum de Condigno.

2°. pbr. min: pro 2a. parte; quia gratia excedere proportionem naturae, solum probat, n. posse cadere sub merito de condigno; non q. possit cadere sub merito de Congruo bonorum operum naturalium, docet D. Thas in 2. dist.e 27. quaest.e 1. ad 4m. et art. 6. in corpore, et ad 4m. nec in hoc articulo retractavit praedictam sententiam ut aliqui existimant; non hac retractatio ex nullo verbo huius articuli colligi pot. imo art. 3° et 6. huius quaestionis docet: q. actus humanus pot. considerari, et quatenus procedit ex gratia, et sic e. meritorius de Condigno vitae aeternae; et quatenus procedit ex libero arbitrio; et sic n. pot. e. meritorius de Condigno propter maximam inaequalitatem ad gratiam, l. gloriam, e. tn. meritorius de Congruo, propter quandam aequalitatem proportionis. Videtur enim congruum, ut hoi operanti sm. suam virtutem, Deus recompenset sm. excellentiam suae virtutis, et congruum e., ut dum hoo bene utit. sua virtute, Deus sm. superexcellentem virtutem, excellentius operet.; huiusmodi autem congruentia inveniunt. in hoie bene operante sm. suam virtutem naturalem, et faciente totum, q. in se e., per bona opera naturalia; ergo inde in bonis operibus naturalibus recognoscit D. Thas in hac quaestione meritum de Congruo, ru. 1a. gratiae supernaturalis; ut tenet etiam sic Mag. Joan. a S. Tha. disp. e 30 in fine. et disp. e 31. art. 1. Ut autem supra diximus; hoc n. e. meritum de Congruo, congruitate intrinseca, q. in bono opere

naturali.

Naāli; nulla ē innitā Sabitudo; nec aliquōd Ius inaney ad gratiā Supernaāle; quæ excedit totū ordinē nāe; S.ª ē Congruitas extrinseca desumpta ex magnitudine Divinæ Omnipotentiæ; Misericordiæ, et Liberalitatis; Quā differentiā Sanè insinuavit D. Thōs in 2º. dist.ᵉ 27. q.ᵉ 1. art. 6 ubi ait: q. homo sibi meret. de Congruo gratiā per opera naālia; et homo meret. etiā de Congruo alteri 1.ª gratiā; ita tamen, q. ē hic plus de roē meriti; quā qndo aliquis dicit. sibi mereri gratiam ex Congruo — et rationē reddit in Solut.ᵉ ad 4.ᵘ Quia opus alienū, informatū gratia; plus accedit ad meritū Condigni, in quō ex radice gratia procedit; quā opus propriū; q. ex puris naālibus Caat. q. idē ē in re; ac unū meritū habere Congruitatē Solū extrinsecā; alterū vº habere intrinsecā Congruitatē ā gratiā, ā qua infiat. Vᵉ. hoc meritū de Congruo Congruitate extrinseca n. excludit.; Ex eo q. gratia Concedat propotionē naæ —

3ª. p.ʳ minor pro 3.ª parte; nā peccatū mortale praexistens impedit meritū condignū, n. vº meritū de Congruo, Ut ait D. Thōs ad Heb. 6. Lect.ª 3 — et in 4º dist.ᵉ 15. q.ᵉ 1. art 3 quæstiunc. 4 dicens: et ideo opera extra charitatē facta n. S.t meritoria ex Condigno; nec æterni; nec temporalis boni apud Deū; S.t quia divinā bonitatē decet, Ut Ubicumque dispositionē invenit, perfectionē adjiciat; ideo ex merito Congrui dicit aliquis mereri aliquōd bonū per opera extra charitatē facta — S.t maxime nottanda S.t verba; quæ addit: quia tn̄ hoc meritū; n. propriè meritū dicit. ideo magis Concedendū ē; q. huiusmodi opera n. S.t alicuius meritoria; quā quōd sint — Vᵉ. hæc opera in peccato; vel extra charitatē abluta n. dicunt. merita; bene tn̄ cū addito diminuente, dicunt. merita de Congruo, et ita abluta dicendū ē; q. 1.ª gratia Supnaālis; sive sit actualis; sive habitualis n. cadit sub merito, Ut loquit. D. Thōs in hoc arto

Cum addito tamen dici pōt; q.d pōt Cadere sub merito de Congruo, vel Congrui, et coerent.r nulla ē Contradictio intr. prædictas propositiones, nec per unā verācatur alia.

Ex quo Constat; q.d dū Tridentinū Sess.e 6 cap.e 5. docet: Exordium nrā Iustificationis in Adultis sumendū ēē ā Divina Gratia hoc ē, ab eius Vocatione; qua nullis eorū existentibus meritis Vocantr, excludit meritū condignū; q. ē propriē tale, n̄ v.o meritū de Congruo, q. ē tale impropriē; n̄ enī repugnat 1.a gratia auxiliantī supnālī, qualis ē 1.a Vocatio ad fidē supernālē Cadere sub merito de Congruo operū præcedentiū; nec obstat; q.d Tridentinū excludat meritū, cū universali distributione negativa, ibi: nullis eorū existentibus meritis; quia negatio solū distribuit terminū sm̄ propriā significationē, nisi ponatr. addictū alienans, aut diminuens; ut cū dicitr. nullus hō ē in Eclesia; q.d verū ē, nullo hōe vivo in Eclesia existente, qmvis ibi sint plures hōes mortui, et picti — similitr cū eadē Sess.e cap.e 8. ait: Gratis autē Iustificari, ideo dicamur, q.a nihil eorū, quæ Iustificationē præcedunt, sive fides; sive opera, ipsā Iustificationis gratiā promerentr — Si enī gratia ē; iā n̄ ex operibus; alioquin, ut idē Apost.lus inquit; gratia iā n̄ ē gratia; solū excluditr. meritū Condignū; cui sit debita gratia; nā debitū opponitr. gratiæ, et q.d debetr. operibus, dicitr. ēē ex operibus; ex Apostolū dicente: Ei, qui operatr. merces n̄ imputatr. sm̄ gratiā; s.d sm̄ debitū, id ē ei, qui operatr. Condigne; hoc autē n̄ currit in merito de Congruo; q.d n̄ fundat ius, nec debitū vii gratiæ sanctificantis, nec innititr iustitiæ, s.d Liberalitati, et Misericordiæ Dei; ut ipsi innititr impetratio; Unde ut n̄ repugnat vōi gratiæ sanctificantis, quōd per operationes, et bona opera impetretr. ā peccatore; ita ipsi n̄ repugnat, q.d cadat sub merito Congrui; q.d dicitr. meritū impetratoriū, innitens Liberalitati, et Misericordiæ Dei.

S.

S. Objicies: q. Sent.a Asserens; dari meritum de Congruo in ordine ad 1.a Gratiam Supernaturalis Auxiliantem è error in fide, Pelagianorum; et Semi Pelagianorum; damnatus in diversis Concilijs; Ut ibi cum Montezino; Lorca; et Araujo, Mag. Ioanne à S. Thóa ait Gonet, et plures alij Moderni; S. D. Thás absque ullo prorsus Scripsit; Ut ait Clemens Octavus: q. dicere non potuit; q. 1.a gratia auxilians Supernaturalis; aut 1.a Vocatio ad fidem, Cadit sub merito de Congruo bonorum operum naturalium-

Nec Valet dicere: q. Pelagiani; et Semi Pelagiani Concedebant meritum de Condigno in ordine ad 1.am Gratiam Auxiliantem; et hic è error damnatus ab Eclesia, non Ut. Sent.a Concedens meritum de Congruo resp.u 1.a gratiae Supernaturalis-

Nam Contra è, q.d Cassianus Lib. 12 de Institut.e Monachorum cap.e 11 dicit: petitionem, et Inquisitionem et pulsationem nostram non èè Condignam; nisi Misericordia Dei id; q. petimus dederit- - et idem dicit Collat.e 13. Cap.e 13. Ubi negat meritum Condignum resp.u 1.a gratiae, Ut etiam Faustus Regiensis, Antecessor D. Prosperi in Episcopatu Regiensi Lib. 1. de Libero Arbitrio Cap.e 1?. et tamen S. Prosper Lib. Contra Collatorem cap.e 6. redarguebat Cassianum dicens: Quomó autem non advertis te in illud damnatum incidere, q. Velis; nolis Convinceris dicere: Gratiam Dei Sm merita nostra dari- Et Similit.r Loquit.r D. Aug.nus de praedestinat.e Sanctorum Cap.e 2: q. error è Concedere, etiam meritum de Congruo, resp.u 1.a gratiae Auxiliantis supernaturalis.

R.o Quòd de hoc Arguto; iam aliqua Supradiximus; et Late in tractatu de gratia q.e 109. Art. 6 - S. quia in hoc Arto plures Moderni Theologi intelligentes, Errores Pelagianorum, et Semi Pelagianorum; Divo Thóa; et Antiquis Theologis Attribuunt praedictum errorem; necesse è

Item dare Verba D. Aug.ni de Gratia, et Libero Arbitrio Cap.e 6 Decimus: S.
cum dicunt Pelagiani; Hanc esse solum, non sm merita nostra Gratiam, qua Hoi peccata
dimittunt; illam V.o quae datur in fine, id est ad aeternam Vitam, meritis nostris praece-
dentibus reddi; Respondendum est illis: Si enim merita nostra, sic intelligerent,
Ut etiam ipsa dona Dei esse cognoscerent, non esset reprobanda ista sententia, quoniam
V.o merita humana, sic praedicant, Ut ea ex semetipso habere hoiem dicant;
prorsus rectissime Rt. et Apostolus; quis enim te discernit? quid habes, quod non
accepisti? aut si accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis? prorsus talia cogi-
tanti Verissime dicitur: dona sua coronat Deus, non merita tua; si tibi â te
ipso, non ab illo, sunt merita tua; haec enim si talia sunt, mala sunt; quae mala sunt
non coronat Deus; Si autem bona sunt, Dei dona sunt; quia ut dicit Apostolus
Jacobus: Omne datum optimum, et omne donum perfectum desursum est, descendens â Pa-
tre luminum: V.e dicit Joannes Praecursor Dni nostri; non pot. hoio accipere
quidquam, nisi fuerit ei datum de Coelo — et idem ait Lib 4. ad Bonif. cap.e 6.o

In quibus Verbis 1.o notandum est quod Pelagiani dicebant
Gratiam remissionis peccatorum non dari sm merita nostra, et cum haec Gratia re-
missionis peccatorum sit Gratia habitualis Justificans, consequenter asserebant hanc
gratiam habitualem non dari ex meritis; quamvis Moderni oppositum errorem Pelagia-
nis attribuant; S.o solum asserebant, quod Gratia auxilians, quae datur ad opera
conducentia ad consequendam Vitam aeternam, datur ex meritis praecedentibus
habitis Viribus naturae —

2.o est notandum quod Pelagiani, et Semipelagiani errabant, quia dicebant,
hoiem mereri 1.m Gratiam per opera non data, aut donata â Deo, nam si dicerent,
quod talia merita essent donata â Deo, non esset reprobanda ista sententia ait D.
Aug.nus; quam ipse sequitur loco citato ad Bonif. — ad Verificandum autem, bona
opera nostra esse dona Dei, duas conditiones requirit D. Aug.nus — 1.a quod talia
bona opera sint â Deo praedefinita, praeparata, et praedestinata, Ut danda in

tempore

Tempore — 2ª q.º Deus ipsa opera in tempore donet per gratiã, n̄ quamcumque; s.º faciens nos velle, et facere bonũ, Ad.ª illud Ezechielis 36 faciam, ut in praeceptis meis ambuletis: utramque autẽ Conditionẽ ponit loco citato, et de predestinat.º Sanctorũ cap. 41. et de bono perseverantiae cap. 47.

3.º notandũ ē; q.º D. Augus.nus ibi docet: oīa bona opera nostra, sive sint nālia, sive supnālia ēē dona Dei, quia si n̄ sũt dona Dei, dicit ēē mala, et peccata illis verbis: si tibi â teipso, n̄ ab illo sũt merita tua, haec enĩ si talia sũt, mala sunt, quae mala sũt, n̄ Coronat Deus; si autẽ bona sũt, Dei dona sũt — Quod confirmavit Conciliũ Arausic. Can.º 22 dicens: nemo hēt de suo nisi mendaciũ, et peccatũ; habere autẽ de suo, ē n̄ habere illud donatũ, aut datũ â Deo, s.º â seipso absque auxilio Dei moventis, et facientis nos velle, et facere bonũ: u.º n̄ cuiuvis boni operis, etiã nālis requirit D. Augus.nus Divinã praedestinationẽ, quâ ab aeterno praeparaverit, dare in tempore opus bonũ, et auxiliũ, quo Deus in tempore facit nos velle, et facere bonũ, hoc autẽ auxiliũ, et praedestinationẽ, seu praedefinitionẽ negabant Pelagiani; Concedebant v.º aliqui semi Pelagiani ad consummationẽ bonorũ operũ, s.º ipsũ negabant ad initiũ boni operis — s.º D. Augus.nus ipsũ concedens in ordine ad omnia bona opera, hoc auxiliũ appelabat gratiã, quae dat.º ad singulos actus, q.ª licet hoc auxiliũ sit debitũ ad efficiendũ aliquod bonũ opus facile, eo quod liberũ arbitriũ n̄ fuit extinctũ per peccatũ, s.º viribus attenuatũ, et inclinatũ, n̄ tñ ē debitũ semper, et in omni occasione, imò in nulla occasione determinata ē debitũ, s.º solũ vage, et indeterminate, et ita hõ debet per orationẽ ipsũ â Deo petere, et pro ipso collato gratias agere, nec hõ põt in se confidere, aut sperare, et n̄ in Deo, quia nullũ opus bonũ, quamtumvis facile põt hõ habere, n̄ datũ, et donatũ ab ipso Deo per praedictũ auxiliũ.

S.º Sane D. Augus.ni doctrinã, et sent.ª sequũtur S.S. D. Thõs, Scotus, Durandus, et alii antiqui Theologi, Concedentes bonis operibus nālibus aliquã rōnẽ dispositionis meriti de congruo, et impetrationis in ordine ad 1.ª gratiã supnālẽ auxiliantẽ, vel in ordine ad vocationẽ ad fidẽ Catholicã

Omnes enim dixerunt contra Pelagianos, et Semi-Pelagianos, non solum posse, velle, et facere bonum esse donum Dei, sed etiam ipsum velle, et agere bonum, et bonum usum liberi arbitrii donari à Deo omnium bonorum Largitore: 2º illud dictum 17 Qui dat vitam inspirationem, et omnia – et similiter dixerunt: omnia bona opera nostra, etiam naturalia esse ab aeterno à Deo praedefinita, praeparata, et praedestinata; ut diximus in tract. de volunt. Dei, et in hoc decreto praedefinitivo, et praedestinativo; cogni à Deo nostros actus liberos futuros; ut diximus in tract. de Scia Dei, et similiter dixerunt; quod Deus in tempore per suum auxilium praeveniens tribuit nobis cta bona opera, etiam naturalia; faciendo nos velle, et facere bonum; quamvis in explicando naturam, in qua consistit hoc auxilium, quod est valde occultum; ut saepius ait D. Aug.nus fuerint, et sint diversae sent.ae de quibus agimus in tract. de gratia: 1º haec sent.a antiquorum concedens bonis operibus naturalibus, à Deo datis, ratione dispositionis remotae meriti de congruo, et impetrationis; sui 1ae vocationis ad fidem supernaturalem, non est reprobanda, ut Pelagiana, vel Semi-Pelagiana, quam sent.3 etiam sequitur Vazquez, et eius sectatores.

Aequivocatio autem in hac materia processit ex diversis nominibus: tú: gratia, et similiter: vires, aut vigorem naturae; quod enim hoc auxilium efficax, et praeveniens quo Deus facit nos velle, et facere bonum, quod à D. Aug.no vocatur gratia praeveniens, quae datur ad singulos actus, à D. Thô. 1.2ae q. 109. art. 1. et sequentibus, apelatur auxilium Dei movens; quod provenit à Deo, ut à 1ª causa, et 1º motore, sine cuius motione non solum liberum arbitrium, sed nec ulla causa 2ª potest elicere aliquam actionem, et communiter est universaliter requisitum ad omnes actiones creatas; ideo à Theologis scholasticis vocatur concursus generalis Dei, non concomitans, nec simultaneus, sed praevius, et praeveniens; et nolunt ipsum gratiam apellare, ut ipsum distinguant à gratia

Extr.ae

Concursus supnaali; t. a grana; quae dat. ad actus difficiles virtutum naalium in ordine ad quos; licet in libero arbitrio sit pota phisica, n vo. moralis; et ita quando Scholastici dicunt: q. hoo per vires naae pot efficere actus honestos naales impetratorios t. meritorios de congruo t.a grana; per vires naae intelligunt potem naalem, cum concursu pravio, et generali Dei; q. e auxilium Dei mobentis; sine dono tn. grana supnaalis - quando autem hoc dicebant Pelagiani, et semi Pelagiani, per vires naae intelligebant potem naalem abique auxilio Dei mobentis; et concursu pravio generali Dei; quo Deus facit nos velle, aut facere bonum; et in hoc consistebat ipsorum haeresis; cum tn. antiquorum theologorum senta. sit catholica; hoc autem auxilium Dei mobentis, requisitum ad omne opus bonum; Varzquez apelavit cum D. Augno, granam Dei, quam requirit in ordine ad omne opus bonum, etiam naale; et graa etiam apelat. a D. Thá t. 2a. q. 112 art. 2 ubi ait: q. grana dicit. dupliciter: quandoque quidem ipsum habituale donum Dei; quandoque autem auxilium Dei mobentis aiam ad bonum; et ad t.a granam requirit in adultis aliquam praeparationem, aut dispositionem; n vo. ad granam 2o. modo acceptam, subdens: q.a potius quaecumque praeparatio in hoie ee pot, e ex auxilio Dei mobentis aiam ad bonum - vo. sumpta t.a grana pro auxilio Dei mobentis, sive sit naale, sive supnaale, de fide e; q. t.a grana n pot cadere sub merito boni operis praecedentis, cum sit prium initium boni operis; n tn. e de fide; q. t.a grana supernaalis auxilians, aut t.a vocatio ad fidem n possit cadere sub merito de congruo boni operis naalis, denati a Deo -

2o. pot Reri ad 2a. solutionem datam inter arguandum, nam licet Varzquez t. q.e disp.e 91. cap.e 15. - et Suarez lib. 2 de praedestinat.e cap.e 6. contendant, semi Pelagianos solum cognovisse meritum de congruo tn. t.a grana auxiliantis, et ad salvandum efficacem verbis D. Augni, et aliorum Patrum, asserant, q. meritum de congruo destruit rationem granae omnino

Gratuita; qualiter nobis revelata e in Sacra Scriptura; q. Vazquez intelligit de v. Gratia simpliciter; sive sit naturalis; sive supernaturalis; qd. Verum existimo. Aliàs praecederet sane v. gratiam, aliquod meritum, n donatum à Deo; q. homo prius Deo daret; ut postea pro retributione reciperet v. gratiam; contra illud ad Rom. 11. qui prior dedit illi, et retribuetur ei; quoniam ex ipso, et per ipsum, et in ipso sunt omnia. Suarez v. hoc intelligit de v. gratia auxiliante supernaturali; quae etiam n posse cadere sub impetratione, aut merito impetratorio affirmat n. 40 — q. tamen falsum existimo; quia hoc colligi n potest ex Sacra Scriptura, Conciliis; et Patribus; nec aliquis negare pot, quod Maurum; aut infidelem unum Deum cognoscens honeste; et laudabiliter pot Deum orare, et ab ipso petere lumen, aut auxilium ad cognoscendum veram fidem; et qd. Praedicator; qui ipsum ad fidem convertere conatur; honeste ipsi suadebit, qd. ita Deum oret; si autem talis oratio n posset impetrare auxilium postulatum, esset dicta oratio; et admonitio Praedicatoris esset superflua: v. merito concedit Sanza 2. 2ae. q. 83. Art. 16 disp. 6 n. 4. quod talis oratio ex Dei misericordia exaudiri pot; et consequenter pot impetrare auxilium postulatum.

Caeterum quidquid sit de hoc; in quo n licet immorari; probabilius existimant Vega, et Soto; quos ipsi referunt; meritum de congruo n tollere rationem v. gratiae supernaturalis; quia n fundat debitum; cui ex iure debeatur merces; et praemium v. gratia; et D. Augustinus; et caeteri Patres dicebant; meritum assertum à Pelagianis, et Semi Pelagianis tollere rationem gratiae; quia ista gratia esset debita operibus praecedentibus; n donata à Deo; et consequenter n esset gratia: v. D. Augustinus lib 4 ad Bonif. cap. 6 concludit hoc argumentum dicens; ac sic gratia, iam n sit gratia; quae n e gratuita, cum redditur debita. et de praedest. SS. cap. 2 redditur neque hoc pacto

debita

Debita, n. donat. gratis. Et Cap.e 3. Quae usque n. ē gratia, si eg. illa merita praecedunt, ne ius, quod dat. n. sim. gratis, s. indebitis reddat. potius meritis, quis donet. Meritum autem fundans ius, et debitum ē meritum de condigno; et ita hoc meritum in re concedebant praedicti haeretici, quamvis ipsum vocibus negarent, ne tamquam manifeste haeretici damnarent. Eis enim ponentibus, initium boni operis, sit a Deo promissa gratia, requisita ad consummationem boni operis. Ut fatebant. Semi Pelagiani, et concedebat etiam D. Aug.nus; et actus humanus mereat. illud ad quod ordinat. ex divina promissione; consequent. tale initium boni operis in iustificatis vere erat meritorium gratiae consummativae boni operis; et quamvis Cassianus diceret: q.d initium boni operis erat quid parvum vel dignitatis maxime gratiae, et consequent. n. poterat ipsum de condigno mereri, convincebat. falsum dicere, nam initium boni operis ab ipso assertum, n. erat quid minimum; s.d valde magnum, et sufficiens ad merendum de condigno v.g. gratiam; quia per initium boni operis intelligebat actus fidei, spei, charitatis, orationis, et boni desiderii, aut propositi vitandi peccata, et exercendi actus omnium virtutum; per consummationem autem boni operis intelligebat executionem boni propositi, l. desiderii, et observantiam exercitii legis Dei; et illud initium n. erat quid minimum; s.d valde magnum, cum includat praecipuos actus virtutum, quibus homo iustus meret. de condigno vitam aeternam; et consequent. etiam erant meritorii de condigno gratiae consummativae boni operis, quae inferior ē vita aeterna: v.g. Sanctus Prosper contra collatorem Cap.e 30 ait: et tanta ē sim ipsum liberi arbitrii, l. incolumitas, l. facultas, ut charitatem, quae in omni actu virtutum ē, n. ex Dei munere, s.d ex sola sua voluntate. Ubi clare loquit. de charitate accendi, quae cum sit condigne meritoria vitae aeternae, a fortiori erat condigne meritoria gratiae consummativae boni operis.

Praeterquam quod gratiam requisitam ad consummationem boni operis non dicebant Semi-Pelagiani esse entitatiue supernaturalem, supponebant esse eiusdem ad entitatem naturalem, ut initium, et consummatio boni operis in ipsorum sententia erant entitatiue eiusdem ordinis; et solum propter magnam difficultatem, quae reperitur in consummatione bonorum operum requirebant adiutorium auxilium gratiae entitatiue naturale, quod non requirebant ad initium boni operis; quod ipsis facile videbatur; et eo ipso, quod initium boni operis esset eiusdem ordinis cum gratia consummatiua boni operis, poterat de condigno mereri ipsam; cum meritum non petat aequalitatem formalem cum praemio; supponitur praemium debet meritum excedere; ut finis excedit media. Unde solutio Cassiani ad rationes D. Augustini erat insufficiens, et in re Cassianus concedebat primam gratiam auxiliantem dari ex merito condigno; quamvis hoc negaret verbis. Ut etiam Faustus Regiensis, qui lib. 2 cap. 3 asserebat praedestinationem hominis ad gratiam, et gloriam habere rationem iudicii, praeuenientia voluntatis bonae, et boni operis habere rationem termini, et nisi gratia exploraverit, praedestinatio nihil decernit. Quod autem datur a iusto iudice ex praeuenientia bonorum operum vere habet rationem mercedis, praemii et coronae, et consequenter cadit sub merito de condigno.

Secundo obijcies: quod Semi-Pelagiani asserebant bona opera praecedentia primam gratiam non esse condigna ipsius, eo quod talia opera procedebant ab homine existente in peccato mortali; quod peccatum impedit meritum de condigno respectu primae gratiae, cum ratione peccati homo de condigno mereatur carere gratia Dei, non tamen impedit meritum de congruo, quod solum est quaedam remota dispositio, vel occasio, ut Deus ex sua Misericordia conferat gratiam: ergo solum meritum de congruo concedebant respectu primae gratiae.

Confirmatur quia si ipsorum haeresis solum diceret in hoc

Quod concedebant 1.m gratiæ cadere sub merito ni donato à Deo, sequeretur, quod etiam si modo aliquis diceret, quod 1.a gratia supernaturalis auxilium cadit sub merito de condigno, donato tamen à Deo per auxilium Dei moventis, facientis nos velle, et facere bonum, non incideret in errorem Semi Pelagianorum, et optime salvarent, quod 1.a gratia gratuita permaneret, quia licet esset debita bonis operibus præcedentibus, ipsa tamen opera præcedentia erant dona Dei, et consequenter 1.a gratia vere esset gratia, quamvis esset debita operibus præcedentibus, ut gloria dicitur gratia in Sacra Scriptura, quia licet sit debita meritis, ipsa tamen merita sunt dona gratiæ Dei, ut supradiximus, ex D. Aug.no. Si dicis non posse, quod 1.a gratia supernaturalis, aut 1.a vocatio ad fidem, cadat sub merito de condigno operum præcedentium, cum sit error damnata in Trident.o verbis relatis: ergo omne meritum præcedens 1.m gratiam supernaturalem, sive condignum, sive congruum debet negari, ut recedamus ab errore Pelagiana.

Confirmatur 2.o quia Apostolus ad Ephes. 1. ait: nos sorte vocatos, sub indeque nullis præcedentibus meritis, l. occasionibus, aut congruitatibus, qui enim sorte eligitur omnem item præventionem excludit, ut ibidem lect.e 4 dicit D. Thom, subdens: quia sors nihil est aliud, quam inquisitio rerum, quæ ex Divina voluntate fiunt, gratia autem cum ex sola Divina voluntate dependeat, inde est, quod gratia Divinæ vocationis dicitur sors, quia Deus per modum sortis sub occulto providentiæ, non ex alicuius meritis per gratiam internam vocat: ergo ut salvetur quod 1.a gratia sorte datur à Deo, debet negari respectu ipsius quodcumque meritum, sive congruum, sive condignum.

R.r quod dum Semi Pelagiani asserebant initium boni operis esse ex nobis, et ex eius initio, Deum conferre gratiam ad consummationem boni operis, ne Deus esset acceptor personarum, et ne tolleret nostrum liberum arbitrium, loquebantur de peccatoribus, et de baptizatis, et iustificatis: unde non poterant solutione data in objectione.

Ad 1^m Confir. R^r Concedo sequela ne ita discurrens, n incideret in praedictum errorem; quod si loquaretur de Sorte existente in peccato mortali; ita ut talis peccator de condigno mereretur 1^m vocationem ad fidem per opera naturalia praecedentia, erraret in fide; ut constat ex dictis articulo 2°. – et de 1^a vocatione peccatoris ad fidem loquitur Tridentinum sess. 6 cap. 5. illis verbis: qua nullis eorum existentibus meritis vocantur; ut qui per peccata a Deo aversi erant &c^a. – Si v^o loquaretur de Sorte justificato, ut contingere posset in puero baptizato, nutrito in silvis; et faciente, q^d in se e, in 1° instanti usus rationis; convertendo se ad Deum auctorem naturae per naturalem cognitionem, et amorem Dei; dato a Deo per auxilium Dei moventis, excitativum naturale, et ita per talem conversionem mereretur de condigno 1^m vocationem ad fidem supernaturalem, sic discurrens n erraret manifeste contra fidem; imo in sent^a Vazquezii, et aliorum asserentium; in Sorte justificato omne opus bonum naturale esse meritorium de condigno vitae aeternae, ergo si fiat, absque directione fidei, et imperio charitatis ita esset dicendum; ut servaretur coherentia in doctrina; ne plus e mereri de condigno vitam aeternam, quam 1^m vocationem ad fidem; si puer ille justificatus per naturalem conversionem ad Deum de condigno mereretur vitam aeternam in sent^a praedicta: q a fortiori de condigno mereretur 1^m vocationem ad fidem; quae e medium necessario requisitum ad consequendum vitam aeternam de condigno promeritam; quod facilius defenderetur in sent^a dicente: actum fidei theologicae esse naturalem excitativum, et sim substantiam, ne in hac sent^a 1^a vocatio ad fidem christi e excitativum naturale; et ita n esset inconveniens; q^d caderet sub merito condigno operum naturalium Sortis justificati, et in silvis nutriti. – Caeterum st ista sent^a est falsa, ergo falsum e, q^d 1^a vocatio ad fidem possit in Sorte justificato cadere sub merito condigno; ergo donato a Deo per auxilium excitativum naturale.

Ad 2^m

5

Ad 2^m Confirmationem Dicendum Quod Vocatio Sortis excludit merita non donata a Deo, non vero merita a Deo donata; nam idem est, esse Sorte Vocatos: ac esse Vocatos non nostris meritis, sed divina electione, ut ibi ait D. Thomas; Si autem merita essent nostra priorativa; ita ut essent solum ex nobis, non vero a Deo; nostra merita praevia essent causa divinae electionis, discretionis, et praedestinationis; contra illud: Quis enim te discernit, quid habes, quod non accepisti? Vero Vocatio ad fidem non attribueretur sorti, aut divino beneplacito, sed nostris meritis; Dicendo vero quod nostra merita sunt dona Dei; consequenter dicitur quod non sunt causa, sed potius effectus divinae voluntatis, et electionis praecedentis omnem praevisionem meritorum, et quod ex intentione Vocandi aliquos ad fidem, voluit Deus ipsis tribuere bona opera naturalia, quibus de congruo mererentur vocationem ad fidem: Unde talis Vocatio reducitur ut ad primam causam non ad merita humana, sed ad divinum beneplacitum, electionem, et praedestinationem, qua Deus donat universa merita.

Sed Observandum est quod nullus Catholicus requirit meritum congruum bonorum operum naturalium, tamquam necessarium ad primam Vocationem fidei; cum constet, quod Deus maximos peccatores, et actualiter fidem impugnantes Vocat, et Convertat ad fidem, ut patet in D. Paulo, sed cum haec Vocatio proveniat ex divino beneplacito, et Misericordia, Deus aliquibus, quos efficaciter Vocare Vult ad fidem, prius tribuit Auxilium praeveniens, ut faciant totum quod est in se secundum vires naturales, ut ita Congrue disponantur ad Supernaturalem Vocationem fidei; alios vero Absque tali Congrua dispositione Vocat, ac Convertit ad fidem, et ita miseretur quorum Vult, et quomodo Vult secundum Consilium Voluntatis Suae. et similiter hoc meritum congruum non tribuitur Cuicumque bono operi naturali, sed illis, quibus homo facit totum quod est in se, Convertendo se ad Deum Authorem naturae, et detestando peccata per naturalem paenitentiam.

Dubium Primum.

Utrum 1a Gratia habitualis possit Cadere

Sub merito Operis præcedentis.

§ 1.us

Quia dantur bona Opera in peccatore præcedentia gratiam remissivam peccatorum; nam alia dantur naturalia; alia supernaturalia, tempore præcedentia Iustificationem, et dicuntur dispositiones remotæ ad ipsam; quales sunt actus fidei, spei, timoris servilis, et attritionis supernaturalis — alia sunt bona opera supernaturalia ultimo disponentia ad Iustificationem; et dantur simul tempore cum gratia habituali, et solum sunt prioritate naturæ in genere causæ materialis dispositivæ, et tales dantur actus charitatis, et contritionis, qui in nostra sententia procedunt ab ipsa gratia, charitate, et pœnitentia, ut diximus in tractatu de Iustificatione; in aliorum vero sententia procedunt ab auxilio supernaturali transeunte; et de omnibus istis bonis operibus procedit dificultas.

Loquendo autem de actibus naturalibus præcedentibus gratiam habitualem Doctor Scotus in 4.º dist.e 14. q.e 2 § de secundo; Durandus q.e 6. Prologi — et in 1.º dist.e 17. q.e 2 — et in 2.º dist.e 28. q.e 1. quos sequuntur Nominales, dixerunt: posse dari in peccatore naturalem attritionem, id est dolorem de peccatis, quo peccator sufficienter disponeretur ad gratiam habitualem; et ipsam mereretur de congruo; cui sententiæ adhæsit Dominus Caietanus tom. 2 opusculorum tractatu 4. q.e 1. nam licet non dixerit; prædictum dolorem naturalem de peccatis, et naturalem dilectionem Dei mereri de congruo gratiam habitualem, dixit tamen esse dispositionem sufficientem ad ipsam gratiam, supposito quodam modo supernaturali — et similiter Cano, et Soto dixerunt: prædictum dolorem naturalem de peccatis, sive appelletur attritio, sive contritio esse sufficientem dispositionem ad Iustificationem peccatoris cum Sacramento; licet non sufficiat ad Iustificationem extra Sacramentum.

Istam sententiam acriter reijciunt Theologi moderni ut

Pelagianam, aut Semi-Pelagianam; ipsa tamen a Censura; Alibi Late vindicavi ex supra dictis in Actu, quia omnes Authores relati fatentur: talem dolorem peccatorum entitative naturalem esse donum Dei a Deo praeparatum ab aeterno per Decretum praediffinitivum, aut praedestinativum; et per specialem providentiam, intendentem Justificationem peccatoris; et in praedestinatis esse effectum praedestinationis; et similiter dari a Deo in tempore, per aliquod auxilium Dei moventis, et facientis nos velle, et facere bonum; et hoc solum est fide certum; nam quod actus doloris de peccatis, qui est ultima dispositio ad Justificationem, debeat esse quo ad substantiam supernaturalis, est opinio probabilior, et D. Thomae, non tamen certa simpliciter fide; neque Ecclesia hucusque declaravit; quod detur talis dolor supernaturalis simpliciter substantia; nec quod fieri debeat ex auxilio entitative supernaturali; nam tridentinum Sess. 6 Can. 3. ad actum fidei, spei, dilectionis, et paenitentiae, qui opportet ad Justificationem, solum requirit praevenientem Spiritus Sancti Inspirationem, et eius adjutorium. Caeterum quod talis inspiratio, et adjutorium debeat esse supernaturale simpliciter substantia, et distinctum ab eo quod appelatur a D. Thoma, auxilium Dei moventis Liberum Arbitrium ad bonum; non declaravit Concilium: tale enim auxilium praeparatum per Providentiam supernaturalem in ordine ad finem Justificationis, etiam entitative sit naturale, recte apelatur Inspiratio, et adjutorium Spiritus Sancti — et non solum Thomae relati; sed etiam Doctor Scotus in 2°. dist. 37. q. 2. § Ad 2um. 2a Vig; expresse concedit hoc auxilium Dei moventis; quia aliter sequeretur quod Voluntas creata non esset movens mota; et coeuntur inter Voluntatem divinam; et humanam non esset ordo essentialis; et immerito Durandus negaverit Concursum Dei simultaneum; quem Pelagiani, et Semi Pelagiani concedebant; ut tenet sententia probabilior; concessit tamen concursum praevium; i. auxilium Dei moventis ad actus honestos Liberi Arbitrii, quod apelat Inspirationem internam in 1°. dist. 41. q. 2 n. 7. ubi n. 13. etiam

Asserit, q.d Deus n. solu dat gratiã, s.d etiã bonũ usũ gratiæ; in quo clare recedit a Pelagio – et in 2o. dist.e 28 q.e 3 art. 1.d de opere meritorio dicendũ q. in tale opus exire n. pot. hoo sine gratia; quia omne meritũ vitæ æternæ, l. e de condigno, l. de congruo; s. meritũ de condigno innititur valori operis, qui e gratia habitualis; meritũ vo. de congruo innititur liberalitati Divinæ, quæ etiã gratia dicitur sm. unã acceptionẽ gratiæ, ut dictũ fuit supra dist.e 26 q.e 3. g. nullũ meritũ nec de condigno, nec de congruo pot. ee. sine gratia, altero duorũ modorũ accepta; et in hoc erravit Pelagius, dicens: liberũ arbitriũ sufficere ad merendũ sine gratia; q. n. e verũ, qmuis per se sufficiat ad eliciendũ opus morale bonũ ex genere, fine, et circumstantijs. – et similiter loquitur de merito de congruo in ordine ad gratiã habitualẽ in 1o. dist.e 17 q.e 2 n. 14. – 1a. ad meritũ de congruo requirit specialẽ gratiã, et liberalitatẽ Dei; qua Deus donat tale meritũ, et conventer media, seu auxilia, quibus Deus donat tale meritũ, qmuis entitative sint n.alia, ut præparata tamen per supernalẽ providentiã, poss. dici specialia auxilia gratiæ, et sic loquitur Durandus in 2o. dist.e 28 q.e 5. ubi solũ recedit a D. Thõ; asserendo; q. si speciale adjutoriũ vocetur immediata motio voluntatis a Deo, sine tali pot. hoo se præparare ad gratiã; ubi negat phicã præmotionẽ thomisticã, et ibi R.et rationẽ, quã ipsã probat D. Thõs 1. 2a. q.e 109 art 6. – qmuis n. recte ipsũ intellexerit, ex eo tn. q. negaverit phicã pmotionẽ, quæ e immediata motio voluntatis a Deo, n. e dicendũ, q. fuerit in errore Pelagianorũ, et semi Pelagianorũ, cũ ultra omnes Scotistas, et Jesuitas, ipsũ etiã negent Aviricensis, Albelda, Arauxo, et alij thæ, qui ponunt auxiliũ Dei

Movenris, vel Auxiliy efficax Gratiæ praevenientis in Honestis, et piis Cogitationibus, quibus Deus hominē excitat, et movet ad bonū; quā Sent.am etiā tenet Durandus in eodē Loco, asserens, q.d si nomine Gratiæ intelligatr. quidquid Voluntatē excitat ad bonū, sine tali gratia, n poti homo se praeparare ad gratiā. Excitationē autē Voluntatis ad bonū praeter immediatā motionē Dei; nequit ēē, nisi obiectū propositū per honestas, et pias Cogitationes, suadentes bonū. in Sent.a V. Scoti concedentis Concursū simultaneū, Vt has honestas Cogitationes, datr ipse actus Voluntatis, Vt pro aliquo priori procedat à Deo; et per ipsū facit Deus, q.d homo velit bonū; et aliqui Scotistæ existimant, q.d Scotus in hac praemotione, identificata cū actu Voluntatis, posuit auxiliū Dei praeveniens, et efficaciter excitans ad bonū; quā appelavit generalē influentiā Dei; q.a requiritr. ad omnes actus bonos, et consentr. requiritr ad Attritionē naalē, quæ sit sufficiens dispositio ad Iustificationē, et meritū congruū ipsius, et vlterius requirit Scotus q.d hoc auxiliū sit praeparatū per specialē Providentiā supernaalē, in ordine ad finē Iustificationis; et ita hoc auxilium poti dici Gratia christi; et in hoc sensu, nec Sent.a Scoti, nec Durandi, nec antiquorū Theologorū similitr loquentiū coincidit cū Errore Pelagianorū, aut Semi Pelagianorū, qui asserant naalē dolorē peccatorum, aut naalē Contritionē, l. Attritionē ēē sufficientē dispositionē ad Iusti:ficationē, et meritū de congruo, vel ipsius.

S. IIIa. Sent.a D. Thæ dicendū ē, q.d licet Peccator faciendo, q.d in se ē per opera naalia donata à Deo possit se dis:ponere ad Iustificationē, et ipsā de congruo mereri, huiusmodi actus naales n sufficiunt ad Iustificationē, s. vlterius requiruntr actus

Supernaales fidei, Spei, dilectionis Dei, et contritionis; l. Supernaalis Attritionis, n quod Soo per actus naalis Virtuy possit se ad Graniā praeparare; docet D. Thās in 2°. dist.ª 28 art 1. - et pluribus alijs, q̃ Autē in Suiusmodi actibus naalibus inveniatr aliq. meritū de Congruo ni Iustificationis, eug docet in 2°. dist.ª 27. q.ª 1. art 4 ad 4.ᵘ - et in corpo re arti 6. et ad 4ᵘ et ad Sab. 6 Secte 3 - et hic art 5, et 6 Quia meritū de Congruo reperitr in Actu; quo posito Congruū ē, Ut Deus Utatr Sua Liberalitate, et Misericordia infundendo graniā, et remitendo peccata; Sac autē Congruentia reperitr quotiēs Peccator per Vires nāe cū auxilio Dei mobentis facit totū, q. ē in se, detestando peccatū, et se ad Deū Convertendo; Ut dicitū ē eso D. Thā, et contr in Actibus naalibus pot ēē meritū de Congruo, ni Iustificationis; q̃ autē valeā actus naales n Sufficientr disponant ad Iustificationē docet D. Thās in 2°. dist.ª 27 q.ª 1. art 4 ad 5.ᵘ, et n Sufficere, Cognitionē Dei naalē, Sed Ulterius actus fidei infusae, docet 1. 2.ª q.ª 113 art 4 ad 2.ᵘ et 2ª 2ª q.ª 2 art 3 - et idē dicit de actu Spei 2. 2ª q.ª 27 art. 7. et Ulterius requiri actus Supnaales charitatis, et paenitentia docet 3. p.ᵉ q.ª 85 art 6 - et omnibus Locis, quibus in tractu de Iustificatione probabimus, Ultimas dispositiones ad Iustificationē procedere ab ipsa Grania Sabituali, medio Sabitu Charitatis, et paenitentiae; - et ratio D. Thā ē, q.ª Licet subiū grania sit naalis Entitas Aiā, et ita dispositiones se tenentes exparte Aiā, ne sit impedita ad Susceptionē Graniae, possint ēē naales, et eiusdē Ordinis cū Aiā; Caeterū ipsa grania infundenda ē Ordinis super

Supernaalis et ita exigit dispositiones magis ipsi propinquas, et eiusdem ordinis cum gratia; quod magis in speciali declaratur, quia scilicet, homo aversus à Deo per peccatum, se disponit ad Iustificationem, et remissionem peccatorum; se convertendo ad Deum authorem gratiae, et remissionis peccatorum; et detestando offensas contra ipsum commissas; qui actus simul sua specie respiciunt obiectum supernaale; quod solum cognitum per fidem infusam; et ita debet praecedere actus fidei infusae; quo peccator certo cognoscat, Deum esse authorem gratiae, et remissionis peccatorum; ex ulterius requiritur spes consequendi à Deo, authore gratiae, remissionem peccatorum; qui etiam actus è supernaalis ex sua specie, et obiecto. Quando vero dolor, et detestatio peccatorum non procedit ex amore Dei, authoris gratiae, procedit ex eius timore propter poenas infligendas à Deo authore supernaali; et è attritio supernaalis regulata per fidem infusam; et consequenter ultra actus naales; qui sunt dispositiones valde remotae, et eiusdem ordinis cum habitu gratiae requiruntur ad Iustificationem dispositiones supernaales, se tenentes ex parte fidei Iustificantis, et eiusdem ordinis cum illa; ac proinde per actus naales nequit peccator mereri de condigno Iustificationem immerito; sed solum mediate, merendo de congruo auxilia supernaalia, requisita ad eliciendum actus supernaales, quibus sese magis approximat ad Iustificationem.

De dispositionibus remotis Supernaalibus

Loquendo vero de dispositionibus remotis supernaalibus est diversa testimonia D. Augustini; quae prima facie videntur opposita, et propterea ipsa divisi sunt theologi in sententias, atque apparenter oppositas; namque D. Augustinus de gratia Christi cap. 26. ait: etsi consenserit Pelagius, nos gratiâ Dei accipere charitatem; nisi sentiat, neque ulla merita bona nostra

Praecesserint; nq quae merita bona tunc habere poteramus; qndo Deum n diligebamus? — Ubi peccatoribus n habentibus charitatem negat omne meritum — et Lib. 4 ad Bonif. cap. 6. ait: quid enim boni faceretis, si ipsi mali? et quomodo ista bona faceretis, nisi boni essetis? — Ut autem hores sint boni, quis facit nisi ille, qui dixit: Visitabo eos, ut bonos eos faciam? Propter istas, et alias similes D. Aug.ni authoritates Mag. Soto Lib. 2 de nat. et gratia Cap. 4. quem sequuntur Alvarez, Martinez, Gonet, et alij negant, omne meritum de Congruo in peccatore rn Iustificationis.

Ex alia vero parte D. Aug.nus Pelagio dicenti, quod Gratia remissionis peccatorum datur sine meritis, se opponit, eo quod Peccator per fidem, et humilem orationem impetrat, et meretur remissionem peccatorum, nq Epist. 105. ait: poss. quidem dicere Pelagiani remissionem peccatorum esse gratiam, quae nullis praecedentibus meritis datur, quid enim habere boni meriti poss. Peccatores? — S. nec ipsa remissio peccatorum sine aliquo merito est, si fides hanc impetrat, neque enim nullum est meritum fidei; qua fide ille dicebat: Deus propitius esto mihi peccatori; et descendit Iustificatus merito fidelis humilitatis — et idem ait Epist. 106 — et Lib 4 ad Bonif. Cap. 5. et pluribus alijs locis, et propter haec testimonia D. Aug.ni D. Thom., D. Bonaventura, D. Scotus, Durandus, Ferrara, et comm. Theologi, quos hic sequuntur Suarez, et Vazquez concesserunt dispositionibus supernaturalibus praecedentibus Iustificationem rationem meriti de Congruo rn ipsius, et in testimonijs D. Aug.ni 1.o loco adductis asserunt loquutum fuisse hanc D.m S. de merito Condigno rn Iustificationis, quod n pot esse in Peccatore.

P. Montezinos, et Mag. Ioannes a S. Thoma merito

gratiae

Componunt istas Sent.as quae soly apparent. et in voce opponunt. Quia duplex e meritu de Congruo, aliud enim e Congruu, Congruitate desumpta ex persona operante, quia scilicet persona e Deo grata, et roe amicitiae cu Deo Congruu e, ut Deus adimpleat eius voluntate; sic Congruu e, q.d justo orante pro peccatore, Deus exaudiat justu, et justificet peccatore; et meritu hoc modo Congruu nequit ee in peccatore, quia e Deo exosus; et roe peccati meret. privari dni gratia, et beneficio Dei; et conseqr attenta persona peccatoris, nihil a Deo mereri pot, etia de Congruo, et hoc sentiunt authores 1a Sent.ae cu D. Augustino; Aliud 2o e meritu de Congruo congruitate n desumpta ex dignit.e personae; s. praecise ex parte operis, q.d in se bonu e, et Deo placet, et procedit ab hoie, n quidq Deo grato, s. intendenti, qn e in se consequi misericordia, et gratia Dei, et hoc mo peccator pot mereri de Congruo justificatione, et remissione peccatoru per actu fidei, attritionis, et humilis orationis, ut ait D. Aug.nus locis pro 2a parte citatis; Congruu enim e, ut peccatori bene operanti, et se disponenti ad justificatione, Deus tribuat gratia, et n amas dispositiones ad justificatione requisitas.

Alij Componit Ill.mus Araujo istas Sent.as asserendo, q.d peccator nequit mereri sua justificatione de Congruo, merito Congrui proprie dicto, bene tn merito de Congruo late sumpto, prout e quodq opus impetratoriu, soliqua Divinae Misericordiae, et Liberalitati innitens, et sic asserit gratia justificante posse cadere sub merito de Congruo, sic certu e illa qndoque a peccatore impetrari bonis operibus, et factis.

S. Sic modum loquendi displicet, nam continet aequivocationem, ex qua procesit haec controversia inter theologos; aliud enim est quod meritum de congruo sit proprie meritum; aliud vero quod sit proprie meritum de congruo; sicut aliud est quod homo mortuus sit proprie homo, aliud vero quod sit proprie mortuus; et non datur meritum de congruo, quod sit proprie meritum, si tamen est meritum simpliciter; ut diximus ex D. Thoma in 4 dist. 15. q. 1 art. 3 quaestiuncula 4. Quia meritum proprie tale fundat ius, et debitum iustitiae, et dicitur correlativum ad mercedem; et nullum meritum de congruo fundat ius, aut debitum iustitiae, sed praecise innititur liberalitati divinae, et misericordiae, ut ait D. Thomas ad Hebr. 6 lect. 3 et quod tribuitur pro merito de congruo non habet proprie rationem mercedis, sed gratiae, et ita iustificatio impii, et remissio peccatorum non potest dici merces, quamvis cadat sub merito de congruo, et impetrationis, et numquam appellatur merces in Sacra Scriptura, in qua vita aeterna (quae etiam est gratia) dicitur merces; ut notavit D. Augustinus epist. 105 vel haec dictio: de congruo non restringit, sed diminuit, vel alienat meritum, et ita est mala consequentia: est meritum de congruo: ergo est meritum.

S. Quia fortasse aliqui theologi non intelligentes significationem nominum, dicebant, meritum de congruo iustificationis, quod erat proprie, et absolute meritum; ideo Mag. Soto acriter reiicit tale meritum de congruo; in re tamen admittit congruum esse, quod peccatori se disponenti ad iustificationem per opera praedicta, Deus infundat gratiam, et solum haec vox D. Thomas; et caeteri theologi, dicunt: talia opera esse meritoria de congruo iustificationis; et ita in re omnes conveniunt, et solum in vocibus discriminantur; vel dividere meritum de congruo, in meritum proprie, et improprie tale, est mala divisio, si esset tale proprie, vel improprie, apparet supra meritum; quia non datur meritum de congruo, quod sit proprie

Meritum: Si vero spectat supra esse Congruum; sic meritum Congruum proprie tale est bonum opus; quo posito datur vera Congruitas, ut Deus ex sua Misericordia infundat gratiam, et dicatur meritum de Congruo improprie tale; quando non datur vera Congruitas, aut Congruentia, sed solum apparens; et impropria: sicut solo dicitur mortuus improprie, quando apparenter est mortuus; aut proximus morti; adhuc tamen habet vitam, et si sumatur in hoc sensu; ergo existimo, divisionem esse nullam; nam quoties peccator, quaevis post bene operatur, ut consequatur a Deo remissionem peccatorum; sive utendo bene viribus naturali, sive habitibus, vel auxiliis supernaturalibus, datur vera Congruentia, assignata a D. Thoma art. 5, et 6. Ut Deus infundat gratiam remissivam peccatorum; et consequenter in bonis operibus reperitur ratio meriti de Congruo proprie talis; quamvis verum sit, quod in omni merito de Congruo datur magis, et minus; quia possunt dari maiores, et minores, plures, et pauciores Congruentiae, ut Deus tribuat gratiam; nam in iusto merente de Congruo alicuius peccatoris conversionem, et iustificationem est maius meritum de Congruo, quam in peccatore merente sibi de Congruo iustificationem; quia ibi est Congruitas tam ex parte operis, quam ex parte operantis, hic vero solum est Congruitas ex parte operis; sed tamen non tollit, quod in proprio casu sit vera Congruentia, et quod utrumque sit verum meritum de Congruo.

De Vltimis dispositionibus requisitis ad Iustificationem?

Loquendo vero de ultimis dispositionibus requisitis ad iustificationem peccatoris, omnes fatentur non posse mereri, nec de Congruo

Nec de Condigno Justificationem; in nostra Sent.ª Asserente: istas dispositiones procedere à Gratia Sabituali; Quia prius effectum, et dignificativum meriti, nequit cadere sub eodem merito; q.d è Via, et tendentia ad praemium; et nec prius effectum motus pot eè finis eiusdem motus; in Sent.ª Vº Asserente: Ultimas dispositiones ad Justificationem n procedere ab ipsa Gratia Sabituali; S. ab Auxilio transeunti — Dicendum è 2º.ª Superius dicta; q.d tales dispositiones Ultimas merent. de Congruo Gratiam Sabitualem; cum ipsis de Congruo merent. dispositiones remotae — nec obstat; q. sint simul in eodem instanti reali cum ipsa Gratia Sanctificante; Quia non repugnat; q. meritum; etiam de Condigno, et praemium sint simul in eodem instanti reali; nam in eodem instanti St. simul actus intensior charitatis, et augmentum charitatis; q. è praemium Actus praediti; et ita n repugnat; quod Contritio de Congruo mereat. V.d Gratiam Sabitualem; quamvis sint simul in eodem instanti reali.

S.º Dificultas ē de merito Condigno; nam aliqui Moderni Ut referunt Torres, et Oviedo dixerunt: Gratiam Sabitualem cadere sub merito Condigno Actus charitatis, et Contritionis; quia cum Patre Vazquez existimant istos actus eè fias Justificantes, et ex alia parte discedunt à Vazquez, Asserentes Contritionem n procedere Ab ipsa gratia Sabituali; S. ab Auxilio transeunti; Exquo inferunt q. merent. de Condigno V.d gratiam Sabitualem; Quia St. actus Sois Justi; et Deo grati, q n Sabentis peccatum et ex alia parte Ordine nãe procedunt V.d Gratiam Sabitualem; nec ab ipsa; Ut à prio effectivo dependent, et cõent. Sent quidquid requirit. ad meritum Condignum V.ª gratiae Sabitualis — nec obstat; quod Gratia Sabitualis sit perfectior dilectione Dei, et Contritione; quia in Sent.ª Patris Vazquez meritum pertinet ad mag gratitudinis, et in hac mãa meritum Condignum non

Requirit aequalitatem cum praemio, aut remuneratione, sed potius requirit esse quid inferius remuneratione, cum virtus gratitudinis inclinet operantem ad retribuendum plus, quam acceperit, ut supra diximus, ex D. Thoma et ita Vazquez ad vitandum inconveniens, et ne asseret, 1.am Gratiam habitualem cadere sub merito de condigno, dixit cum Thomistis, quod ultimae dispositiones procedunt ab ipsa Gratia habituali, si vero procederent ab auxilio transeunti, ut possibile est de potentia absoluta, dixit, quod in tali casu 1.a Gratia habitualis caderet sub merito condigno contritionis, quae est forma justificans; et idem dicit Magister Serra — Sed supposito ex Thomistis actum contritionis non esse formam sanctificantem, nec procedere a Gratia habituali, admisso tamen, quod esset forma sanctificans, cum distinctione loquitur; nam de facto ex Thomistis, quod contritio non mereretur de condigno 1.am Gratiam habitualem; quia pro priori contritionis non dum intelligitur exclusum peccatum, et consequenter non intelligitur homo capax meriti de condigno — Si vero Deus crearet hominem in pura natura, et talis homo se disponeret ad justificationem; tunc per actum charitatis de condigno mereretur 1.am Gratiam habitualem; sed necessarium non est recurrere ad casum possibilem de potentia absoluta, nam de facto Angeli, et Adamus in 1.o instanti suae creationis fuerunt justificati more adultorum per proprias dispositiones; et ita in ipsis 1.us actus charitatis fuit meritorius de condigno 1.ae Gratiae habitualis; si non processit ab ipsa Gratia, et aliàs est forma justificans.

Loquendo vero de justificatione peccatoris in instanti, in quo est actus contritionis, intelligitur homo per ipsum justificatus; et in illo instanti, in quo non est peccatum, et consequenter nequit esse impedimentum, ut contritio mereatur de condigno 1.am Gratiam sanctificantem; et consequenter ipsam merebitur de condigno; quod enim pro illo priori intelligatur contritio cum negatione peccati, vel non intelligatur cum tali negatione, est omnino impertinens; quia meritum se disponentis ad justificationem non dependet ex nostro modo intelligendi, sed ab eo quod est in re

T 2ª. Si in re Homo pro illo instanti reali est Iustificatus, et ig. non est peccator, merebitur de Condigno 1ª. gratiam habitualem, sive à nobis intelligatur, sive non, pro illo priori negatio peccati; et Certe in hac Sententia supposita, cum negatio, et Expulsio peccati sit effectus formalis 2ª Contritionis, nihil potest obstare; ut pro aliquo priori à nobis intelligatur Contritio cum suo effectu formali 1º, et 2º, Antequam intelligatur gratia habitualis, quæ non est effectus formalis Contritionis, s. solum effectus ipsius in genere Causæ dispositivæ, et sic intellecta Contritio cum negatione peccati, quæ habet à parte rei, erit meritoria 1æ. Gratiæ habitualis, et Consequenter solutio Patris Oviedo est insufficiens.

Dicendum est, quod 1ª. Gratia habitualis non potest Cadere sub merito Condigno ultimæ dispositionis; Hanc Conclusionem esse omnino Certam, et indubitatam fatentur omnes Authores, qui sua Scripta prælo dederunt, s. in assignando gradum suæ certitudinis, et Censuram oppositæ Sententiæ inter se discriminantur, nam Soto, Vega, Medina, Martinez, Araujo, et Gonet Existimant, Conclusionem esse fide Certam, et oppositam Sententiam esse Sapere Pelagianorum, quod verum quidem esset, si authores Sententiæ oppositæ dicerent: quod merita 1æ. gratiæ habitualis non sunt dona gratiæ Dei, hoc tamen nullus Catholicus Ausus est dicere, et Pelagius, ut supra notavimus, potius dicebat: Quod gratia remissionis peccatorum datur sine meritis, et ideo alii cum sorte merito asserunt: oppositam Sententiam non esse Pelagianam; esse tamen damnatam in Tridentino propter Scripturæ testimonia — Ex quibus Constat, quod infusio gratiæ, et remissio peccatorum est nova gratia, et beneficium, etiam nisi hominis Contriti, et Conversi ad Deum per Actum charitatis; Quibus testimoniis probavimus in tractatu de Iustificatione; Contritionem non esse formam Sanctificantem — Caeterum Suarez, Vazquez, Monterzino, et alii, asserunt nam Conclusionem non dici esse fide Certam; nec oppositam Sententiam esse Saporis manifestam; quæ Sententia est benignior; et mihi probabilior Apparet; Quia non

Apparet

Apparet evidens, et certum fundamentum ad damnandum contrariam sent.am ut haereticam; quamvis temeraria sit, ut constabit ex probationibus C.ae

Primo C. probatur ab aliquibus C.ae ex Concilio Arausicano can. 17 dicente: quod charitas diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, nullis meritis gratiam praevenientibus – et can. 18 debetur merces bonis operibus, si fiant, sed gratia, quae non debetur, praecedit, ut fiant – Haec testimonia parum urgent; quia in ipsis non fit sermo de gratia habituali, sed de prima gratia auxiliante, quam nulla praecedunt merita nostra, cum sit principium cuiuscumque meriti, tam de congruo, quam de condigno; de hac enim erat controversia cum Pelagianis, et semi Pelagianis, qui damnantur in praedicto Concilio.

2.o Probatur C.a ex illo ad Rom. 3 Justificati gratis per gratiam ipsius; quae verba exponens Tridentinum Sess. 6. cap. 8. ait: gratis Justificari, ideo dicimur; quia nihil eorum, quae Justificationem praecedunt, sive fides; sive opera; ipsam Justificationis gratiam promeretur. – Ubi negat meritum saltem condignum actui fidei, et omnibus operibus, praecedentibus Justificationem; qualia sunt actus charitatis, et contritionis in ordine ad gratiam Justificationis, et consequenter fide certum est, ex testimonio Scripturae, explicato a Concilio, gratiam Justificationis non cadere sub merito actuum praecedentium ipsam Justificationem.

Ex hoc testimonio Concilii, prout intellecto ab omnibus Theologis, qui sua opera praelo dederunt; recte sequitur, quod sit temeraria opposita Sent.a nam temerarium est dicere, quod universi Theologi, quorum aliqui praesentes fuerunt formationi praedicti decreti Tridentini non intellexerint sensum praedicti Decreti. Caeterum non colligitur oppositam Sent.am esse haereticam; quia litera praedicti Decreti, quae est de fide, non incongrue explicatur contra communem intelligentiam Theologorum, quae de fide non est, quamvis maximam habeat authoritatem, et explicatio fundatur in aequivocatione huius

Vox. Justificatio, et Similiter Gratia Justificationis, vel Justificatio duplicit. Sumitur. 1.° pro infusione gratiae Sanctificantis, et Remissionis peccati - 2.° pro toto motu Justificationis, ut includit etiam motus liberi Arbitrij in Deum, et in peccatum per actus Charitatis, et Contritionis, in quo Sensu accipit Justificationem D. Thom. 1.2.ae q. 113. art 6. et in 4. dist.e 17. q.e 1. art 3. quaestiuncula 5. Ubi docet: Actus Charitatis, et Contritionis intrant Substantiam ipsius Justificationis; et sic Sunt quatuor, quae requiruntur in Justificatione; Scilicet, gratiae infusio; Culpae remissio; motus liberi Arbitrij in Deum; et motus liberi Arbitrij in peccatum - et art 4. quaestiuncula 1. ait: Simul cum gratiae infusione, et Justificatione est motus Contritionis; Sed motus Attritionis praecedit quasi praeparatorius; nunc autem non Loquimur de praeparatorijs ad Justificationem; Sed de ijs, quae intrant Substantiam ipsius - Ubi distinguit actus praeparatorios, praecedentes Justificationem, ab actibus ingredientibus Substantiam ipsius Justificationis, et Hac Sane distinctione, dici potest, quod dum Concilium ait: quod nihil eorum, quae Justificationem praecedunt, Sive fides, Sive opera ipsam Justificationis gratiam promeretur; Loquitur de Justificatione integraliter, et Complete Sumpta, ut includit etiam actus charitatis, et Contritionis, et per gratiam Justificationis, intelligit gratiam, non Solum Habitualem; Sed etiam Actualem, et auxiliantem; qua Homo elicit actum charitatis, et Contritionis, et consequenter Concilium Solum negat meritum condignum fidei; et operibus; quae praecedunt Justificationem complete Sumptam; et Scilicet dispositiones praeparatoriae, et remotae ad Justificationem; non tamen negat meritum Condignum Contritioni, et dilectioni Dei in ordine ad gratiam Habitualem Justificantem.

2.a Aequivocatio est in illo textu: gratia Justificationis vel aliquando Sumitur pro Sola gratia Habituali Justificante, aliquando

Vero

Vero pro tota Serie Auxiliorum, quibus Deus movet ad Iustificationem, sive proxime, sive remotè, et ita includit etiam 1.a gratiam auxiliantem, quae datur ad 1.um actum bonum, quomodolibet conducentem ad Iustificationem; Sicut etiam Gratia gratum faciens, aliquando accipitur pro gratia habituali, aliquando vero pro quolibet Auxilio divino, ordinato ad bonum recipientis; ad differentiam gratiae gratis datae, quae ordinatur ad utilitatem aliorum; Qua distinctione Supposita Vasquez sic asserit. Legitimum intelligentiam Concilii esse, ita quod nomine Iustificationis intelligat Concilium infusionem gratiae habitualis, et nomine gratiae Iustificationis intelligat totam Seriem auxiliorum, promoventium ad Iustificationem, et sensum esse ideo nos Iustificari gratis, quia nihil eorum, quae Iustificationem, id est, infusionem gratiae habitualis praecedunt, sive fides, sive opera, ipsam Iustificationis gratiam, id est, omnia auxilia concurrentia ad Iustificationem promerentur. Et ita negat Concilium omne meritum, tam de condigno, quam de congruo, vel gratiae Iustificationis, praedicto modo sumptae; quia in re est 1.a gratia auxilians.

Hanc explicationem esse probabilem Constat 1.o ex eo, quod D. Aug.nus Epist.a 105. distinguit gratiam, 1. Iustitiam, quia Iustificamur à gratia remissionis peccatorum, et ad hanc Concedit merita ex fide, ad illam autem nulla merita Concedit — 2.o Colligitur ex ratione, quam assignat Concilium subdens: Si enim gratia est, iam non ex operibus, alioquin ut idem Apostolus dicit: gratia iam non est gratia — rationem autem gratiae non desinit esse ex operibus donatis à Deo per gratiam auxiliantem, sed esse ex operibus alicujus praecisive, viribus naturae, absque dono gratiae Dei. Vel ipsa Gratia habitualis Iustificans, adhuc esset gratia, quamvis esset ex meritis Condignis, donatis à Deo per auxilium gratiae, ut patet in vita aeterna, quae dicitur gratia, quamvis sit ex meritis à Deo donatis per gratiam.

3.° Colligit^r. Quia Concilium dicit: Sunt fuisse per:
petuum Ecclesiae Sensum, et tamen non fuit perpetuus Ecclesiae Sensus; q.d. ideo gratis Iustificari dicamur, quia fides, et opera praecedentia Iustificationem non merent^r. de Condigno gratiam habitualem, remissivam peccatorum; S. q.^e Gratia Iustificationis praecedit, et donat ipsam fidem, et opera praecedentia Iustificationem, iuxta testimonia Apostoli; quae explicat Concilium, ne inter se pugnare Videantur; quin explicuit D. Aug.^nus Epist.^a 106. dicens: Iustificatur igit^r. ex fide, quia habeamus ad Deum; Iustificatur autem gratis per gratiam ipsius, ne fides ipsa Superba sit, nec dicat sibi, si ex fide, quomodo gratis. quod enim fides meret^r. cur non potius redditur, quam donat^r.? non dicat ita homo fidelis; quia cum dixerit, Ut merear Iustificationem, habeo fidem; Respondet^r. ei, quid enim habes; quod non accepisti? cum fides impetrat Iustificationem, non gratiam Dei aliquid meriti praecedit humani; S. ipsa gratia meret^r. augeri, Ut aucta mereat^r. perfici, Comitante, non ducente, pedisequa, non praevia Voluntate. — Ubi explicat, ideo dici nos Iustificari gratis, quia, licet fides mereat^r. Iustificationem; fides tamen ipsa est donum gratiae; et ita nihil meriti humani praecedit gratiam donantem fidem; et hac Gratia dicit^r. gratia Iustificationis, quae non cadit Sub merito, licet ipsa Iustificatio cadat sub merito fidei.

S. licet istae Solutiones Sufficientes sint ad Vitandum haeresis Censuram, non tamen ad fundandam probabilitatem oppositae Sent.^ae — 1.° Quia Concilium ponit illud relativum: ipsam Iustificationis Gratiam promereat^r. et ita refert^r. ad gratiam Iustificationis, de qua mentionem fecerat, et nullam mentionem fecerat de Gratia Iustificationis, Sumpta pro tota Collectione, et Serie Auxiliorum, S. solum de habituali

gratia

Gratia Iustificationis; dicendo: quod fides est fundus et radix Iustificationis; idest, Gratiae Iustificationis – et ibi nihil eorum, quae Iustificationem praecedunt: quod loquitur de gratia Iustificationis, sicut Iustificante, et remittente peccata, non vero de tota collectione Auxiliorum –

2.o Quia Concilium nomine Gratiae Iustificationis intelligit Gratiam habitualem sess. 6. cap. 15. dicens: quolibet peccato mortali, et non sola infidelitate Iustificationis gratiam amitti, quod tamen non amittatur qualibet peccato mortali series auxiliorum, ad actus fidei, spei &c. sed solum gratia Iustificationis habitualis, et Concilium nullibi utitur hac voce: gratia Iustificationis, ut significat totam seriem auxiliorum; et consequenter in hoc loco accipit gratiam Iustificationis pro gratia habituali.

3.o Quia Concilium loquitur de gratia Iustificationis, quam praecedunt fides, et opera regulata per fidem, et explicat, quomodo si fides, et opera Iustificationem, aut gratiam Iustificationis praecedant, adhuc Gratia Iustificationis, et ipsa Iustificatio gratuita perseverant; quia fides, et opera praecedentia, ipsam non merentur; alias perperam assignaret illam causam: Quia nihil eorum, quae Iustificationem praecedunt &c. sed potius diceret: ideo nos gratis Iustificari; quia gratia Iustificationis praecedit fidem; et omnia bona opera.

Quarto quia Concilium sic incipit Caput octavum: Cum vero Apostolus dicit Iustificari hominem per fidem, et gratis &c. et ita de eadem Iustificatione loquitur, de qua dixit: ~~per ex fide~~ gratis fieri; et de qua dixit: fieri ex fide, sed cum dixit: fieri ex fide, loquitur de Iustificatione pro infusione gratiae habitualis, subdens: ut scilicet per fidem Iustificari dicamur, quia fides est humanae salutis initium, fundum

et radix omnis Justificationis; cum tamen fides non sit fundamentum, et radix omnis Justificationis, et gratiae Justificantis; ut significant totam seriem, et collectionem auxiliorum concurrentium ad Justificationem, cum sub hac collectione comprehendantur auxilia ad eliciendum actum fidei: sed dum docet: nos Justificari gratis, loquitur de Justificatione, et gratia Justificationis, ut significant infusionem gratiae habitualis, et remissionem peccatorum.

Quinto quia Concilium Cap. 6. prius enumerat dispositiones requisitas ad Justificationem peccatoris, et inter ipsas numerat actum dilectionis, et poenitentiae. et cap. 7. ait: Sane dispositionem, seu praeparationem Justificatio ipsa consequitur. ubi de Justificatione sumpta pro infusione gratiae habitualis loquitur. quam enim ibi definit, et assignans eius causas ait: efficiens vero est misericors Deus, qui gratuito abluit, et Justificat. gratuito autem abluere, et Justificare est gratis remittere peccata, et infundere gratiam habitualem; sed idem est, Deum gratis, aut gratuito nos abluere, et Justificare, ac nos a Deo gratis Justificari, et accipere remissionem peccatorum: sed dum Cap. 8. explicat, quid sit nos gratis Justificari a Deo, loquitur de Justificatione, quae est gratuita ablutio peccatorum, per infusionem gratiae habitualis; et sane habitualem Justificationem dicit esse gratuitam, quia nec fides, nec opera praecedentia merentur ipsam Justificationis gratiam, et consequenter excludit meritum condignum, vi ablutionis peccatorum, et infusionem gratiae habitualis, etiam praesuppositis omnibus dispositionibus, requisitis in subiecto ad Justificationem; et consequenter nulla dispositio de condigno meretur remissionem peccatorum, et infusionem gratiae habitualis, et certe valde aequivoce, et

obscure

Obscure procederet Concilij; si in eodē textu, ita breui per Iustificationē intelligeret infusionē Gratiæ Habitualis, et per Gratiā Iustificationis n̄ intelligeret gratiā Habitualē Iustificantē; s̃. 1.ᵘ Auxiliū ad 1.ᵘ Actū; quomodolibet conducentē ad Iustificationē; et Explicatio Apostoli eēt obscurior textu; et facile praeberet Occasionē errandi; quod dici n̄ pōt.

Ex quo Constat; q.ᵈ 1.ᵃ Explicatio Concilij ē magis Apparens, quā 2.ᵃ; adhuc tñ 1.ᵃ ē insufficiens; propt.ʳ Vltimā impugnationē propositā contra 2.ᵃ — Quia Concilij Loquit.ʳ de Iustificatione, quae Consequit.ʳ ad omnes dispositiones requisitas, etiā Vltimas, ad Impij Iustificationē dū cap.ᵗᵉ 7. dīt: Hanc dispositionē, seu praeparationē Iustificatio ipsa Consequit.ʳ, et coent.ʳ accipi n̄ pōt Iustificatio, prout includit Etiā Actū Contritionis, et charitatis, quae ss. Vltimae dispositiones; s̃. Vt praecise dicit interiorē renouationē per infusionē Gratiæ Habitualis; et remissionē peccatorū; et Iustificatio sic sumpta dicit.ʳ Gratuita; ~~quia nihil eorū~~ etiā suppositis praedictis dispositionibus; cū eius Cā efficiens, dicat.ʳ Deus gratuito abluens, et Iustificans; et coent.ʳ Iustificatio sic sumpta dicit.ʳ Gratuita; quia nihil eorū, quae Iustificationē praecedunt, etiā si sint Vltimae dispositiones n̄ merent.ʳ de Condigno ipsā Gratiā Habitualē Iustificantē

Ad 1.ᵘ Arg.ᵘ, sumptū 2.ᵃ Solutionis R̄. nos n̄ negare, q.ᵈ D. Aug.ⁿᵘˢ nomine Iustitiæ, et Iustificationis aliquando intelligat totā seriē Auxiliorū, et actuū Concurrentiū ad peccatoris Iustificationē; s̃. negamus; q.ᵈ Concilij loquat.ʳ de Iustificatione in hac acceptione — et in Epist.ᵃ 105 docet: q.ᵈ Vita aeterna in Sacra Scriptura dicit.ʳ gratia, et saepius etiā dicit.ʳ merces; fides V.ᵒ et Iustitia in Sacra Scriptura numquā dicit.ʳ merces, et idē Nos dicimus de infusione Gratiæ Habitualis, et remissione peccatorū, quae numquā dicit.ʳ merces in Sacra Scriptura; et ita cū D. Aug.ⁿᵘˢ ibi dicit: q.ᵈ fides

Meret. remissionẽ peccator̃; Loquit. de merito de Congruo inchoato; et impetratorio; q. ē impropriè tale; et cons. remissio peccator̃ ñ ē propriè merces.

Ad 2ᵘ R. q. rõe gratiæ, quæ simul ē merces ñ desinit eē ex merito Condigno, donatæ à Deo per Auxilium gratiæ; Ut pt in Vita Eterna; desinit tñ rõe puræ gratiæ; quæ nullo mõ ē merces; Infusio autẽ 1ª gratiæ habitualis, remissiua peccator̃; ita asserit. gratuita à Concilio; Ut nullo modo habeat rõe mercedis: Vᵉ. Sess. 6. Cap. 16 dicit: Vitã æternaṁ eē gratiã misericorditer promissã, et mercedẽ fidelit. reddendã - et Can. 32 asserit: q. Iustus meret. Augmentũ gratiæ; et Vitã æternã; nullibi tñ dicit; q. 1ª gratia habitualis, et remissio peccator̃ sit merces; aut q. ipsã aliquis mereat.; S. potius asserit: ñ cadere sub merito, et dari à Deo gratuito abluente; et cons. eē purã gratiã; tã fratr. in se; quã in Operibus ipsã præcedentibus.

Ad 3ᵘ R. Quod perpetuus Ecclesiæ sensus fuit: gratiã habitualẽ; et remissionẽ peccator̃ ñ Cadere sub merito; Ut pt ex Coi Consensu Theologor̃; et Sanctor̃ Patr̃, quor̃ Verba hic refert Suarez Cap. 24. et cons. Apostolũ dixisse; nos gratis Iustificari; q. nihil eor̃, quæ Iustificationẽ præcedunt, sive fides, sive Opera Condã habitualẽ gratiã Iustificationis de Condigno promerent. - et ideo docet D. Augᵘˢ in locis supra citatis; Ubi negat in peccatoribus meritũ; et ad ipsũ requirit Charitatẽ; et quod hõ sit prius Iustificatus; Ut ait de gratia; et Libero Arbitrio Cap. 6. - et de fide, et Operibus Cap. 14 - et de Spũ, et Litera cap. 29. Vᵉ. cũ in alijs locis Concedit; fidei meritũ rũ Iustificationis, et remissionis peccator̃, solũ concedit meritũ impetratoriũ, inchoatũ; et de Congruo; quod ē meritũ sn quid; quia tñ Pelagiani illud Apostoli: Si autẽ gratia, iã ñ ex Operibus; alioquĩ gratia, iã ñ ē gratia, dicebant eē intelligendũ de gratiâ

Remissionis Peccatorum; non vero de Gratia Auxiliante; ad Augustinum vero seipsum Opponeret dicebat, potius esse intelligendum de Gratia Auxiliante, qua Deus donat nobis omnia bona opera; quorum nullum meritum, etiam inchoatum; et sic quid potest procedere Gratiam illud: *Quis prior dedit illi, et retribuetur ei*. quando de Gratia Justificante, remissiva peccatorum; cum dicat Apostolus nos Justificari ex fide, et ita ipsum potest procedere aliquod meritum inchoatum fidei, et Similis orationis; qua non obstante remissio peccatorum gratuita perseverat, quia ipsa fides est donum gratiae Dei; quae explicatio bene componitur cum explicatione Concilij, negante, fidei meritum Condignum; ipsa tamen, et non explicatione Concilij usus est, quia erat magis accommodata ad rejiciendum errorem Pelagianorum.

Ratio autem Conclusionis in nostra Sententia facile redditur — Tum quia Ultimae dispositiones procedunt ab ipsa Gratia Habituali, et primum meritum, nequit cadere sub merito — Tum quia licet procederent ab auxilio, non tamen sunt formaliter Sanctificantes: Vel pro priori ad Gratiam non intelliguntur vero opera Sonis Justificati Deo grati, nec proportionaliter ad praemium Supernale, et ita non possunt de Condigno mereri Gratiam Sanctificantem; si vero considerentur pro alio priori, ut informata gratia, et charitate, sic sunt meritoria vitae aeternae, non vero gratiae, quae est primum formale dignificans ipsum meritum, et consequenter non potest cadere sub merito.

Admissis ergo praedictis oppositis Sententijs Montezino, et Suarez existimant, adhuc sustinendam nostram Conclusionem quia si actus Contritionis procedens ab auxilio formaliter Justificaret, et Sanctificaret peccatores; haberet pro effectu formali Expulsionem, et non esse peccati, et nullus actus potest mereri suum effectum formalem, neque praemium spectatur ut conferendum ab extrinseco, scilicet, a praemiante; effectus vero formalis non spectatur

ab extrinseco; sed provenit ab intrinseco ipsius actus meritorii, et contrarii actus Contritionis, ut cum fialis expelleret peccatum, non posset mereri talis expulsionem; aut non esse peccati.

Sed Licet hæc ratio sit probabilis non tamen omnino convincit, quia etiam culpa meretur pœnam; et tamen effectus fialis culpæ potest esse ejus pœna, cujus expulsio, et privatio gratiæ sit pœna culpæ, et peccati; et tamen est effectus fialis peccati, vel culpæ: ut est D. Thomæ q. 1. de malo art. 4 ad 1um. Dit: idem sub diversa potest esse culpa, et pœna non tamen sub idem - de quo inter se digladiantur Salmanticenses disp. 16 de peccatis à n. 129. - et illustrissimus Godoy ibi disp. 36 à n. 45. - et Potest reddi disparitas; quia expulsio gratiæ non solum provenit à peccato; vel culpa; sed etiam à Deo suspendente Concursum gratiæ conservativum; et sic potest esse pœna peccati = Contritio vero se sola expelleret peccatum, cum peccatum non Conservetur à Deo, et ita expulsio peccati non potest esse præmium actus Contritionis.

Sed Quidquid sit de hoc; ratio adducta solum probat, quod si actus Contritionis sanctificaret, non posset mereri remissionem peccatorum; quæ esset effectus fialis contritionis; non tamen probat, quod non mereatur Gratiam habitualem; quæ non est effectus fialis Contritionis, sed præcisè est effectus ipsius in genere causæ materialis dispositivæ, et non repugnat, quod actus mereatur formam, ad quam disponit: ut patet in merito augmenti gratiæ, et charitatis.

Dicet Montezinos; quod remissio peccatorum, etiam in sententia admissa est effectus fialis Gratiæ habitualis, et cum nullus mereri possit de Condigno effectum fialem, quin mereatur ipsam formam; semel probato, quod Contritio non posset mereri remissionem peccatorum, manet probatum, non posse mereri Gratiam habitualem, remittentem peccatum.

Hæc

Hac tamen Solutio non est Sufficiens, quia si actus Contritionis, pro priori ad gratiam Sanctificantem, ea formaliter expelleret, et remitteret peccatum, et gratia postea adveniens non remittit peccatum 1a remissione, sed solum 2a remissione; modo, quo peccatum iam remissum per poenitentiam, potest iterum Subjici Clavibus, et iterum remitti per absolutionem: Unde hac ratione solum per Contritionem non posse de Condigno mereri 1am remissionem peccati, provenientem ab ipsa in genere causae formalis, non vero quod non possit mereri 2am remissionem provenientem à gratia Sabituali in genere causae formalis. Unde hac, et alijs rationibus, ut insufficientibus omissis; dicendum est: quod illae duae Sententiae sunt incompossibiles inter se, et qui dixerit: actum Contritionis Sanctificare formaliter, debet dicere, quod procedit ab ipsa gratia Sabituali, et non ab auxilio transeunte; aliàs sequitur CCl. improbabilis, quod scilicet, 1a gratia Sabitualis cadat sub merito de Condigno; et saepius contingit, quod ex duabus opinionibus probabilibus, sequatur CCl. improbabilis, quia sunt incompossibiles inter se.

Sed Contra CCem arguitur: quia idem est Justificari ex operibus, ac Justificari ex merito condigno, Sed Jacobi 2o dicitur: Abraham fuisse Justificatum ex operibus: ergo fuit Justificatus ex merito condigno, et consequenter ipsa gratia Sabitualis Sanctificans potest Cadere sub merito Condigno.

Confirmatur 1o quia 1a Joannis 1o dicitur: Si confiteamur peccata nostra, fidelis, et Justus est, ut remittat nobis peccata nostra: ergo Deus Contritis, et Confessis tribuit remissionem peccatorum; non solum ex fidelitate, Sed etiam ex Justitia, Sed quod tribuitur ex Justitia, datur propter meritum Condignum: ergo remissio peccatorum Cadit sub merito Condigno.

Confirmatur 2o quia Magnus Parens Augustinus Libro expositionis

Inchoatæ Epistolæ ad Rom. circa illa verba: Gratia, et pax inter alia dicit: quod licet peccata remittantur ex misericordia, id tamen non fieri sine Justitia; quia Justum est apud Deum; ut ij, quos peccatorum suorum pænitent; misericorditer separentur ab ijs, qui converti nolunt _ et iterum infra Justum est apud Deum; ut ignoscatur talibus, quæcumque antea commiserunt _ et iterum infra, Justa est quod gratia Dei, et grata Justitia, cum in eo quoque, etiam pænitentiæ meritum gratia præcedit - Et simili modo Epist. 46 dicit: gratiam non secundum merita nostra dari, non quia nullum sit meritum; sed quia misericordia, et gratia convertit hominem; secundum illud Psalmi: Misericordia eius præveniet me; ut Justificetur impius, hoc est ex impio fiat Justus, et incipiat habere meritum bonum. In quibus verbis sentit in Justificatione peccatoris, per quam ex impio fit Justus; intercedere Justitiam, quia meritum pænitentiæ præcedit; et nihilominus, eandem Justificationem esse gratiam, quia illud pænitentiæ meritum in præcedenti gratia fundatum est.

Similiter D. Ambrosius Lib. 1. de pænitentia Cap. 16 docet: pænitentiæ retribui gratiam, et remissionem peccati ex promissione divina, ut ex huius vitæ retributione, discat homo sperare futuram. Verum cum retributio futura sit ex Justitia, et ex merito condigno _ et in alio libro de pænitentia D. Ambrosio attributo, dicitur: Verendum non esse, ne apud pium Judicem, mercces contriti cordis pereat. Ubi peccati remissio appellatur merces contritionis conferenda a pio Judice, et consequenter est merces debita ex Justitia merito condigno contritionis.

Et D. Thomas 1. p. q. 21. art 4 ad 1. ait: in Justificatione impij apparet Justitia, dum culpas relaxat propter dilectionem, quam tamen ipsa misericorditer infundit; ut de Magdalena legitur Lucæ 7. Dimissa sunt ei

peccata

Peccata; Quoniã dilexit multũ. – q. Xr. Sent. D. Thõ, et Sanctorũ Patrũ, Peccator per dilectionẽ Dei, et Contritionẽ ex Iustitia, et de Condigno meretur Iustificationẽ, et remissionẽ peccatorũ.

Rn. Quod sicut Apostolus dicit: hominẽ Iustificari ex fide; non quia fides meretur Iustificationẽ; sed quia fides est necessaria dispositio ad Iustificationẽ; ita Iacobus dicit, quod homo Iustificatur ex operibus; Quia Viva fidẽ, eiusque opera requiruntur Ut necessariae dispositiones ad Iustificationẽ; non Vero quia talia opera mereantur de Condigno Iustificationẽ: Verũ particula ex in huiusmodi testimonijs denotat Causalitatẽ necessariae dispositionis, non Vero meritoriã.

Et si Dicas: quod Tridentinũ Sess. 6. cap. 10 ad probandũ Acceptae Iustificationis Incrementũ, per opera hominẽ Iustificari, adducit Verba Iacob ibi dicentis: Videtis, quod ex operibus Iustificatur homo, et non ex fide tantũ; Ac proinde Iacobus loquitur de 2a. Iustificatione Consistente in Augmento gratiae, et charitatis, de qua loquitur Concilium; sed tunc huius Iustificationis per Augmentũ gratiae, et charitatis; Ut infra dicemus, quod Iustificari ex operibus est Iustificari ex operibus de Condigno meritorijs; Ac proinde particula ex denotat Causalitatẽ meritoriã.

Rn. Quod propter citationẽ Concilij, aliqui Asserunt Iacobũ Solũ loqui de 2a. Iustificatione; Caeterũ plures alij asserunt loqui de Utraque Iustificatione, tam 1a. quam 2a. et Utraque dicitur esse ex operibus regulariter per fidẽ, tamquam ex dispositionibus necessario requisitis, et non ex fide tantũ. Quia Sola fides Sine operibus nec Sufficit ad 1am, nec ad 2am Iustificationẽ; et sic Componitur testimoniũ Iacobi cum testimonijs Apostoli, Saepius asserentis: nec Abraham, nec aliquẽ aliũ fuisse Iustificatũ ex operibus, sed ex fide; Ubi loquitur de operibus, non Supponentibus fidẽ, sed ipsam praecedentibus; quae opera non sunt dispositiones positivae vel Iustificationis – de quo

Latissime Disputat Suarez Lib. 8. de Gratia. Cap. 22 et Alij, quos refert. Concilium autem adducit praedicta Verba Jacobi; non quia solum Loquatur de 2a. Justificatione, sed quia etiam Loquitur de 1a. Justificatione.

Praeterquam quod ibi Concilium solum asserit: quod Justificati per bona opera fide regulata in ipsa Justitia Crescunt; atque magis Justificantur; et adhoc adducit praedicta Verba Jacobi; Caeterum ibi non decernit, quod talia bona opera sint meritoria augmenti gratiae, nec ibi Ullam mentionem facit de merito: Vel ex citatione Concilij, nequit inferri; quod illa particula ex denotet Causalitatem meritoriam, et non dispositivam; quae in praedictis operibus promerentibus augmentum Gratiae Coincidit cum causalitate meritoria de Condigno, non Vero in operibus praecedentibus 1am. Justificationem.

Ad 1am et 2am Confirmationem Respondetur quod Justitia dupliciter sumitur. Uno modo rigorose; et proprie pro Virtute tribuente Unicuique Jus suum; aut quod ipsi ex Jure debetur. alio modo Late pro Virtute tribuente Unicuique, quod ipsi Congruit; aut decet; quae Congruentia; vel Conducentia potest sumi; vel ex parte Agentis; quando scilicet Agit, quod ipsum decet; vel Ex parte passi; quando passo tribuitur, quod ipsi Congruit; et ad eius perfectionem Conducit; et de Justitia in hac Lata Acceptione docet D. Thomas 1. p. q. 21. art. 4. quod in omnibus operibus Dei invenitur simul Justitia; et Misericordia, Juxta illud Psalmi 24. Universae Viae Domini misericordia; et Veritas. - et sic etiam in opere Creationis Apparet Justitia, in quantum Deus res in esse producit, secundum quod Convenit Divinae Sapientiae; et bonitati; Ut ibi ait ad 4um. - et art 1. ad 3um adducit illud Anselmi in proslogio Cap. 9. et 10: cum parcis malis Justum est; quia bonitati tuae Condecens est. - quae Congruitas; aut Condecentia sumitur Ex parte agentis; in remissione Vero peccatorum; quae tribuitur Soli Contrito Confesso; et Deum diligenti, invenitur Congruitas ex parte passi, nam congruum est; quod peccatori sic disposito, Concedatur Justificatio, et remissio peccatorum; quae Congruentia non reperitur in eo; qui non Vult agere paenitentiam

Et de Sac Justitia Sacte sumpta; intelligitur illud Joannis: fidelis, et Justus est; Ut remittat nobis peccata nostra. – et similiter intelliguntur testimonia D. Augni; D. Ambrosij, et D. Thoe; quae adducuntur in 2a Confirmatione; et Justificatio, l. remissio peccatorum solum pot dici retributio, et merces in sacta acceptione; quia unicuique datur sm propriam dispositionem; et cadit sub merito de congruo dispositionis remotae; quae etiam reperitur in Sore Contrito.

De Merito Primae gloriae –

Arguitur 2o Quia ultima dispositio ad Justificationem de Condigno meretur n solum augmentum gloriae, sed etiam 1am gloriam: ergo etiam meretur de Condigno 1am gratiam Justificantem – ans e D. Thoe 1. 2ae q. 112 art. 2 ad 1m et Colligitur Ex Tridentino Sess. 6 Can. 32 dicente: Siquis dixerit Justificatum bonis operibus n vere mereri augmentum gratiae, vitam aeternam, et ipsius vitae aeternae, si tn in gratia decesserit, Consequutionem; atque etiam gloriae augmentum; anathema sit. – Ubi differentiam ponit inter gratiam, et gloriam; nam de gratia solum asserit: quod Justus meretur augmentum gratiae, n vo quod meretur ipsam gratiam; aut eius Consequutionem: de gloria vo asserit: quod meretur Justus vitam aeternam; et eius Consequutionem, atque gloriae augmentum; et communiter Justus n solum meretur augmentum gloriae, quod dicitur 2a gloria, sed etiam 1am gloriam; quoad eius substantiam; et 1m gradum – Justus autem n meretur 1am gloriam per opera subsequentia ad Justificationem; nam per huiusmodi opera meretur augmentum gratiae, et augmentum gloriae ipsi Correspondens; nec meretur 1am gloriam per opera tempore praecedentia Justificationem; nam sic n ss. opera sunt Justi, sed peccatoris, incapacis meriti de Condigno; et communiter Justus meretur 1am gloriam per actum charitatis, et Contritionis; quibus ultimo disponitur ad Justificationem; et ss. simul in eodem instanti temporis cum gratia Justificante — Cum vo Arguimus quod gratia, et gloria sibi invicem Correspondeant, et 1a gratiae Correspondeat

Prima gloria; et 2ª. gratiæ, 2ª. gloria: ergo Actus; qui meret. 1ª gloriam, etiam debet mereri 1ª gratiam — Ergo etiam quia sic se habet 1ª. gratia cum 1ª. gloria; sicut se habet augmentum gratiæ cum augmento gloriæ; sed opus, quod meretur augmentum gloriæ; sed opus, quod meretur augmentum gloriæ, meretur etiam augmentum gratiæ; tanquam præmium intermedium, ut ait D. Thomas art. 8 ad 1um ergo etiam opus meritorium 1æ. gloriæ merebitur 1ª. gratiam, tanquam præmium intermedium.

Propterea Soc. Augustinus, Vega, Lorca; et Lugo asserunt quod ultimæ dispositiones non merentur 1ª gloriam; nec 1ª. gloria cadit sub merito de condigno, sed correspondent 1ª. gratiæ per modum hæreditatis; non tamen assignant congruam interpretationem testimonio Concilii — Belarminus autem sequente Hurtado; et Oviedo, asserunt quod ultimæ dispositiones merentur 1ª. gloriam; non pro 1º. instanti suæ existentiæ; in quo sunt simul tempore cum gratia; et natura ipsam præcedunt; sed pro tempore, aut instanti sequenti; pro quo perseverant; inter quos Authores, aliqui dicunt; quod actus contritionis, non ratione suæ substantiæ, sed præcise ratione durationis pro 2º. instanti meretur 1ª. gloriam; quod tamen bene rejiciunt Suarez, et Oviedo, quia per talem durationem contritio meretur augmentum gratiæ; et gloriæ, et consequenter cum tali augmento manet duratio contritionis condigne remunerata; ac proinde nequit mereri de condigno 1ª gloriam: Unde Oviedo asserit quod contritio in 2º. instanti suæ durationis, quod est 1ª suæ significationis, incipit esse meritoria, et ratione suæ substantiæ meretur 1ª gloriam, ratione vero durationis non meretur augmentum gloriæ; quia duratio pro instanti antecedenti est; ac si non fuisset; quia non fuit duratio actus meritorii, cum contritio in 1º. instanti non fuerit meritoria; et solum duratio meriti auget meritum, non vero existentia meriti in 1º. instanti suæ significationis.

Si autem

Si autem Objicias: Quòd Ultima dispositio ad gratiam pot. Unico durare instanti, absque ulla continuatione pro tempore; aut instanti Sequenti, et consequenter tunc non poterit esse meritum Condignum vitæ 1æ. gloriæ. —

Aliqui Recentiores cum Vazquez negando quod possit durare solum per Unicum instans — Sed Oviedo Controu. 7. n.º 35. hoc Concedendo asserit; quod licet omnes Justificati extra Sacramentum possint mereri 1am. gloriam; quia possunt continuare actum contritionis Usque ad 2um instans; quod autem de facto Omnes necessario per actum contritionis 1am. gloriam promereantur necessitate phisica, ita Ut aliter Contingere non possit, defendere necessarium non est.

Sed iste Author non advertit, Verba Concilij Supra adducta; Quibus ipse Confiteatur Sanctum Clementem nam Concilium anathematizat; non dicentes; quod Justificatus non pot. mereri gloriam, et eius augmentum; Sed dicentes; quod de facto non merentur gloriam; et eius augmentum; cum autem meritum 1æ. gloriæ solum Salvetur in Ultima dispositione ad Justificationem; Ut iste Author nobiscum fatetur; Consequenter fateri debet; quod Justificatus per Sanè Ultimam dispositionem, non solum pot. semper mereri 1am. gloriam, Sed etiam quòd de facto semper ipsam mereatur; ita Ut in nullo Casu, etiam rarissimo inveniatur absque tali merito.

Fundamentum autem Suum Sententiæ adducit Oviedo n.º 25. Quia gratia existens pro posteriori naturæ, tanquam præmium, seu effectus actus, non pot. talem actum dignificare, et reddere meritorium; Sed 1a. gratia Justificationis est posterior Ultima dispositione ad illam, et datur intuitu dispositionis, ex de Congruo merentis: ergo non pot. illam dignificare in illo instanti, Ut sit de Condigno meritoria gloriæ; quamuis posset ipsam dignificare in 2.º instanti, in quo non dependet gratia à dispositionibus

S. transactis dispositionibus, adhuc perseverat habitus gratiae. maiorem probat Controu. 5. n.º 43. cum Cardinali de Lugo ex ipsa natura praemij, et meriti; nam meritum mouet praemiantem, Ut causa moralis ad praemium Conferendum; Praemians autem non mouetur ab eo, quod non antecedit eius retributionem, sed ab eo, quod actus habet, quasi de suo, et independenter a praemiante; praemium enim Ut praemium intelligitur ex parte praemiantis; et id, quod se tenet ex parte praemiantis, non conducit ad dignitatem operis; quae tota desumitur ex actu, et illius Circumstantijs; et Conditione merentis: sed gratia pro posteriori natura Collata a Deo praemiante, tanquam effectus, vel praemium operis, non potest talem actum dignificare; nec reddere meritorium.

Sed haec ratio probat, quod actus Contritionis nequit mereri vitam gloriam, etiam in 2.º instanti suae durationis, contra sententiam, quam tenet Oviedo, asserentem: actum contritionis non Conservari in 2.º instanti a gratia habituali, sed praecise ab auxilio, a quo fuit elicita in 1.º instanti; nam si meritum debet mouere praemiantem, ab eo quod habet de suo, independenter ab ipso praemiante; et id, quod se tenet ex parte praemiantis non Conducit ad dignitatem operis; cum contritio in 2.º instanti non habeat de suo, et independenter a gratia praemiantis, dignitatem requisitam ad meritum de Condigno vitae gloriae; nam sane dignitatem debet habere a gratia praemiantis, non vero ab ipso homine Iustificato, qui non Utitur tali gratia habituali ad eliciendam vel Conseruationem Contritionis pro 2.º instanti, Consequenter talis Contritio in 2.º instanti non habet dignitatem requisitam ad meritum Condignum vitae gloriae; quod si talem dignitatem habet a gratia Coexistente in 2.º instanti; quamuis gratia non sit prius effectiuum Contritionis, etenim habebit talem dignitatem a gratia, quae in 1.º instanti dignificat subiectum, et ex Consequenti

bona

Bona eius operationes; et ita maior, vel neganda ē absolute; vel distinguenda; gratia existens pro posteriori nāa, neque praemij; vel effectus actus; nequit talem actum dignificare, et reddere meritorium ipsius gratiae dignificantis, concedo mai; quia prius dignificativum meriti nequit cadere sub tali merito; n̄ pot reddere meritorium vitae aeternae gloriae, vel alterius praemij n̄ dignificantis actum, nego mai; et probatio n̄ urget, ut dictum ē; maxime; quia supponit; q. actus contritionis elicit. ab auxilio, et meret. de congruo 1.ª gratiam habitualem; q. nos negamus;

2.º id probat Oviedo quia actus; qui conjungit. cum gratiā dignificante, quae ē effectus talis actus; moralit. intelligit. elicitus a pers. n̄ habente talem dignitatem: g. nullum valorem meritorium pot ex tali gratiā desumere — ant. pb. quando auxilium efficax ad actum contritionis confert. hoi peccatori, qui in eodem instanti; in quo recipit auxilium, elicit actum contritionis, exigit ex vi contritionis; quia gratiā sanctificans ē x.ª probabilem sent.ª seu ex vi gratiae habitualis; quae contritionem subsequitur; amitat in eodem instanti temporis indignitatem, quam habebat ad tale auxilium; et in nullo instanti conjungat. auxilium cum indignitate; tñ; quia immediate ante fuit dignus, et carentia indignitatis ē effectus auxilij; auxilium intelligit. collatum hoi indigno, et in eadem collatione fit condonatio debiti carendi tali auxilio: g. si actus contritionis elicit. ab homine, qui in instanti praecedenti carebat dignitate, et in hoc instanti, n̄ ea caret, seu ē gratia habituali dignificante ē effectus talis actus, consequent. actus intelligit. elicitus ab homine n̄ habente talem dignitatem; ac proinde nullum valorem poterit habere a gratia dignificativa; quae ē posterior ipso.

S. Haec ratio e valde puerilis; nq quando plura SS. simul in eodg instanti temporis cy prioritate nãa, unus intelligitur praecisive, n intellecto alio; S. n pot vere intelligi unus ee sine alio: Ve. cy in eodg instanti reali sint simul actus contritionis, auxilium, gratia sabitualis, et n ee peccati, seu indignitatis peccati, pro priori, pro quo intelligitur actus contritionis, intelligitur; ut elicitus á prio, n intellecta dignitate talis prij, proveniente à gratia sabituali. Caeterq n intelligitur; ut elicitus à prio, n sabente talem dignitatem, qa. prius in re talem dignitatem sabet, licet, n intelligatur pro illo priori: Ve. Ani e falsq; et in eius probatione, ergo falsq e, q auxiliq ad actq contritionis intelligitur collatq Sori indigno, qmuis intelligatur collatq Sori, n intellecta eius dignitate, à gratia sabituali proveniente: V eD. Thai hic ad 2s. ait: q. Deus n dat gratiam, nisi dignis; n tn ita, q. prius digni fuerint, S. quia ipse per gratiam facit eos dignos – et similiter Deus n dat auxiliq efficax ad actq contritionis indignis, S. solum dignis, quos Deus dignos facit per tale auxiliq –

3o. probat idg exemplo moralis adducto à Lugo. Proponat Rex praemia militibus Hostes occidentibus, diversa tn pro diversitate militq, nq vulgaribus concedit, ut ipso facto fiant Nobiles: Nobilibus autem fiant Comites; Comitibus autem ut fiant Magnates &a. occidit miles plebeyus Hostem, et ipso facto fit Nobilis, n tn infertur. Exeoquod in instanti, in quo Hostem occidit, nobilis fiat, talem actionem censendam ee, ut elicitam à nobili, et ex vi illius fieri Comitem; et factq Comitem fieri Magnatem; quia dignitas procedens ab-

Ab effectu Actionis; illg n̄ dignificat: q. gratia, quæ ē effectus Contritionis, nequit ipsg dignificare, et meritorig reddere.

S.d Exemplum hoc n̄ currit in nrō Casu; quia actio; qua Hostes occiduntr. ē successiva, et ig n̄ existit, qndo advenit mors, Hostis, et Nobilitas ex occisione Hostis proveniens: Vª. talis nobilitas tempore posterior nequit dignificare actiong præterita Ròs plebeji, et facere meritorig Comitanis. contritio Vº. et gratia habitualis hs, simul in eodē instanti temporis, quia Contritio n̄ ē actio successiva, S.d instantanea; et ex gratia in illo instanti reali dignificat subjm, etig in eodē instanti dignificat Contritiong; quæ in re ē actio Ròs digni, et Amici Dei; sltmus pro aliquo priori Ròs, l. nâ posit intelligi; n̄ intellecta eius dignitate ā gratiā proveniente.

Denique idē probat; quia si gratia data; intuitu Actus, ut illius præmiy, l. effectus posset dignificare talē actg, sequitr. dari processg in infinitg in merito augmenti gratiæ, et charitatis. seqla pbatr. ng si Actus meritoriny, ut seso; cui præmiy Confertr. in illo instanti, in quo elicitr. pot. dignificari ā 2ª. gratiā; quæ ē præmiy ipsius; ipsa de facto dignificabitr. et propr. intensiong gratig dignificanty; talis actus Conditr. maiori præmio dignus, quā antea erat; quia, quo maior, seu intensior ē gtiā dignificans meritg; maius ē præmiy; intendetr. q. præmiy ea rōe; qua intenditr. dignitas, et rursus præmiy illud, q. ē 2ª. gratia sanctificans, magis digny Conditur actg; et merebitr. maiorg gratig; ā qua iterug dignificabitr. et merebitr. maiorg; et sic in infinitg.

S.d hoc inconveniens, ut fatetr. Oviedo n̄ currit in nrā Sentª. asserente; qd. gratia n̄ dignificat actg, [illegible] Sm totg gratiæ intensiong; ita ut cæteris paribus, actus elicitus ab habente maiorem

Gratiā sit magis meritorius; sed praecise dignificat actum, ratione eius intensionis, vel ratione intensionis gratiae, per se concurrentis ad actum, ut supra diximus; — nec similiter currit in sententia asserente, quod augmentum gratiae non datur in instanti, in quo elicitur actus meritorius, sed in instanti sequenti — nec in sententia Thomistarum asserentium, quod praemium correspondens actui intensiori non datur statim sine toto sanctitatis, sed sine excessum actus supra habitum gratiae, sed dabitur cum homo se disposuerit; et etiam praemium correspondens actibus remissis; imo Thomistae, ad probandum, quod gratia sine toto sua sanctitate non dignificat actum, inferunt praedictum inconveniens, arguendo ad hominem; ad quod vitandum, excogitaverunt novam sententiam asserentem, quod gratia in eodem instanti reali existens cum actu, nequit dignificare actum, a quo dependeat, ut a dispositione, vel merito de congruo; quae sententia ut visum est, nullius est solidi fundamenti.

Dicendum ergo est, quod per ultimam dispositionem ad iustificationem iustus meretur de condigno primam gloriam, quae duplici titulo redditur homini congruo, scilicet, per modum haereditatis per correspondentiam ad primam gratiam; et per modum coronae per correspondentiam ad meritum contritionis, et dilectionis Dei. ita omnes Thomistae; et Suarez, Vazquez, Valentia, Granados, et caeteri theologi — qui moventur authoritate Concilii, et Divi Thomae supra adductis, et ex promissione divina, qua diligentibus Deum promittitur vita aeterna, in qua praemium, ratione illud Joannis 14 Qui diligit me, diligetur a Patre meo etc. ergo eo ipso quod homo per unicum praecise instans diligat Deum, aut conteratur de peccatis, propter Deum summe dilectum; acquirit ius ad gloriam per modum coronae; et hoc praemium consequetur, si statim in gratia moriatur — et ratio est, quia actus charitatis; et contritionis in primo instanti iustificationis sunt

Actus Amici Dei; prius â Deo amicabiliter dilecti: Quoniã ipse prior dilexit nos. et in nrã Sent.ª tales actus eliciuntur â gratiâ habituali, et charitate, et pænitentiâ: ergo in illo instanti Sent. quod requiritur, ut sint de condigno meritorij Vitæ æternæ; quæ non dum habetur; qualis est 1.ª gloria; Licet mereri non possint 1.am gratiam habitualem; quæ iam habetur, ut prius dignificantium talis meriti; Quòd enim tales dispositiones pro aliquo priori præcedant gratiam; minime obstat; quia pro alio posteriori supponunt gratiam, et subiectum dignificatum per ipsam; nam gratia in 1.º instanti dignificat subiectum, et consequenter eius operationes elicitas in 1.º instanti; et meritum non dependet ex nostro modo concipiendi; vel ex mutua prioritate, vel posterioritate in diverso genere causæ; sed solum dependet ex eo, quòd sit in re, in 1.º instanti, in quo sit; quòd sit actus amicitiæ, et amici Dei formaliter, quòd sufficit ad meritum; quidquid sit de prioritatibus naturæ; vel rationis inter gratiam; et dispositionem ultimam.

S.d Obijcit Oviedo; quod enim si ultima dispositio procederet ab habituali gratiâ, non posset mereri 1.am gloriam; nam tunc dignificatus actus contritionis per gratiam, quam supponerat ex parte prius, mereretur augmentum gratiæ, et augmentum gloriæ, illi correspondens, per quòd de condigno maneret remunerata: ergo non meretur 1.am gloriam correspondentem 1.æ gratiæ.

Et si dicas: ultimam dispositionem non mereri augmentum gratiæ, quia iam supponit illam collatam, quam ipsa erat meritoria —

Contra est; quia si supponit gratiam collatam, ut duo, et ipsa contritio est digna gratiâ ut duo; promerebitur duos alios gradus gratiæ, distinctos, ab illis; quos supponit; non enim est eo quòd Deus liberaliter contulerit duos gradus gratiæ, præsumendum est postea sine præmio relinquere actum merentem duos gradus; quasi Deus recuperaret, quod antea liberaliter

Donarat: dona enim Dei S.S. sine paenitentiâ - et sine fincto dicitur Deus propter beneficium liberaliter factum sine praemio relinquere actum meritorium et de facto dari actum gratiae ulterioris dignum, illum in actu 2.º non merentem.

Haec tamen Objectio potius praemit suum Authorem; asserentem, quod actus Contritionis in 2.º instanti suae durationis meretur 1.ª Gloriam; non 1.º augmentum gratiae, quamvis supponat gratiam collatam pro 1.º et 2.º instanti, et ita ad Objectionem ipse Respondet n. 30. quod actus contritionis non meretur etiam in 2.º instanti aliquam gratiam, ratione suae substantiae, non illam qua dignificatur; quia gratia non dignificat actum, in ordine ad seipsum, non aliam; quia in instanti talis actus data est 1.ª gratia, qua dignificatur; et eidem actui digno, ut quatuor, non responsura est duplex gratia; ut quatuor, quaedam ut praemium meriti de congruo, et alia ut praemium meriti de condigno, sed per praemium respondens illi, ut merito de congruo aequale cum illius dignitate, exhausta est illius virtus ad aliud praemium de condigno promerendum. Quod probat; quia non magis praemiandus est actus, ex eo quod in 2.º instanti illius incipiat dignificatio, quam si a 1.º instanti suae existentiae fuisset dignificatus; sed si ab hoc 1.º instanti dignificationem habuisset, non praemiaretur quatuor gratiae gradibus: ergo quando dignificatio incipit in 2.º instanti, aliis quatuor gradibus erit sufficienter praemiatus; in quo silogismo, pro minori assumit, quod impugnat per hanc objectionem.

Haec autem solutio est contra Authorum nostrae Sententiae, et solum est difficilis; quia asserentes, contritionem procedere ab auxilio, dicunt esse meritoriam de congruo primae gratiae, qui 1.º asserimus

Contritionem

Contritionẽ procedere ab ipsa Gratia; negamus Contritioni meritũ de Congruo, vel 1.ª Gratiæ, quæ diversitas nihil facit ad rẽ; nã ratio; quare Contritio in 1.º instanti, dignificata per Gratiã non meret.ʳ augmentũ Gratiæ, ẽ: q.ª ut ait Tridentinũ Sess.ᵉ 6. cap.ᵉ 7. omnes recipiunt Gratiã habitualẽ; sm̃ propriã cuiusque dispositionẽ, et cooperationẽ; et ita 1.ª Gratia dat.ʳ per commensurationẽ ad ultimas dispositiones; qua data in dispositionibus, dignificatis à tali gratia, non addit.ʳ maior dignitas; ratione cuius possit mereri maiorẽ Gratiã, excedentẽ intensionẽ dispositionum; maxime in nr̃a Sent.ª asserente; q.ᵈ gratia solũ dignificat actũ, sm̃ eius intensionẽ, et non sm̃ totã latitudinẽ gratiæ; et ita cum per dignificationẽ Gratiæ dispositiones non crescant in intensione, cõseq.ʳ non crescunt in dignitate, ratione cuius possint mereri maiorẽ gratiã; quã sit illa, quæ 1.º data ẽ sm̃ intensionẽ dispositionũ; sive iustifica-tus reviviscat in æquali maiori, l. minori gratia; de quo modo agen-dũ non ẽ. et hac ratio independens ẽ, ab eo, quod Contritio sit, vel non sit meritoria de Congruo 1.ª gratiæ.

Solutio p. data inst.ʳ arguendũ bona ẽ; si recte intelligat.ʳ; verũ ẽ enĩ; quod ultima dispositio non meret.ʳ augmentũ 1.ª Gratiæ, eo quod supponit Gratiã iã collatã, non quomodocumque, s.ᵈ depen-dent.ʳ ab ultima dispositione, et per commensurationẽ cũ illa, et ita suppo-nit Gratiã, quã ipsa erat meritura, nã hæc deberet ẽẽ Gratia commen-surata cũ dispositione, et hæc supponit.ʳ collata — et ad impugnationẽ nego ant.; si enĩ Deus liberalit.ʳ contulisset duos gradus Gratiæ inde-pendent.ʳ ab ultima dispositione, et absque ulla commensuratione cũ illa; præsumendũ non ẽẽt, q.ᵈ postea sine præmio relinqueret actum

Duos gratiæ gradus promerentur: V.e si Angelus, vel homo in 1.o instanti Justificationis eliceret actus aliarum virtutum, qui non erant dispositiones ad Justificationem, per illos mereretur augmentum gratiæ, Certum est Deus liberaliter tribuat gratiam in 1.o instanti Justificationis, Commensuratam cum intensione ultimæ dispositionis, non est præsumendum quod velit, intuitu talis dispositionis tribuere aliam gratiam, quæ simul cum 1.a excedat dispositionem, et non sit commensurata cum illa; et cum meritum de Congruo, etiam innitatur liberalitati, et Misericordiæ Dei, argumenti Replica retorquetur in suum authorem; quamvis asserat, Contritionem esse de Congruo meritoriam 1.æ gratiæ.

S.o instabis: quia in actu meritorio ratio meriti non adæquatur cum ratione dispositionis ad gratiam, imo ratio meriti potest excedere rationem dispositionis: quod ergo si Contritioni, ut duo, ut dispositio est, solum potest correspondere gratia ut duo; ipsi tamen dignificatæ per gratiam, et quatenus meritoria est, potest correspondere augmentum gratiæ, ut præmium - quod constat in sent. D. Thomæ; nam actus remissi charitatis merentur augmentum gratiæ, et tamen non disponunt ad tale augmentum, et actus intensiores secundum totam suam latitudinem et intensionem merentur augmentum gratiæ, et tamen non disponunt ad tale augmentum secundum totam suam latitudinem; sed solum secundum excessum actus supra gratiam præexistentem: V.e actus ut quatuor elicitus ab habente gratiam, ut duo merentur augmentum gratiæ, ut quatuor, et solum disponit ad duos gradus gratiæ, in quibus actus excedit habitum: ergo in actu meritorio non adæquantur ratio meriti, et ratio dispositionis respectu augmenti gratiæ.

S.

R.^r Verum est q. in merito augmenti gratiæ ñ commensurantur inter se ratio meriti, et ratio dispositionis; eo quod meritum supponit gratiam datam absque commensuratione ad talem actum meritorium augmenti gratiæ, et ita talis actus sm̃ totam suam latitudinem dignificatur à gratia præexistenti; et ê meritorius sm̃ totam suam latitudinem; cæterum talis actus ñ disponit ad gratiam sm̃ totam suam latitudinem; quia actus supponens habitum ñ disponit ad id quod ê habitus; quod iam supponitur; sed ad id, q. deficit habitui de intensione, et ita solum disponit sm̃ excessum actus supra habitum; nam solum hic excessus deficit habitui, et ita in tali actu ñ adæquantur ratio meriti et ratio dispositionis. Cæterum, quando actus disponit ad id q. ê habitus, ut contingit, quando impius iustificatur, tunc actus sm̃ totam suam latitudinem disponit; et ita ratio dispositionis deberet commensurari cum rõe meriti, quæ etiam convenit actui sm̃ totam suam latitudinem; sic commensuratur in contritione ratio dispositionis, et ratio meriti de congruo primæ gratiæ, in sententia concedente tale meritum; in nostra autem sententia negante omne meritum contritioni primæ gratiæ commensuratur in contritione ratio dispositionis cum rõe meriti primæ gloriæ; quod autem ñ commensuratur cum merito primæ gratiæ, provenit ex eo quod ñ datur tale meritum in contritione, quia procedit, et dignificatur à gratia data intuitu ipsius contritionis, dependenter ab ipsa, et cum ipsa commensurata, at vero gratia dignificans actum meritorium augmenti gratiæ, supponitur data absque ulla dependentia à tali actu meritorio, et absque commensuratione cum illo.

Ad argumentum, q. in primo posito concedimus; quod ultima dispositio meretur primam gloriam: et negamus mereri primam gratiam – et ad primam probationem dicendum R.^r quod prima gloria per modum hæreditatis correspondet primæ gratiæ q. ñ tollit, q. etiam correspondeat contritioni per modum coronæ, nam debitum uno titulo, potest fieri debitum alio titulo, scilicet, ratione meriti – sic gloria corporis erat debita Christo Dño, debito connaturalitatis cum sit propriera gloria animæ, quam Christus habuit à

Primo instanti suæ Conceptionis; et tamen Christus meruit gloriam Corporis, et facit sibi debitum, ut præmium, et Coronam.

Ad 2um probat Consequentiam Respondeo Quod actus meritorius augmenti gloriæ, etiam meretur augmentum Gratiæ, tamquam præmium intermedium; quia supponit Gratiam omnino independentem à tali merito; per quod dignificatur in ordine ad augmentum gratiæ. Actus vero meritorius primæ gloriæ non supponit Gratiam, datam independenter à Contritione; sed potius ab ipsa dependentem; et cum ipsa commensuratam, et consequenter nequit mereri illam Gratiam, tamquam præmium intermedium; Cæterum licet prima gratia non sit præmium intermedium Contritionis, est tamen effectus intermedius ipsius; quod sufficit, ut prima gloria correspondeat Contritioni, mediante prima Gratia, ut effectu intermedio.

De Merito Operum subsequentium.

Posset hoc loco disputari; An prima gratia saltem de potentia absoluta possit cadere sub merito condigno operum subsequentium, vel an principium meriti possit cadere sub merito; sed jam usus obtinuit, ut hujusmodi quæstiones reserventur ad 3am partem Theologiæ, nam in tractatu de Incarnatione disputatur, An Sancti Patres meruerint Verbi Incarnationem, quæ est principium totius meriti; et gratiæ Sanctorum Patrum. et in tractatu de merito Christi, disputatur an Christus de potentia absoluta mereri potuerit suam Incarnationem, vel Unionem hypostaticam per opera subsequentia. et etiam prima parte in tractatu de prædestinatione, an dentur causa meritoria totius prædestinationis, vel primi effectus ipsius; ubi etiam de hac quæstione agitur. Ne igitur quæstiones à proprijs sedibus extrahamus, ab hac disputatione modo supersedendum est, et sufficit annotare, quod meritum debet præintelligi

Vt existens antea ad praemium — 2º quia movet praemiantem; quae est, non ut sit; in quo distinguitur a fine, qui non movet voluntatem, quia est, sed ut sit; et ponatur in re; et ita sufficit, quod existat in intentione, vel apprehensione, ut exerceat suam causalitatem finalem meriti, vero cum sit causa efficiens moralis debet praeintelligi, ut existens in executione, ut exerceat suam causalitatem, licet non requiratur quod praeexistat tempore, sed sufficit praeexistentia eius in praescientia Dei, vel in aeternitate; et sic christus meruit gratiam antiquorum Patrum — 3º etiam; quia actum esse meritorium supponit esse laudabilem, et quod vere ipsius operans sit dignus laude, et praemio; solo autem non est laude dignus per hoc quod Deus efficaciter intendat dare ipsi opera laudabilia, sed per hoc, quod praevideatur a Deo, ut exercens talia opera; et consequenter opus laudabile, et meritorium debet supponere, non solum decretum Dei intentivum, sed etiam executivum, per quod ponitur sub existentia.

Ex quo sequitur 1º opera, quibus christus Dominus promeruit Sanctis Patribus gratiam; et omnia merita ipsorum, fuerunt priora tali gratia, et meritis, non solum via intentionis, sed etiam ordine executionis: vero et per scientiam Dei, et cum praevideri non potuerint, ut exercite existentia talia merita christi; quin praevideretur unio hypostatica, aut Verbi incarnatio; consequenter ante merita Sanctorum Patrum praevisa fuit; ut existens Verbi incarnatio, ac proinde non potuit cadere sub merito de congruo Sanctorum Patrum simpliciter, et quoad totum esse, sed solum, ut exequenda novo titulo; tanquam praemium de congruo talium meritorum; quod in hoc casu, ita accidere potuit; quia merita antiquorum Patrum tempore praecesserunt incarnationem; caeterum cum ipsa incarnatio, vel unio hypostatica non sit tempore posterior christi Domini meritis; nec posterior natura, sed simpliciter praecedat talia merita tempore, et natura, nullo modo cadere potest sub merito de condigno ipsius christi Domini;

Caq de poa Absoluta; nec Similiter 1a. Gratia pot Cadere Sub merito operum, ex ipsa Subsequentium; Si tum motibus, nequit esse, etiam de pota absoluta; quia effectum, aut finale intrinsecum talis motus.

S. Obijcies: Quod apud Homines, aliquis pot promereri donum iam acceptum; Si qui accipit Equum a Domino; ipsum meretur bene Utendo illo in Servitio Dei; Sed Deus Liberalior est; quam Homo: ergo multo magis gratiam iam susceptam pot Homo promereri a Deo per opera Subsequentia.

Ad hoc Respondet D. Thomas hic ad 3um quod omne bonum opus hominis procedit a Gratia, Si a quo; non Autem procedit a quocumque humano dono; et ideo non est Similis ratio de dono gratiae, et de dono humano; quae differentia Consistit in hoc; quod Dominus tribuens Equum, non tribuit bonum usum equi; et ita Servus per bonum Usum Equi, non donatum a Domino, pot mereri dominum ipsius Equi; Sed bonus Usus Gratiae est donum ipsius Dei, et ipsius Gratiae; et ita per bonum Usum Gratiae nequit Iustus mereri ipsam gratiam donantem talem Usum bonum ipsius.

Respondetur 2o D. Thomas in 2o dist. 27. q. 1 art 4 ad 2um quod in Iustitia commutativa Contingit, quandoque; quod praemium, vel id, quod loco praemij est praecedat meritum; Ut pt in Emptione, et Venditione; qui enim rem emptam prius accipit, quam pretium Solvat, quodammodo praemium Ante meritum Accipit, quod etiam magis patet in eo, qui prius accipit praemium Laboris sui, quam Laborem impendat in obsequium alicuius. In Iustitia autem distributiva hoc non pot accidere, eo quod praemium ibi redditur Secundum gradum, et dignitatem personae; et ideo Secundum illud; quod praecedit meritum, oportet; quod praemium attendatur; ex quo Quidem Constituitur in tali dignitate: Ut cum Gratia per modum Iustitiae distributivae diversis hominibus a Deo detur, non pot esse quod aliquis ex Sequentibus mereatur gratiam prius acceptam, Ut ibi ait D. Thomas. absolute enim docet; quod Gratia 1a. Adultis Confertur. Secundum proprium Uniuscuiusque

dispositionem

Dispositione; 2ª ut gratia, b. cuius augmentum datur simpliciter ex iustitia distributiva, secundum dignitatem personarum; ex qua provenit dignitas meritorum; et ita meritum non potest supponere praemium; tanquam dignificans personam merentem; et ex consequenti meritum.

Ex hac Doctrina D. Thomae desumpta est distinctio meriti in meritum remunerandum per praemium futurum; et in meritum per modum pretii, et solutionis; quo solvitur praemium, antea datum; ut patet in merito Operarii; qui per suum laborem solvit praemium, antea a Domino acceptum; et huiusmodi fuerunt merita Christi comparative ad gratiam Sanctorum Patrum Antiquorum; nam per talem gratiam fuerunt remunerata merita Christi Domini, anticipata solutione; et Christus tempore sequenti merens solvit pretium talis gratiae; quod licet ad rem praesentem parum referat; quia solum loquimur cum D. Thoma de merente sibi ipsi 1am gratiam; non vero de merente aliis gratiam; sicut Christus Dominus ipsis omnibus meruit; quia tamen praedicta distinctio, prave intellecta potest esse causa erroris in aliis materiis.

Sciendum est; quod dupliciter potest intelligi hoc meritum per modum pretii, et solutionis praemii, antea collati - 1º: vero praemium prius collatum, solum prioritate temporis; ita tamen, ut meritum tamquam ordine intentionis, quam executionis, supponatur praevisum a Deo, ut existens in aeternitate; et dari hoc meritum in Christo, vero gratiae Sanctorum Patrum, est omnino certum; hoc enim est meritum remunerandum secundum praescientiam Dei; licet in tempore sit per modum pretii, et solutionis - 2º. potest intelligi praemium praecedere meritum non solum in tempore; sed etiam in aeternitate secundum praescientiam Dei; ita ut merita Christi, solum praevideantur, ut futura sub conditione, et Deus in spe talis meriti det anticipata solutione praemium; sicut saepius contingit in humanis; contingit; quod aliquis tribuit alteri aliquod donum in spe antidoralis remunerationis, vel alicuius obsequii ab altero exhibendi, quod erit ipsi valde gratum; et sic explicant aliqui Moderni

Merita christi Dñi in ordine ad gratiã Antiquorũ Patrũ, Ut refert Oviedo Sic controv.ª 1. punct. 4. exempli gratiâ noscit Deus, q.ᵈ si talia auxilia Gratia Abrahamo conferero; filius meus pro his auxilijs collatis, gratias aget condignas, quibus condigne persolvet beneficiũ collatũ Abrahamo; ac ex hoc Deus spe gratiarũ actionis confert auxilia Abrahamo; et christus dicit.ʳ per modũ condignæ solutionis promereri.

Hoc tñ meritũ in spe per modũ gratiæ, et solutionis n.ē admittendũ in sñia nrã Dei - pº quia sequit.ʳ q.ᵈ Deus moveat.ʳ ad dandũ præmiũ anticipata solutione, solũ ex meritis christi, prævisis sub conditione futuris, scilicet, si dederit præmiũ anticipata solutione; merita autẽ conditionata futura excogitarunt Arriani, et semi Pelagiani ad defendendũ Deũ n. ēē acceptorẽ personarũ, in Baptismo parvulorũ, et in Vocatione Adultorũ ad fidẽ. Dicebant enĩ illi, et n. istis ministrari Baptismũ, et prædicari evangeliũ, quia præsciebat Deus illos, et n. istos bene usuros Baptismatis gratia, et Vocatione, si baptizarent.ʳ, l. Vocarent.ʳ ad fidẽ; quæ merita conditionata, tanquã chimærica rejeciunt D. Aug.ⁿᵘˢ D. Hyeronimus, D Prosper, et aliĳ Patres, quorũ verba refert Oviedo.

2º etiã quia si Deus ex intentione, aut spe meritorũ Xp̃i moveret.ʳ ad dandũ gratiã antiquis Patribus, iã merita christi ēent finis gratiæ Antiquorũ Patrũ; et Verificaret.ʳ sñia causalis, Deus contulit gratiã antiquis Patribus, Ut christus ipsã mereret.ʳ - et etiã Verificaret.ʳ sñia causalis - ideo Deus dedit gratiã Antiquis Patribus, quia christus ipsam meruit; quæ causalis ē fide certa - istæ tñ duæ causales, altera in rõe causæ finalis, et altera in rõe causæ meritoriæ, vel efficientis moralis sunt incompossibiles in materia, ut D. Aug.ⁿᵘˢ de prædestinat.ᵉ Sanctorũ cap.ᵉ 1º - ex eo q.ᵈ Apostolus dixit ad Ephes. 1º elegit nos in ipso ante Mundi

Cont.ᵉ

Constitutione, Ut essemus Sancti. Infert Contra Pelagianos: q. non quia eramus Sancti — et quia ad Thimot. 1. dicit. Misericordiam consequutus, Ut fidelis essem — infert Concilium Arausic. Can. 25. q. non q. fidelis eram; sed ut futurus eram — Quod etiam desumptum est ex D. Aug. no de praedestinat. cap. 3°. et de gratia, et libero arbitrio cap. 7. et ex D. Fulgentio Lib. de incarnat. et gratia Cap. 19.

Tum etiam quia de ratione meriti est tribuere Ius merenti, Ut praemium ipsi conferatur, vel alteri cui applicat sua merita: Unde licet praemium possit alteri conferri, Ius tamen Ut praemium alteri conferatur debet prius esse in ipso merente; Sed non potest intelligi; quod Christus habeat Ius acquisitum per sua opera in ordine ad gratiam, Sanctis Patribus collatam, antequam praeintelligatur à Deo, Ut à parte rei existens; et exercens operationes meritorias, per quas tale Ius acquirat, et faciat sibi debitam gratiam Antiquorum Patrum: quod praecise, per hoc, quod praevideatur solum, Ut bene operaturus, et quod acquiret Ius per talia opera, sub conditione, quod gratia datur Antiquis Patribus, non potest intelligi, quod meruit gratiam Antiquis Patribus, cum talis gratia sit data, antequam sit Ius, aut debitum, ex parte christi, et consequenter sola spes meriti futuri sub conditione non sufficit ad verificandum, quod christus meruit gratiam Antiquorum Patrum; aut quod talis gratia fuerit debita ex Iustitia Antiquis Patribus propter Ius meritorium christi Domini.

Neque est omnino simile de meritis in humanis anticipata solutione remuneratis — Tum quia dans equum; aut pecunias in spe operis exhibendi in obsequium dantis; movetur ex meritis praevisis, Ut absolute futuris, non tamen Ut futuris infallibiliter ex decreto efficaci Dei, quod nobis est occultum, sed praecise, Ut futuris, ex dispositione; et inclinatione Caary 2ary

Et ita hēt absolutē spē meriti futuri; licet, n̄ omnino certē; quā spes in Deo ēā n̄ pōt — sy enīg quia tribuens equū; aut pecunias pro merito futuro n̄ tribuit absolutē dominiū equi; aut pecuniarū, s. præcisse dominiū sub conditione operis consequendi in obsequiū dantis; q.d si tale opus n̄ consequatr; recipiens tenetr. ad restitutionē: Vē præmiū talis operis ē res, l. pecunia, ut absolute poterit; l. dominiū absolutū ipsius; q.d ē posterius merito; et coīetr. præmiū gratiæ; ut tale ē tempore posterius merito; licet, materialr. ipsū præcedat; hoc autē contingere n̄ valet in gratia christi, collata antiquis, vel modernis; cū hoō n̄ possit adquirere suis operibus dominiū gratiæ; nec absolutū, nec conditionatū; s. solū indirecte ex gratia christi in potestate hominis; quiā ipsā pōt expellere; aut retinere, peccando; aut n̄ peccando.

Artus 6.us An homo possit alteri mereri primam gratiam?

Observat D. Thōas q.d opus nostrū habere rationē meriti contingit ex duobus; 1.o quidē ex vi motionis divinæ; per quā homo ā Deo movetr. media gratia auxilliante; et iustificante, ut conseqūatr. vitā æternā; et sic meretr. aliquis ex condigno — alio modo hēt rōē meriti sm̄ quōd procedit ex libero arbitrio; in quātū voluntariē aliquid facimus; et ex hac parte ē meritū congrui; quia congruū ē; ut dū hoō bene utitr. sua virtute in obsequiū Dei; Deus sm̄ super excellentē virtutē, excellentius operetr. in bonū hoīs; ex quo duas conclusiones infert D. Thas.

1a. [illegible]

1ª CCº ê Merito Condigni nullus pot Alteri mereri 1ª gratiã; nisi Solus Christus — et ratio ê; Quia Unicuique nostrum mobetur â Deo per donum gratiæ, Ut ipse ad Vitam Æternam perveniat; mediante gratiæ Augmento: ergo meritum Condigni, Ultra Suæ motionis n. Se extendit, nisi per Augmentum gratiæ; et Vitam Æternam promerenti Collata, manent eius merita adæquate; et Condigne remunerata; et consequenter dignitas talis meriti, nequit extendi ad 1ª gratiam Aliis conferendam — quæ ratio etiam probat, quod Condignitas meriti n. extenditur ad 2ª gratiam, aliis de Condigno promerendam.

De Christo Vº ê dispar ratio; Quia Anima Christi mota ê â Deo per gratiam, n. Solum, Ut ipsa perveniret ad gloriam Vitæ Æternæ; quam habuit absque merito â 1º instanti Suæ Conceptionis; Sed etiam Ut Alios in eam adduceret per suum meritum; in quantum ê Caput Ecclesiæ; et Author Salutis humanæ Secundum illud ad Heb. 2 qui multos filios in gloriam adduxerat Authorem Salutis &ca. et cum meritum christi Domini sit infinitum; quamvis meruisset Sibi gloriam Vitæ Æternæ, Ut fuit possibili de potentia absoluta; adhuc nobis meretur 1ª gratiam; et Cætera dona; quia per gloriam Animæ christi; quæ finita ê; n. erant Condigne; et adæquate remunerata merita Christi, cum meritum infinitum n. remuneretur Condigne; et adæquate Aliquo præmio finito — an autem de potentia absoluta possit purus homo Constitui â Deo Caput, Ut mereatur Aliis de Condigno 1ª gratiam, disputatur in tractatu de Incarnatione; Ubi partem negativam defendemus.

Sed Objicies: quod Unus homo pot pro Altero de Condigno Satisfacere: ergo etiam poterit mereri Condigne Alteri 1ª gratiam; quod n. Videtur plus requiri ad Unum; quam ad Alterum.

Confirmatur Quia si Adamus non peccasset, condigne mereretur suis posteris Iustitiam originalem, et gratiam; sed peccando meruit ipsis privationem gratiae, et Iustitiae originalis, mortem; et alias poenas peccati originalis; sed potentia fuit de potentia ordinaria, quod Adamus mereretur, et non peccasset: ergo potentia fuit de potentia ordinaria, quod unus Iustus mereretur alijs de condigno primam gratiam-

Respondeo Quod solo Iustus non potest de condigno satisfacere pro alio existenti in peccato mortali; sed non potest alteri existenti in peccato mortali mereri de condigno primam gratiam; nec solo potest pro se satisfacere, et simul pro alio; sed non potest sibi de condigno mereri unum praemium, et alteri alterum, et solum est discrimen; quod Iustus potest applicare alteri Iusto suam satisfactionem pro poena temporali; non tamen potest applicare alteri suum meritum de condigno quia est actio immanens, quae exerceri non potest per alterum; sed praecise movet operantem in ordine ad praemium ipsi de condigno conferendum.

Ad confirmationem Respondeo quod Adamus in tali casu non mereretur de condigno suis posteris gratiam, et Iustitiam originalem; non potuit constitui a Deo caput, ut Adamo merente, in ipso omnes posteri gratiam mererentur, ut supra diximus, et ita peccatum Adami; quod fuit, praecise peccatum ipsius non meruit posteris privationem gratiae; et mortem; bene tamen, ut fuit peccatum ipsorum posterorum; qui erant in Adamo, tanquam in capite morali; in quo omnes peccaverunt; et quilibet per suum peccatum meruit privationem gratiae; et caeteras poenas peccati originalis; de quo videatur D. Thomas in 2° dist. 20 quaest. 2 arto 3, ad 3um - et distinct. 21 q. 2 art. 2 ad 3um

2ª Cl. Merito Congrui pot aliquis alteri
merari 1ª Gratiã; et ratio ē: Quia hōo in Gratia Constitutus ē Dei
Amicus; et implet Voluntatẽ Dei; S. Congruũ ē, Sm Amicitiæ propor-
tionẽ; Ut etiã Deus impleat Voluntatẽ Sui amici in Salvatione, aut
Iustificatione alterius: q. Iustus orando, et bene operando pro Conver-
sione peccatoris, pot ipsi de Congruo mereri 1ª Gratiã Iustificantẽ, qd
etiã probant Argumta Articuli, desumpta ex testimonijs Sacræ Scripturæ.

S. Observat D. Thōs, qd hoc meritũ de Congruo non
infallibiliter impetrat 1ª gratiã alijs, S. qndoque pot ēē impedimentũ
ex parte illius, cujus aliquis Sanctus Iustificationẽ desiderat; qd impe-
dimentũ n ē Solũ peccatũ mortale, habitualiter perseverans in macula
Aīæ, nã hoc peccatũ Semper præcedit 1ª Gratiã; S. ē propositũ efficax
perpetrandi peccata, aut perseverandi in peccato; et in hoc Casu loquitur
Authoritas Hyeremiæ Cap. 15. dicentis: Si steterit Moyses, et Sa-
muel Coram me; n ē Aīa mea ad populũ istũ.

S. Objicies: qd Deus licet hōi Volenti perseverare
in peccato, et repugnanti Gratiæ Dei n Conferat in sensu Composito
Auxiliũ efficax ad eius Conversionẽ; Caterũ per suã Gratiã efficacẽ
facit ex nolentibus, Volentes; et ex repugnantibus Consentientes;
Ut pt in Conversione S. Pauli. Ut D. Aug.nus de prædestinatione Sanctorũ
Cap. 8 dicit: Hæc itaque Gratia, quæ occulte humanis Cordibus divi-
na largitate tribuitur à nullo duro Corde respuitur; ideo quippe tri-
buitur, Ut Cordis duritia primitus auferatur. qd dũ Iustus implens Dei
Voluntatẽ orat, et alia bona opera exercet pro peccatore indurato,
in proposito peccandi; Ut Deus eius duritiã auferat, et ipsũ faciat
ex nolente, Volentẽ; et Consentientẽ ex repugnante; Congruũ ē

Ut Deus voluntate timentium se faciat, et deprecationem eorum exaudiat; et convertat tales peccatores, quantumvis obduratos, et obstinatos in suo peccato; et consequenter ut macula peccati praeteriti non est impedimentum, ut justus alteri mereatur primam gratiam; ita induratio in peccato, vel propositum permanendi in ipso, non erit impedimentum; ut justus tali peccatori mereatur de congruo, et impetret primam gratiam.

R[r] Quod licet adsit amicitia congruentia, ut Deus convertat peccatores obstinatos propter merita justorum; et aliquando Deus de facto ipsum operetur, ut convertit Saulum propter orationem Sancti Stephani; qua enim congruentia motus quidam episcopus Sanctae Monicae oranti, et ploranti frequenter pro conversione sui filii Augustini dixit: Vade a me, ita vivas; fieri enim non potest, ut filius istarum lachrimarum pereat. – Caeterum quia plures adsunt congruentia, ut Deus exerceat suam justitiam peccatores tradendo in reprobum sensum, et relinquendo eos, secundum desideria cordis eorum; ideo non est infallibile, quod justus mereatur, et impetret primam gratiam peccatoribus induratis, quamvis verum sit, quod Toletus, Belarminus, Valencia, Suarez, et alii existimant quod si justus pie, et perseveranter oret pro alio, postulando ea, quae pertinent ad ipsius animae salutem; infallibiliter impetrabit; et consequenter infallibiliter impetravit peccatori primam gratiam; quod recte videtur componi cum doctrina Divi Thomae in hoc articulo; quia si justus per multum tempus perseveret in orando, et bene operando pro peccatore, peccator non durabit per tam longum tempus in intentione peccandi, aut perseverandi in peccato, quia liberum arbitrium humanum propter suam versibilitatem, facile mutatur, et saltem propter aliqua motiva temporalia desistet ab actuali intentione peccandi, et tunc solum permanebit macula

peccati.

Peccati, vel habituale peccatum ig retractatum, et consequenter poterit sumi infallibiliter ipsi impetrare 1am gratiam: Caeterum non esse infallibilem hanc impetrationem, aut meritum de congruo, nec adesse de hoc Divinam promissionem, bene probat Torre 2a 2ae q. 83 art. 16 disp. 8 a n. 21 et in modo ita occulta absque divina promissione, nobis revelata, nihil temere definiendum est.

Sed inquires an etiam peccator possit alteri mereri de congruo 1am gratiam? affirmative Respondent Medina, Granados, et Oviedo, qui pro eodem accipiunt in viatoribus meritum de congruo, et impetrationem contra illud Augustini epistola 105: nec ipsa remissio peccatorum sine aliquo merito fit, si fides hanc impetrat. Peccatores autem aliquando possunt aliis impetrare 1am gratiam, et remissionem peccatorum, propter magnam Dei misericordiam, alias frustra orarent peccatores pro aliis dicendo: et dimitte nobis debita nostra sed debebant dicere: dimitte mihi debita mea.

Caeterum Montezinos, Suarez, Torre, et magis communiter Thomistae, distinguentes etiam in viatoribus meritum de congruo ab impetratione concedunt, posse peccatores aliis impetrare 1am gratiam, negant vero quod possint ipsi aliis de congruo mereri, quia meritum de congruo fundatur in dignitate personae merentis, et in lege amicitiae, quia congruum est, ut unus amicus impleat voluntatem alterius, quae congruentia non invenitur in peccatore orante, et bene operante pro alio; hac tamen ratio, etiam probat, quod peccator non possit sibi ipsi mereri de congruo 1am gratiam habitualem, quod tamen negat Suarez, et ideo aliam rationem assignat, quia, scilicet, peccator per propriam orationem, et operationem se disponit, saltem remote ad 1am gratiam, et ita ipsam meretur de congruo, non congruitate fundata in dignitate, et amicitia personae, sed in proportione operis disponentis, cum 1a gratia, ad quam disponit, quae congruitas non est in merito unius, respectu alterius, quia actus unius non disponit alium, ut per se constat.

S. Utra Sent. simul est Vera, et facile componunt. Quia 2a. Loquitr. de merito Congruo in rigorosa acceptione 1a. Vo. in Universaliori acceptione, et ex congruitate sit, qd. Deus aliquando exaudiat peccatorem orantem pro alio ad ostensionem suae Liberalitatis, et Misericordiae, et etiam ad Commendandum amorem proximi, licet imperfectum, ex quo provenit talis oratio; haec congruentia, etiam erit sufficiens, ut peccator dicatr. aliquando alteri de congruo mereri primam gratiam congruitate Late sumpta.

Articulus Septimus.

19m. V, Homo possit sibi mereri reparationem post Lapsum?

Dupliciter intelligi potest, qd. homo mereatr. sibi, l. alijs reparationem post Lapsum; 1o. Ut homo iam Lapsus in peccatum, et in tali Statu mereatr. reparationem; et D. Thas. n. Loquitr. in hoc sensu, nam idem est, qd. peccator, qui prius fuit Iustus mereatr. sibi, l. alijs reparationem; ac qd. peccator mereatr. sibi, l. alijs 1am. gratiam remissivam peccatorum, de quo iam egerat D. Thas. in articulis praecedentibus — 2o. potest intelligi, ita ut Iustus, dum perseverat in Statu Iustitiae possit mereri, ut si postea ceciderit in peccatum mortale, statim reparetr. a Deo in pristinum gratiae statum, et in hoc sensu Loquitr. D. Thas. in hoc articulo, et Rat. duplici Conclusione.

Prima Ccl. est, qd. Iustus n. potest sibi de condigno mereri reparationem post Lapsum; in hac Cle. conveniunt omnes Theologi, et ratio D. Thae. est; qa. ratio meriti de condigno dependet ex motione

Divinæ Gratiâ, S. motio Divinæ Gratiæ n. se extendit ad repa=
rationem post lapsum, eo hac motio interrumpatur per subsequens peccatum.
I.° Omnia beneficia, quæ postmodum aliquis à Deo consequitur, quibus re=
paratur ad pristinum statum n. cadunt sub merito condigno, quod habuit
homo ille, antequam caderet in peccatum.

Et si Dicas: q. licet ad consequutionem præmij corres=
pondentis merito de condigno requiratur, q. iustus, vel perseveret in gratiâ,
vel quod reparetur gratia, et eius motio, cæterum ut hoc habeat meritum con=
dignum alicuius præmij, n. requiritur, q. gratia n. interrumpatur, aut semper
perseveret, nam reprobi iusti de condigno merentur gloriam, quamvis post me=
ritum, gratiam amittant. et similiter prædestinati, qui post merita, in peccata
labuntur, et omnes iusti de condigno é in gratiâ potuit mereri reparationem post
lapsum, quamvis gratia postea n. perseveraret, S. interrumpatur.

Contra é quia implicat in terminis, q. aliquid sit meritum,
aut præmium condignum, et quod detur subito indigno antecedens ad præmium, nam ipsa
merita condigna, quæ præcedunt præmium, faciunt subiectum dignum talis præmij, S.
v. gratia reparativa iustitiæ datur subito indigno, eo datur peccatori: q. im=
plicat, q.d. n. perseverante merito, et motione divinæ gratiæ, hoc mereatur
de condigno reparationem post lapsum. Ex quo constat differentia inter
hanc reparationem, et gloriam, nam gloria numquam datur indigno, S. semper
datur digno, per reviviscentiam gratiæ, et meritorum, et ita pot intelligi meritum
gloriæ, eo quod motio gratiæ, postea interrumpatur per peccatum, dum mo iterum
recuperatur. Cæterum reparatio post lapsum danda é indigno, et ita motio
gratiæ, et meritorum ad ipsam extendi n. pot; ac proinde nequit cadere
sub merito condigno.

2ª Cl. Nec Merito Congrui pot Justus mereri sibi reparationem post Lapsum – Haec Cl. n'é ita certa ut praecedens, nam licet ipsam Sequantur Contr. Thoe, Montezino, Lorca, [struck] Vasquez, Granados, et Alij; oppositum tn tenent Vega; Belarminus, Suarez, Muratius, Tornero, Olviedo, et alij – Pr. Clem. pbatur D. Thoe Exillo Ezechielis 18 si avverterit se justus â Justitia sua, et fecerit iniquitatem, omnes Justitiae ejus, quas fecerat, n' recordabuntur – et Cap. 36. si dixero Justo, qd vita vivat, et confisus in Justitia sua fecerit iniquitatem, omnes Justitiae ejus oblivioni tradentur. – Qd licet contrarij explicent de oblivione in ordine ad praemium condignum, n' vo in ordine ad praemium congruum; haec tn é restrictio tenera, et melius intelligitur absque restrictione – ratio D. Thoe é; quia Peccatum superveniens impedit efficaciam meriti de congruo in ordine ad reparationem ipsius merentis; qd â fortiori constat, ex eo qd meritum congrui, quo quis alteri vg gratiam meretur, impedit, ne consequatur effectum propter impedimentum peccati in eo, cui quis meretur. Ut dictum é arto praecedenti: qd multo magis impeditur talis meriti efficacia per impedimentum, qd ést et in eo qui meretur et in eo cui meret; hic enim utrumque in una persona concurrit, et consequenter nullo modo pot aliquis sibi mereri reparationem post Lapsum.

S. Contra Objicies, quia Sóó in peccato existens pot mereri de congruo apud Deum suam reparationem: ergo eadem opera viva prius facta poss. post Lapsum hominis retinere rationem aliquam meriti de congruo ad obtinendum â Deo auxilia, quibus post Lapsum reparetur.

Et si Dicas: é dissimilis ratio; quia cum Peccator

Meret. de congruo remissionem peccatorum; si ponit novum impedimentum suo merito; sicut dum peccando novum impedimentum ponit.

Contra est; quia non minus impedimentum esse videtur vel meriti de congruo, peccatum praeexsistens, quam peccatum superveniens; nam tota ratio impedimenti est: quod homo per peccatum fit indignus omni bono apud Deum, aut debitum Dei ad ipsum; vel etiam quod ipsum homo facit reum aminonis bonorum omnium praesertim spiritualium; sed haec omnia non minus praestat peccatum praeexsistens, quam superveniens: ergo si haec non obstant, quominus peccatum praeexsistens non impediat acquisitionem novi meriti de congruo; neque etiam impediet, quominus peccatum subsequens non impediat in bonis operibus praecedentibus totam rationem meriti de congruo in ordine ad reparationem peccatoris.

Resp. 2ª. Solutionem datam et ad ipsum, qua conveniunt Suarez, et Oviedo resp. neg. ant., quod etiam ipsi negare tenentur, nam ut diximus, actio praecedenti ideo Suarez ait: quod peccator potest sibi mereri de congruo 1ª gratiam, non vero alii, quia peccator per proprios actus, se disponit, saltem remote ad suam justificationem; et in proportione actus disponentis cum gratia, ad quam disponit fundatur congruitas meriti in ordine ad 1ª gratiam; actus vero unius non disponit alium, et ita nequit mereri alteri de congruo 1ª gratiam; quae disparitas currit in nostro, nam opera, quae homo ante peccatum fecit, post peccatum non disponunt ipsum ad justificationem et reparationem; opera vero bona, quae post peccatum facit, ut sunt fidei, oratio, et attritio disponunt ipsum, ut a peccato resurgat, et justificetur; et ita in ipsis operibus, sit est ratio dispositionis, ita etiam ratio meriti de congruo respectu justificationis, non vero in illis, in quibus non invenitur ratio dispositionis.

Ex quo sequit. alia differentia. Quia peccatum subsequens merita è peccatum actuale, quo peccator se convertit ad vitam sive gravem, et per ipsum saltem virtualiter retractat praecedentem conversionem ad Deum, et omnia opera meritoria propter Deum facta, et ita omnia bona opera praecedentia mortificat, et impedit, ne consequantur remunerationem; ceterum bona opera, quibus peccator disponitur ad justificationem, non supponunt peccatum actuale, ipsa retractans; sed potius tales dispositiones sunt inchoatae, et imperfectae retractationes peccati praeteriti. Ut ut in attritione, et oratione, qua peccator postulat remissionem peccatorum; et ita ratio meriti congrui in praedictis dispositionibus non impeditur per peccatum praecedens, quod solum permanet habitualiter in animae macula.

2º Objicies: quod justus potest impetrare à Deo reparationem post lapsum, aliàs frustra postularet à Deo talem reparationem; sed frustra, et imprudenter postularet auxilium ad vitandum omnia peccata venialia collective, sed quod justus potest impetrare, potest mereri de congruo: ergo potest mereri reparationem.

Rº quod Vazquez negat talem orationem posse esse impetratoriam, sed cum justa sit, et prudens, ut ait D. Thom. hic ad 1um negari non potest, quod aliquando sit impetratoria: Vel Alvarez, et Conimbricenses Theologi, admissa maiori, negant minorem quia meritum innititur justitiae, impetratio vero divinae misericordiae, ut ait D. Thom. hic ad 1um et 2. 2ae q. 83. art. 16 ad 2um et peccatum mortale impedit statum justitiae, et facit, quod oblivioni traddatur, et consequenter impedit eius meritum de congruo; non tamen impedit

misericordiam

Misericordiæ Dei Xª. illud Psalmi 76: numquid obliviscetur misereri Deus; aut continebit in ira sua Misericordias suas.

Etsi Dicas: quod Sicut meritum Condignum innititur Justitiæ; Ut ait D.Thomas hic art. 6 ad 2um. Cæterum meritum de Congruo non innititur Justitiæ, sed Misericordiæ, Ut ait D.Thomas ad Hæb. 6. Lectione 3 Ubi Concedit meritum de Congruo in ordine ad reparationem post Lapsum.

Respondeo Quod Meritum Condignum innititur Justitiæ Operis, et Operantis; meritum vero de Congruo stricte acceptum, licet non innitatur Justitiæ Operis, quia non tribuit Jus, aut debitum Justitiæ, innititur tamen Justitiæ, et Sanctitati Operantis; quæ Justitia destruitur per peccatum mortale; et hoc meritum de Congruo Justitiæ operantis innitens, negat D.Thomas in hoc Arto; in Loco vero citato ad Hæb. Loquitur de merito Congruo in Latiori Acceptione; Ut coincidit cum Impetratione; vel Loquitur in Sententia Glossæ, quæ ibi defendit; non vero in propria Sententia.

Artus Octavus
An homo possit mereri Augmentum Gratiæ, et Charitatis?

Diversi fuerunt Errores Hæreticorum circa hanc materiam Jovinianus, qui dixit: Omnes Justos æquales futuros esse in Beatitudine; Consequenter dixit: Omnes Justos in hac Vita esse æquales in Justitia, et Sanctitate; et proinde, quod Justus plura Virtutum opera Exercens, quam alius, non meretur maius augmentum gratiæ, et Justitiæ — Lutherus cum qui dixit homines Justificari per imputationem Justitiæ Christi; Consequenter dixit: quod Justi per bona Opera

Non merentur Augmentum Iustitiae, quia Iustitia Christi non est capax augmenti — Kemnitius autem et Bucerus, qamvis dixerint, Iustum posse crescere in Iustitia, hoc autem augmentum attribuebant fidei particulari, qua Iustus apprehendit magis Iustificari per Iustitiam Christi, et Consequenter dicebant: bona opera Iustorum non esse meritoria talis augmenti, nec causas illius, sed solum esse signa Iustitiae iam adeptae: contra istos errores sit —

CCl. 1. Homo Iustus potest mereri augmentum gratiae, et charitatis, quae CCl. est fide certa, definita in Tridentino Sess. 6. cap. 10 et Can. 24. — et 32. Ex illo Apoc. Ulto: qui Iustus est, Iustificetur adhuc, et Sanctus Sanctificetur adhuc — et Proverb. 4. ne vereris Usque ad Mortem Iustificari, quae admonitio inutilis esset, si homo per sua bona opera non posset crescere in Iustitia, et Sanctitate, sicut etiam inutilis esset Oratio Ecclesiae, dicentis: da nobis fidei, spei, et charitatis augmentum — quod late probant Sic, et in tractatu de charitate Theologi pluribus Scripturae, et Patrum testimoniis — Ratio autem Conclusionis est, quia illud cadit sub merito condigni, ad quod divina ordinatio, et motio gratiae se extendit, ut supra dictum est; sed ordinatio Divina, et motio gratiae, qua Iustos movet non solum se extendit ad gloriam, sed etiam ad augmentum gratiae: ergo hoc augmentum gratiae cadit sub merito condigno Iustorum — min. probatur quia ordinatio, et motio alicuius motoris non solum se extendit ad ultimum terminum motus, sed etiam ad totum progressum in motu, scilicet, ad motus intermedios; sed terminus ultimus Divinae ordinationis, et motionis gratiae est vita aeterna, progressus autem in hoc motu est secundum augmentum charitatis, et gratiae; quod est terminus intermedius secundum illud Proverb. 4. Iustorum semita, quasi lux splendens procedit et

Crescit

Crescit usque ad perfectum diem, qui ē dies gloriæ. Item Gratiæ et charitati correspondet maior gloria; et ita augmentum gloriæ ē ultimus terminus meriti, augmentum vero gratiæ, et charitatis ē terminus intermedius; sicut Sacerdotium ē medium ad Episcopatum; et meritum Episcopatum debet mereri Sacerdotium, si ipso careat; et consequenter divina ordinatio, et motio gratiæ in solum se extendit ad gloriam, et eius augmentum; sed etiam ad augmentum gratiæ, et charitatis.

Ubi observandum est, quod in re idem ē dicere, illud cadere sub merito condigno, ad quod motio gratiæ se extendit; ac dicere, ad quod divina ordinatio se extendit, nam in ordine supernaturali ad totum illud, ad quod se extendit divina ordinatio, se extendit motio gratiæ, quia divina ordinatio ē actus internus divinæ Providentiæ; motio autem gratiæ ē effectus divinæ gubernationis, quæ ē actus externus divinæ Providentiæ; et ad id ad quod se extendit divina Providentia, etiam se extendit divina gubernatio, nam sicut Deus ē universalis Provisor, ita etiam ē universalis Gubernator.

Arguitur 1º Quia nihil agit ultra suam speciem, sed principium meriti ē gratia, vel charitas, ergo nullus potest mereri maiorem gratiam, vel charitatem, quam antea habebat.

R. Quod propter hoc argumentum D. Bonaventura, et Richardus dixerunt: quod iustus non meretur de condigno augmentum gratiæ, et charitatis, sed tantum meretur de digno; quia in actu iusti ē dignitas talis augmenti; licet non sit condignitas, propter excessum maioris gratiæ supra minorem, quæ ē principium meriti, et ita tale meritum augmenti gratiæ reducunt ad meritum de congruo. Sed ceteri theologi communiter reijciunt hanc distinctionem meriti

Digni, et Condigni, ng ab ipso, q^d in actu sit dignitas sufficiens ad praemiū, ē meritū de Condigno, et cū meritū de Congruo n̄ sit Verū, et propriè meritū, dicī n̄ pōt, q^d Justi soluṁ de Congruo merean^r augmentū gratiae; q^a Tridentinū sess. 6. can. 32. anathematizat, dicentes: Justos n̄ Verè mereri augmentū gratiae: V^o omissa hac solutione D. Thō. hic ad 2^u R^et. q^d augmentū gratiae n̄ ē supra Virtutē prae-existentis gratiae, licet sit supra quantitatē ipsius; sic arbor, et si sit supra quantitatē seminis, n̄ ē tn̄ supra Virtutē ipsius.

§. Contra objicies: quia gratia aucta, etiā ē supra Virtutē gratiae praeexistentis: ē n̄ pōt cadere sub merito condigno gratiae praeexistentis. — Ant. pb^r 1° quia Virtus gratiae praeexistentis non distinguit^r ab eius quantitate, cū quantitas gratiae n̄ sit molis, s^d Virtutis; et quo gratia ē magis intensa, eo het maiorē Virtutē ad producendū actū magis perfectū, et meritoriū; s^d gratia aucta in quantitate excedit gratiā praeexistentē: ē etiā excedit eius Virtutē.

2° pb^r Ant. actus meritorius, quo auget^r gratia praeexistens excedit Virtutē praeexistentis gratiae, s^d quando actio causantia alicuius effectus, excedit Virtutē Cāe, etiā effectus talis actionis excedit Virtutē cāe: ē gratia aucta excedit Virtutē gratiae praeexistentis. — Mai. pb^r quia gratia auget^r per actus intensiores gratia praeexistenti; s^d actus intensior habitu, excedit eius Virtutē, et ita Ut gratia, et charitas eliciant actū intensiorē requirit^r quod Deus suppleat defectū habitus per speciale auxiliū, ut com^r dicunt Theologi; ē talis actus excedit Virtutē gratiae praeexistentis.

R^t

R. quòd duplex ē Virtus gratiae praeexisten-
tis; alia phisica, qua per modum prij effectivi producunt suos actus –
alia vº moralis, qua significant actus meritorios, qui sunt causa effici-
ens moralis praemij, et loquendo de gratia intensiori, certum ē, quod excedit
Virtutem phisicam gratiae praeexistentis, et minus intensae, quia augmen
gratiae, et charitatis, non causatur phisicè nostris actibus, sed à solo Deo
infunditur; ut ergo 1ª gratia, et charitas, et similiter actus intensior
excedit phisicam Virtutem gratiae, et charitatis praeexistentis, et defectum
Virtutis suppletur per auxilium transiens Divinae gratiae – Caeterum loquendo
de Virtute morali significativa meriti, nec intensior gratia, nec inten-
sior actus excedunt Virtutem gratiae praeexistentis, et minus intensae,
nam minima gratia, et charitas sufficit ad significandum actum quan-
tumvis intensum, et quodcumque meritum augmenti gratiae, et charitatis,
ut sufficiat ad hoc, quod actus elicitus à gratia sint opera amici et filij
Dei; et D. Thomas loquitur in solutione de Virtute morali gratiae, et
charitatis non vº de Virtute phisica, de qua procedit objectio, ergo dicitur
in 1ª probatione argumenti, quod Virtus gratiae praeexistentis non distinguitur ab
eius quantitate, distinguendum ē; et concedendum ex parte recti, quod importat
Virtus gratiae, nam hae Virtus ē ipsa entitas gratiae; negandum vº ex
parte obliqui, et connotati; quia quantitas gratiae ē eius intensio, quae
non explicat ordinem ad actum, sed maiorem radicationem in subiecto; Virtus
vº moralis gratiae explicat ordinem ad meritum significandum; et ad
praemium consequendum, et ita intensior gratia excedit in quantitate
gratiam minus intensam, ipsam tamen non excedit in Virtute morali significativa meriti.

2º Arguitur. Quia si per actus charitatis iustus meretur augmentum gratiae, videtur, quod per quaslibet actus charitatis mereretur gratiae augmentum; consequens est falsum: ergo iustus non meretur per talia opera gratiae augmentum – minor probatur. Quia id, quod homo a Deo meretur infallibiliter consequitur, nisi impediatur per peccatum sequens; dicitur enim 2º ad Thimot. 1º Scio, cui credidi, et certus sum, quia potens est depositum meum servare – sed iustus non consequitur infallibiliter per quamlibet actum charitatis augmentum gratiae, ex actus meritorii, quodsque non sint multum ferventes, ita quod sufficiant ad charitatis et gratiae augmentum; sed saepius sunt remissi – ergo iustus per quamlibet actum charitatis non meretur gratiae augmentum.

Respondetur quod circa hoc argumentum, sunt diversae theologorum sententiae, quae late examinantur in tractatu de charitate. Nam Durandus, et alii antiquiores dixerunt: quod iustus per actus remissos charitatis non meretur augmentum gratiae, et aliqui existimant, hanc sententiam secutum fuisse D. Thomam in 1º dist. 17 q. 1. art 3 ad 2um et in 2º dist. 27 q. 1. art 5. ad 2um licet illam reliquerit in hoc articulo ad 3um – et 2a 2ae q. 24. art 6. ad 1um – alii vero dicunt: quod D. Thomas ibi clare loquitur de merito augmenti gratiae, statim conferendi, quod praemium dicitur concomitans meritum, quod ibi, et sic negat actibus remissis, non tamen negat actibus remissis meritum augmenti gratiae conferendi tempore futuro, quando iustus se disposuerit ad ipsum.

Haec tamen sententia recessit ab aula; quia parum conformis est

Doctrina Tridentini Sess. 6. cap. 16. Ubi loquitur de operibus Justorum, factis per gratiam Christi, dum ait: nihil amplius ipsis Justificatis deesse credendum est; quominus illis operibus, quae in Deo sunt facta, vitam aeternam, suo etiam tempore, si tamen in gratia decesserint, consequendam vere promeruisse censeantur. — et cum actus remissi charitatis sint opera in Deo facta, nihil ipsis deficit ad vitam aeternam promerendam; cum vero opera Justorum tempore, supponentia gratiam non possint mereri vitam aeternam, nisi mereantur augmentum gratiae, utpote praemium intermedium, ut probat ratio articuli, nihil deest ipsis, ut promereantur gratiae augmentum: Unde Tridentinum Can. 32 anathematizat, dicentes: Justificatum bonis operibus, quae ab eo per Christi gratiam et meritum, cujus vivum membrum efficiuntur, non vere mereri augmentum gratiae, et gloriae — nam quamvis Concilium non dicat: omnibus bonis operibus, quae ratione hac sententia non notatur censura; caeterum quia propositio Concilii est indefinita, quae aequivalet universali, et actus remissi charitatis sunt opera hominis Justificati, ab eo facta per Dei gratiam, et Christi meritum, quae est ratio Concilii; ut actus charitatis sint meritorii augmenti gratiae, et haec ratio currit in actibus remissis; consequenter ratio Concilii videtur universaliter intelligenda, ut comprehendat omnes actus charitatis, sive remissos, sive intensos, elicitos ab homine Justificato.

Confirmatur ratione; quia ut docet D. Thomas 1. 2ae q. 21. art. 4. omnis actus humanus bonus est meritorius apud Deum praemii proportionati; aliter non gereret curam, et providentiam de actibus humanis; unde ad divinam providentiam, et gubernationem pertinet, nullum actum bonum relinquere irremuneratum, aut privatum praemio sibi proportionato, nisi homo ponat impedimentum per peccatum; sed actus remissi charitatis sunt actus boni

Cy Soo n Semper teneat intensa Dey diligere, et aliqo gramiy proportionary amoris Dei e vita aterna Xa illud Joannis 4. *Qui diligit me, diliget a Patre meo* &c. q Iustus per istos actus remissos meret Vitq aternq et coent augmeny gratiae, tqug gramiy inter mediy.

Alij 3o dicunt Iustos per actus remissos mereri augmeny gratia sm totq Latitudinq acty, et tale augmeny statq ipsis dari, et ita Iustus per qulibet acty remissy, stacq crescit in grana, et charitate, ita Nominales, quos sequunt Suarez, Vazquez, et Cont Jesuita..

Haec n sentа displicet D Thomae, et Scoto, et eory discipulis, quia de rebus supnaalibus debemus discurrere ad mody rery naalis, qndo oppositq n e nobis revelaty, eo q gratia conformat naa, et providentia supnaals cy naali, et sic sent n conformat philosophia, quia fra, quae ad sui introductionq indiget dispositione in subto, ad sui augmeny eaq illa indiget, ut ad recipiendq lucem in medio, requirit diaphaneitas, et simili ad maiorq lucq, maior diaphaneitas, et ratio e, quia caa invenienx vny effecty, qug ipsa posset caare, iq producty in subto, ipsy n caat in tali subto, nq ut subiy de novo recipiat effecty, debet supponi cy privatione illius si 3o iq illy het, n set privationq illius, et ideo ipsy recipere n pot de novo: qua roe dicit in Logica, q 2a demonstratio n caat nobis sabiry scia, quia illy invenit producty per 1q, et 1. 2a. q. 52 art 3. dicunt omnes cy D Thoma, q habitus praesoutens n augent actibus aequa-

Aequalibus; aut minus intensis, Quia intensionem quam petit, Chari-
tatis actus; Supponit iam charitas per actus antecedentes, quae ratio non so-
lum militat in Caritate effectiva, sed in dispositiva; nam si subiectum ratione dispo-
sitionis est solum capax fidei, ut quatuor, et ipsius iam sciat cum tali inten-
sione non potest recipere maiorem intensionem talis fidei, nisi crescat dispositi-
tio, ut patet exemplo diaphaneitatis et lucis: ergo similiter in supernaturalibus;
si scilicet subiectum solum potest recipere fidem sub tali gradu, si ipsum iam habet,
non potest recipere fidem intensiorem, nisi crescat dispositio, et ita discurrunt
de intensione habitus fidei, et spei in Peccatore; Suarez lib. 9 de
gratia cap. 4 n. 10 et Coninch. disp. 17 de fide dub. 6. n. 52 asse-
rentes; quod tales habitus supernaturales solum augentur in peccatore per actus
intensiores, sed sic est, quod gratia confertur adulto, cum primo iustificatur,
ex opere operantis, dependenter a dispositione, et conformiter ad talem dis-
positionem, quae est actus charitatis, iuxta illud Tridenti sess. 6 cap. 7. *Iustitiam
in nobis recipientes unusquisque suam secundum propriam cuiuscumque disposi-
tionem et cooperationem*: ergo ut iam iustificatus crescat in gratia, et iustitia
ex opere operantis, debet crescere intensio talis dispositionis, vel actus
charitatis, qui fuit dispositio ad primam iustificationem, et consequenter nisi talis
actus charitatis fuerit intensior, non poterit disponere ad augmentum
gratiae.

Secundo dices: quia actus remissus habet sufficientem dignitatem
moralem ad augmentum gratiae, cum ipsum mereatur de condigno: ergo si disponit
ad augmentum gratiae ratione moralis dignitatis, sufficienter disponit ad reci-
piendum statim augmentum gratiae.

Respondeo negando consequentiam propter differentiam dignitatis meriti, et

Dispositionis; quia dignitas meriti non requirit excedere dignitatem subiecti merentis; imo dignitas subiecti continuit meritum condignum augmenti gratiae conferendae tempore sequenti; nam ratione illius dignitatis adaequatur cum augmento gratiae secundum virtutem; licet non secundum quantitatem - ad dignitatem vero moralem dispositionis requiritur; quod excedat formaliter in quantitate dignitatem subiecti praesuppositam; nam dispositio non subiecti sed ratione causae formalis; quae causat per sui creationem; et per illam reddit aptum formaliter, et dispositum subiectum ad augmentum formae: Verum nisi sit maiorem dignitatem quam illa; quae praesupponitur in subiecto, non disponit ad augmentum talis dignitatis; sed supponeret in subiecto dignitatem; ad quam disponeret.

Praeterquamquod gratia remissiva non est proprie dispositio ad gratiam intensam; cum dispositio, et forma sint diversae rationis, et speciei; quae diversitas non reperitur inter gratiam magis, et gratiam minus intensam: Vere actus elicitus a iusto formaliter vero dignificatus a gratia praeexistente sed ratione meriti in ordine ad augmentum gratiae, sed prout sic non sed ratione dispositionis; quia quae sic dicit formaliter ipsam gratiam; quae non est dispositio ad intensiorem gratiam: Vel actus charitatis in ratione gratiae praeexistentis; sed ratione suae bonitatis moralis desumpta, ex intentione actus sed ratione dispositionis ad augmentum gratiae.

Solutio D. Thomae —

His omissis solutionibus Respondetur cum D. Thoma sic ad 3.um quod quolibet actu meritorio meretur homo augmentum gratiae, sicut etiam gratiae consummationem; quae est vita aeterna; sed sicut vita aeterna non statim redditur, sed suo tempore, ita nec gratia statim augetur, sed suo tempore

Cũ scilicet, aliquis fuerit sufficienter dispositus ad gratiæ augmentũ — et similiter S. Thomas 2.2æ q. 24. art 6. ad 1um In quibus verbis clare docet, q. actus remissi merentur augmentũ gratiæ, et q. hoc præmiũ infallibiliter redditur suo tempore — et idẽ ait Scotus in 4.° dist. 21. q. 1. in fine totius corporis et dist. 22. q. 1. § ad hoc dico.

S. contra hanc solutionẽ militant duæ difficultates; 1a ẽ, nã si iustus, qui habuit actus remissos, eliciat actũ intensiorẽ, q̃uis se disponat ad augmentũ gratiæ sm̃ excessũ actus supra habitũ; ut si habebat gratiã ut quatuor, et eliciat actũ ut sex, gratia augebitur ut sex, et superadderentur duo gradus, in quibus actus excedit habitũ, et omne hoc augmentũ gratiæ n̄ erit præmiũ operũ præcedentiũ remissorũ, s. actus ut sex, qui meruit tale augmentũ; imo n̄ adæquatur præmiũ actus, ut sex; quia hic actus ẽ meritorius sm̃ duos gradus, sm̃ quos excedit habitũ, s.d ẽ meritorius sm̃ totã suã latitudinẽ; cũ enĩ actus remissi mereantur gratiæ augmentũ, necesse ẽ, ut actus intensior, ut sex n̄ solũ mereatur augmentũ gratiæ, quatenus ẽ ut sex, excedens habitũ in duobus gradibus, s.d etiã quatenus includit tres, aut quatuor gradus, in quibus æquatur actibus remissis: ergo augmentũ gratiæ promeritũ per actus remissos, et per actũ intensiorẽ n̄ redditur, cũ iustus elicit actũ ferventiorẽ, quo disponitur ad gratiæ augmentũ.

2a Dificultas ẽ — Quia pot contingere, q.d iustus, qui elicit plures actus remissos charitatis statũ in gratia moriatur, ante quã eliciat actũ ferventiorẽ charitatis, et tunc in æternũ carebit augmento gratiæ, et gloriæ pro merito per actus remissos; et Deus talẽ iustũ præmiabit citra condignũ; quod Deo repugnat de pot.a ordinaria, ut ait D. Thomas in 4.°

Dist. 46 q. 1 art. 2. Quaerimus 2 — et similiter pot. contingere, q. aliquis in pueritia Baptizatur, et Confirmatur, per totq. vitq. n. eli-ciat actus intensiores gratia Sacramentorum, et plura eliciat actus re-missos charitatis, et sic in gratia moriatur; iste enim numquam recipiet praemium actuum remissorum, et solum consequetur gloriam per modum haereditatis, nec plus habebit gratiae, et gloriae, quam puer baptizatus, qui moritur ante annos discretionis; q. licet aliqui concedant, valde durum est, et parum conforme Tridentino Sess. 6 cap. 16 dicenti: Atque ideo bene operantibus, et in Deo Sperantibus proponenda est Vita aeterna et tanquam gratia filijs Dei per Xptum Jesum misericorditer promissa, et tanquam merces ex ipsius Dei promissione bonis ipsorum operibus et meritis fideliter reddenda, hac est enim illa corona Iustitiae etc. Haec autem propositio Ecclesiae, nisi hoc dicit, et bene operantis in casu pro-posito, non esset vi talis propositionis Ecclesiae existimaret, et speraret se con-secuturum gloriam, tanquam mercedem, et coronam, et deciperetur in hoc Judicio, et frus-traretur eius spes, contra illud ad Rom. 5. Spes autem non confundit —

Ad has dificultates Respondet Mag. Bañez 2. 2ae q. 24. Art. 6. dub. 2 quem alij Thomistae sequuntur; q. actus remissi n. merentur augmen-tum gratiae, distinctum ab eo, quem sequenti actu intensior meretur, s. merentur idem augmentum pluribus titulis concedendum, sicut christus n. meruit praemia diversa per diversos actus meritorios, sed idem praemium pluribus titulis concedendum. Si vero contingat, q. Justus post actus remissos, n. eliciat, dum est in Via actum ferventiorem charitatis, merita remissa manebunt in perpetuum absque praemio augmenti gratiae, et gloriae, quia solum meruerunt hoc praemium sub conditione, q. Justus se disponeret in Via per actum ferventiorem, sicut actum ferventiores

Charit.

Charitatis merent. augmentum gloriae sub conditione perseverantiae fi-
nalis- et ultra actui ferventiori Charitatis; quae Scoto dicit in 4o Dist. prae-
mij sui gradus; in quibus excedit habitum, sui gradus Vo. in quibus adaequat
habitum, l. e inferior illo, semper carebit praemio praedicto-.

Haec sent. valde dura e, pro utraque parte, et quatenus
in 1a parte asserit: qd. actus remissi charitatis n. merent. praemium essentiale,
dilectionis, s. illas pluribus vicibus conferendum, satis convincit falsitatis exis-
timant Suarez, et alij, ex eo quod Tridentinum Sess. 6 cap. 10 ait: q. Justifi-
cati euntes de virtute in virtutem renovant. de die in diem, et in Justitia cres-
cunt, et magis Justificant. nq. renovari, et crescere, n. e pluribus vicibus eandem
gratiam in eodem perfectionis gradu retinere.

Hoc tn Concilij testimonium parum urget; nqire de virtute
in virtutem, ut dicit. in Psalm. 83, ex quo verba praedicta desumpsit Concilium,
e ire ascendendo a valle Lachrimarum ad montem Sion, id e Coelum, in quo
Deus videbit. per diversos gradus Charitatis, et virtutis incipientium; profi-
cientium, et perfectorum, ut exponit D. Gregorius Hom. 15 in Ezechiele; et
sic motus ascensionis per diversos gradus virtutum fit cum Justus ex minori
dilectione Dei se movet ad intensiorem, et perfectiorem dilectionem; nq in versu
anti. Psalmi dicit.: Beatus vir, cuius e auxilium abs te, ascensiones in
Corde suo disposuit, in valle Lachrimarum, in loco quem posuit- Ubi D.
Augnus ait: facit Deus hic gradus, quibus ascendat, ubi facit gradus. in
Corde; quanto plus amaveris, tanto plus ascendes, n. dicit quanto pluries ama-
veris; quod fit, per actus remissos, s. quanto plus amaveris, q. fit per actus
intensiores, et ita Justi euntes de virtute in virtutem sunt, qui eliciunt
actus ferventiores charitatis; per quos renovant. de die in diem

Et ~~hi beatitia magis Crescunt~~ in Iustitia Crescunt, et magis Iustificantur, et cœnitur Concilium in illo Capitulo Solum loquitur de actibus intensioribus.

Melius quod rejicitur haec Sententia quia ut supra diximus, Deus ex Iustitia distributiva, habente modum Commutativae, remunerat merita Iustorum, servando debitam proportionem inter præmium, et merita, ita ut habenti plura merita tribuat maius præmium, quam habenti pauciora, iuxta illud 1ª Corinth. 3 Unusquisque propriam mercedem accipiet secundum suum laborem — et Apoc. 2 et dabo Unicuique Vestrum secundum opera sua, — et cap. 22 merces mea mecum est, reddere Unicuique secundum opera sua — et 2ª Corinth. 9. qui parce seminat, parce et metet, et qui seminat in benedictionibus de benedictionibus, et metet, quae proportio Geometrica salvatur inter merita, et præmium, tam essentiale, quod Correspondet merito charitatis, quam accidentale, quod Correspondet merito aliarum Virtutum, ut ait D. Thom. 1ª Corinth. 3 Lect. 2, Sed haec proportio geometrica non salvatur, si Iustus per actus remissos charitatis, solum meretur novo titulo idem augmentum gratiae, et gloriae debitum actibus intensis: quia tales actus remissi merentur dignum augmentum gratiae, et gloriae. minor probatur quia posset Contingere, quod duo Iusti essent inæquales in meritis, et æquales in præmio essentiali augmenti gratiae, et gloriae, ut si essent duo Iusti habentes gratiam ut quatuor, quorum alter plurimos actus Charitatis efficiat, et in fine Vitae eliciat actum ut sex, alter vero nullum actum remissum charitatis exerceat, sed præcise in fine Vitae unum actum charitatis ut sex, hi enim essent æquales in præmio augmenti Gratiae, et gloriae; et tamen sunt inæquales in meritis, cum unus excedat

alium

Aliis in meritis actuum remissorum charitatis: quod Deus in remunerandis meritis Justorum non servaret aequalitatem, et proportionem Justitiae distributivae; Sicut non servaret aequalitatem Justitiae in punitione damnatorum; Si habenti pauciora peccata tribueret aequalem poenam; ac habenti plura peccata; Ut ait D. Thomas in 4º dist.ª 46 q.e 2 art 2 quaestiuncula 1 ad 1.

Dicere autem, quod Deus tribuit maius praemium morale habenti plura merita, quia tribuit praemium phisice aequale, pluribus tamen titulis, quod auget aestimabilitatem moralem talis praemii; nihil aliud est, quam dicere, quod Deus non servat proportionalitatem geometricam; vel aequalitatem Justitiae in distributione praemiorum; nam plures tituli sunt plura merita, ob quae confert praemium phisice aequale praemio alterius habentis pauciora merita: Ubi inaequalitas se tenet intrinsece ex parte meritorum, et aequalitas intrinsece se tenet ex parte praemiorum; et hoc est tribuere praemium aequale inaequalibus meritis; et non servare aequalitatem Justitiae distributivae, ac si Deus habenti plura merita actuum intensiorum, tribueret praemium intrinsece aequale, praemio collato alteri habenti pauciora merita intensa, non servaret aequalitatem Geometricam Justitiae distributivae, quamvis gloria intrinsece aequalis daretur uni pluribus titulis, quam alteri; quia haec inaequalitas titulorum est extrinseca, desumpta ex ipsis meritis, et non provenit immediate a Deo, ut remuneratore, quamvis mediate ab ipso proveniat, ut donante plura, aut pauciora merita: Unde in tractatu de Visione probant omnes Theologi contra Jovinianum, et alios haereticos, non omnes Beatos esse aequales phisice in gloria essentiali, quia non sunt aequales in meritis; Quae ratio nullius esset momenti, si licitum esset recurrere ad inaequalitatem moralem, et extrinsecam praemii, desumptam ex pluribus titulis, aut meritis.

Praeterquam quod eundem gradum gloriae essentialis dari pluribus titulis, non conducit ad hoc, quod Beatus perfectius videat, aut amet Deum, aut magis gaudeat de Deo viso, quod pertinet ad praemium essentiale, sed solum conducit ad hoc, quod Beatus plus gaudeat de ipsa visione Dei, pluribus titulis consequuta, quod pertinet ad gaudium, et praemium accidentale, et ita actus remissos mereri augmentum gloriae pluribus titulis conferendum, est non mereri augmentum gloriae essentialis, sed solum gloriae accidentalis, et ita haec sententia volabitur in sententiam negantem actibus remissis meritum augmenti gloriae essentialis, et solum in voce distinguitur ab illa.

Exemplum autem de meritis christi non est ad rem quia ut actus meritorius christi, sit et caeteri sequentes, fuit valoris infiniti, et per ipsum meruit Christus Dominus omne praemium, quod potuit cadere sub eius meritis, et ita actus meritorii subsequentes non potuerunt mereri maius, aut distinctum praemium, sed solum idem pluribus titulis conferendum, nec Deus potuit servare aequalitatem proportionalitatis in remunerandis meritis christi, ita ut tribueret ipsi minus praemium, si pauciora habuisset merita, aut maius, si plura: in remuneratione vero iustorum, quorum merita sunt finita, Deus servat aequalitatem iustitiae, et ita habenti plura merita, maius tribuit praemium, quam habenti pauciora; et cum hic loquamur de meritis actuum charitatis, quibus correspondet praemium essentiale, necesse est, ut sentiens plura merita charitatis, maius praemium essentiale recipiat, quam habens pauciora merita charitatis

2ª 9ª pars Suius Sentª Quaranii, Scilicet,
Asserit: qd actus remissi charitatis carebunt totaliter praemio essali,
si Solo moriatur, antequam eliciat actum ferventiorem; et qd utique actus
ferventior charitatis semper caret praemio essali, sibi debito, imo
toto Latitudinis actus; Adhuc durior mihi videtur propter dicta inter
Arguendum, et videtur esse contra Apostolum; nam hic in Argumento 3º assu-
mit Sane ### Scilicet id, qd homo meretur infalibiliter à Deo Consequitur,
nisi impediatur per peccatum sequens; dicitur enim 2ª ad Thimot. 1º Scio,
Cui Credidi; et certus sum, quia potens est depositum meum servare — et
Apostolus ad 3um non negat, sed potius Concedit praedictum ###, aliàs Ex-
plicaset textum Apostoli, quo ipse probat, sed asserit, qd licet tale prae-
mium augmenti gratiae infalibiliter detur, non tamen statim, sed cum Justus fuerit
sufficienter dispositus per actum intensiorem, sic etiam vita aeterna
dabitur infalibiliter ut praemium, non tamen statim, sed suo tempore, scili-
cet, cum Justus in gratia decesserit, et fuerit sufficienter purgatus.
Casus, sic esse sufficienter purgatum non tollit, qd vita aeterna infalibiliter detur,
quia est Conditio, quae infalibiliter erit, si Justus decesserit in gratia, ita
etiam esse sufficienter dispositum ad augmentum gratiae promeritum, non tollit, qd Deus
infalibiliter tribuat tale augmentum, quia infalibiliter movet habentem me-
rita remissa, si non posuerit impedimentum per peccatum, ad sufficientem dispositio-
nem, ut recipiat augmentum gratiae promeritum.

Probatur etiam ex testimoniis Apostoli, quibus utitur
Tridentinum Sess 6 cap 16. dicens: Hac igitur ratione Justificatis hominibus pro-
ponenda sunt Apostoli verba; abundate in omni opere bono, scientes, qd
Labor vester non est inanis in Domino, non enim injustus est Deus, ut obliviscatur

Operis vestri, et dilectionis; quam ostendistis in nomine ipsius, et nolite amittere Confidentiam vestram; quae magnam habet remunerationem. — In quibus verbis Apostolus movet Justos ad spem habendam de praemio consequendo, docens: quod Deus infallibiliter dabit praemium, nisi merita, et jus meritorum amittatur per peccatum; Alias si habens gratiam ut centum, eliciat plures actus charitatis, ut centum, talis labor erit inanis, si hoc in hac vita non eliciat actum fervientiorem; cum tamen si haberet gratiam, ut quatuor, et eliceret actum charitatis ut quinque, talis labor non esset inanis, sed infallibiliter consequeretur suum praemium, et contra rationem, et Justitiam est, quod actus charitatis ut centum sit inanis; et careat praemio sibi debito, quo non caret actus, ut quinque; Quia eliciens actum ut centum est magis Justus; et amicus Dei; quam eliciens actum, ut quinque — et certe in hoc casu Deus obliviscaretur operis, et dilectionis; quam ostendit Justus in nomine ipsius, et consequenter Deus esset injustus, et talis Justus posset amittere Confidentiam, et spem consequendi remunerationem debitam actibus intensis, ut centum; quia tales actus non excedunt intentionem habitus gratiae, et charitatis; Quod videtur adversari doctrinae Apostoli, et Concilii, quod paulo inferius ponderat, quod in Sacra Scriptura usque adeo tribuitur bonis operibus, ut etiam, qui uni ex minimis Christi potum aquae frigidae dederit, promittat Christus non esse sua mercede cariturum, ut dicitur Matthaei 10 — et Marci 9 — et ita incredibile efficitur, quod valde Justus, efficiens alia opera excellentiora charitatis, quam dare potum aquae frigidae sit cariturus mercede sua, si actus charitatis non excedit intentionem habitus, quod est coarctare Divinas promissiones de remunerandis bonis operibus Justorum.

Capitur

Confirmatur ratione, quia eo ipso, quod Justus eliciat actus remissos charitatis meritorios augmenti gratiae, et gloriae, acquirit Jus ad tale augmentum, quod ipso Justitia debetur; sed ergo si Justus in hac Vita non eliciat actum charitatis intensiorem habitum in instanti tui Mortis conservat Jus acquisitum per actus remissos, si decedat in gratia: ergo Deus qui infallibiliter tribuit debitum, nulli debens, infallibiliter dabit tale augmentum gratiae et gloriae in alia Vita — min: probatur: quia nullus privatur Jure acquisito per merita apud Deum, nisi ratione mortalis peccati, nam privari tali Jure est gravissima poena, et aeterna; Deus autem non potest infligere poenam, nisi propter culpam: ut D. Thomas 2a. 2ae. q. 24. art. 10 ait: a Deo quidem non causatur aliquis defectus in nobis, nisi per modum poenae, sic quod subtrahit gratiam in poenam peccati, quod est doctrina fidei asserit q. 1. de malo art 4. Sed ille, qui habuit Jus meritorium in Vita, et in gratia decedit, non commisit peccatum mortale, ratione cujus juste sit privatum Jure meritorium: ergo etiam post Vitam conservat tale Jus ad augmentum gratiae, et gloriae.

Nec valet dicere: quod amittit tale Jus, non propter culpam, sed propter defectum Conditionis requisitae, quia per actus remissos solum acquisivit Jus conditionatum ad augmentum gratiae, et gloriae, si, scilicet, eliciverit actum ferventiorem in hac Vita.

Non, inquam, valet, quia Deus non potuit ordinare de potentia ordinaria, quod Justus privaretur Jure quaesito meritorum absque culpa; aliàs ordinaret, quod aliquis puniretur sine culpa, si quod privatio talis Juris non esset poena: ergo non potuit ordinare de lege ordinaria, quod tale Jus dependeret à Conditione, cujus omissio non esset culpa, ut omittere actum ferventiorem

Charitatis in Articulo, seu periculo mortis; nullum ē peccatum, aut culpa, cum n̄ adsit praeceptum de tali actu eliciendo, ut omnes fatentur: quod Deus ordinarie n̄ potuit de Lege Ordinaria quod Iustus privaretur Iure Acquisito per actum remissos, si omiserit actum ferventiorem charitatis.

Alij vero Theologi dicunt: Quod Iustus disponitur ad recipiendum augmentum debitum actibus remissis, cum elicit actum aequa intensum, ac ē Sabitus gratiae, et Charitatis, nam talis actus simaliter aequalis in virtute praecedentium remissorum pōt disponere ad augmentum gratiae - ita Granados — Alij vero dicunt quod Iustus disponitur ad recipiendum totum augmentum, debitum actibus remissis, quando elicit actum meritorium ferventiorem, nam talis actus vōe propriae intensionis disponit ad augmentum gratiae sm̄ excessum, quem hēt supra Sabitum, et in virtute actuum praecedentium remissorum disponit ad augmentum ipsis debitum, ita Illmus Araujo. — Alij vero dicunt quod quando Collectio actuum remissorum, et tota ipsorum intensio simul sumpta excedit intensionem gratiae, tunc subiectum ē dispositum ad recipiendum totum augmentum, debitum actibus remissis; quia ultimus actus remissus in virtute praecedentium ē virtualiter intensior, et ferventior ita Magister Ferre.

Sed ista Sententia quam n̄ vacat specialiter examinare, in duobus deficiunt — 1º quia n̄ discurrunt de Intensione gratiae, et charitatis ad modum intensionis Sabitum naturalium, ut discurrit D. Thomas, nam Sabitus naturales n̄ augentur per plures actus Sabitui aequales

Nec per plures actus minus intensos, s. præcise per actum intensiorem sm̃ excedentem actus supra habitum; de quo videatur Mag. Gregorius Martinez 1.a 2æ q.e 52 art 3. dub. 1. – nec in præsenti valet dici; q.d actus æqualis, l. minus intensus in virtute præcedentium disponit subjectum ad augmentum habitus, quia actus disponit subjectum in gr̃e causæ formalis, communicando ipsi suum formalem effectum; licet comparative ad formam introducendam se habeat vt causa materialis dispositiva; causa autem formalis n. causat in virtute alterius, neque est capax elevationis, s. per communicationem suæ entitatis tribuit subiecto suum effectum formalem: v.o si actus, rõe suæ formalis intensionis n. disponit subjectum ad augmentum gratiæ, nequit ipsum disponere in virtute actuum præcedentium.

2.o Deficiunt, quia pot. contingere, q.d justus moriatur post elicitos actus remissos, antequam eliciat actum æqualem habitui; l. actum intensiorem; l. actus remissos, quorum collectio excedat habitum in intensione, et tunc justus carebit præmio debito actibus remissis; q.d e inconveniens deductum contra aliq. sent.e

His q.o omissis sententijs, ad propositas difficultates respondendum e, q.d justus in via pot. disponi ad recipiendum augmentum gratiæ, et charitatis debitum actibus remissis; et actui intensiori sm̃ totam eius latitudinem per actus charitatis intensiores, n. meritorios augmenti gratiæ, s. subitos, l. semiplene deliberatos, quibus justus n. meretur præmium essentiale, vt supra diximus, si v.o contingat, q.d justus n. eliciat in via post actus remissos perfecte liberos actus intensiores subitos, aut semiplene deliberatos, aut q.d n. eliciat tot,

Quod sufficiant ad disponendum subiectum, ut recipiat totum augmentum debitum actibus remissis praecedentibus; tunc disponetur infallibiliter in fine vitae per actum valde intensum elicitum, vel in ingressu Purgatorij, vel in ingressu Patriae, ut tenet Doctor Scotus, Nuño, Alvarez, Monterzino, Gonet, et insuper probabile Araujo, et Magister Ioannes a Sto Thoma.

Quae solutio solum probat esse quod sic discurrendo salvatur quod actus remissi mereantur de condigno augmentum gratiae, et gloriae, distinctum ab augmento debito actibus intensis; et quod tale praemium infallibiliter a Deo detur perseveranti usque in finem; et quod detur a Deo modo connaturali, conformiter ad dispositionem physicam subiecti recipientis praemium; et ita salvatur quidquid in hac parte ingerit gravem difficultatem; de quo modo arguendi, vel probandi videatur D. Thomas 1 p. q. 32 art. 1 ad 2m.

Sed contra obijcies 1o. Quia ut adultus disponatur ad 1am iustificationem; vel ad 1am gratiam esse opere operantis requiritur actus charitatis plene liber, et deliberatus, ut supra diximus esse D. Thoma q. 28 de Veritate art. 3 ad 6m. Sed dispositio, quae requiritur ad 1am receptionem gratiae, eadem cum maiori intensione requiritur ad augmentum talis gratiae, ut supra diximus, sed dispositio ad augmentum gratiae nequit esse actus naturalis, ut sunt motus subiti charitatis, et amor beatificus elicitus in ingressu Patriae, sed debet esse amor Dei perfectus, et plene liber.

Confirmatur quia actus charitatis elicitus in ingressu Patriae supponit visionem Dei, lumen gloriae, habitum gratiae, et charitatis cum toto augmento debito ipsi beato; cum procedat a praedictis habitibus, et

Visione Beata; cum tota intensione debita Beato; sed dispositio ad gratiam, et ad eius augmentum; nequit ipsam, et eius augmentum supponere; cum causa dispositiva debeat praecedere effectum, ad quem disponit: ergo amor Dei Beatificus nequit disponere ad augmentum gratiae, Charitatis, et luminis gloriae.

Rx Distinguo min: eadem dispositio sub specie; quae requiritur ad primam infusionem fidei, requiritur cum maiori intensione ad augmentum fidei Concedo min; eadem quoad modum libertatis, nego min, et consequentiam. Amor enim Dei liber, et naturalis est eiusdem speciei; et ita hic amor sicut requiritur ad primam infusionem gratiae, ita etiam requiritur ad eius augmentum; non tamen requiritur, quod conveniant in modo libertatis, qui non requiritur in dispositione physica, sed solum in dispositione morali; cum enim in iustificatione supponatur homo a Deo aversus per peccatum perfecte liberum; ut se disponat ad iustificationem requiritur, quod gratiae Dei libere consentiendo, ut ait Tridentinum sess. 6. cap. 5. se avertat a peccato per actum perfecte liberum, et moralem: sicut enim in humanis ad mutationem status requiritur plena, et perfecta libertas; Adhoc ut quod iustus se physice disponat ad augmentum gratiae, iam debitum meritis praecedentibus, sufficit, quod dispositio sit intensior habitu; non tamen requiritur, quod sit aeque, aut magis libera, quam fuerit dispositio ad primam gratiam; imo sufficit, quod fuerit volita indirecte, vel in causa, scilicet, in meritis praecedentibus; qui enim voluit efficere opera meritoria, etiam voluit, et desideravit praemium, et omnes causas ad praemium requisitas, et consequenter voluit indirecte actus intensiores Charitatis, quibus se disponeret ad recipiendum augmentum

Gratiæ, et Gloriæ, et hæc Liberas sm quid invenit in amore Beatifico, et in motibus subitis charitatis; et cons. possunt dispo: nere ad recipiendum Augmentum gratiæ, et gloriæ, tanquam phisicæ dispositiones, supponentes merita, quæ habent rōm dispositionis moralis.

Sᵈ. Dices: Quod in via motus subiti n. poss. procedere ab habitu charitatis, et gratiæ: ergo n. poss. disponere ad augmentum talis habitus. Ans. pt. Quia habitus n. ē prius actus necessa: rij, s. liberi: ut in regenitis hōo operat. sm habitu, et consue: tudinem, n. tn. operat. ex habitu, ut ait D. Thō. q. 24 de verit. art. 12 et 1ª. 2æ. q. 78. art. 2 et tenent ibi Patres Salmanticens. ergo motus subiti n. possunt procedere ab habitu charitatis.

R. Quod habitus nāles n. eliciunt motus subi: tos, et indeliberatos, s. isti eliciunt. a sola poa nāli, quæ n. indi: get habitu ad actus nāles, et nārios eliciendos; Cæterum habitus su: pernāles, qui ejus sunt, quodammodo rōm poæ, quia dant posse sim: pliciter ad substantiam actus, poss. elicere motus subitos, et indelibe: ratos supernāles, ut habitus charitatis in patria elicit amorem nārium Dei, cum tn. nullus habitus nālis possit elicere actus. Ergo

S. Instabis: Quod in via actus charitatis regulat. per actum fidei; s. actus fidei nequit ēē indeliberatus, quia ut ait D. Aug. tractatu 26 in Joannem, Credere n. pot aliquis, nisi volens: ergo nec actus charitatis pot ēē indeliberatus.

R. Quod aliqui Moderni defendentes cum Vazquez actum charitatis nārio elicitum ēē fig sanctificantem

ne

Ne Concedant, q.d Peccator pot de facto Iustificari absque libero Consensu per motu subitu charitatis, negant posse dari motu subitu charitatis, et etiã fidei, Ut refert Oviedo Controu.a 4 de Iustificat.e n.o 100.

S.d certè ità Moderni cu conntuant auxilia gratia praevenienti in actibus subitis intellectus, et Voluntatis circa obta supnalia, quae soly per fide Cognosci poss.; inconsequenter negant motu primoprimos fidei, spei, et charitatis. Et experientia Constat, q.d Iusti habentes Consuetudine amandi Deu authore supnale, saepius à Deo excitant.r ad repentine, et vehementer dilectione Dei, quae ê motu primoprimus charitatis, et cu sit saepius intensior habitu, sufficient.r disponit ad augmentu gratia, et Charitatis debitu actibus remissis, et in tractu de auxilijs ostendemus Contra Oviedo, q.d motu subiti supnales in Sõie Iustificato proveniunt à Virtutibus infusis, et ità neganda ê minor, et ad pbe R.r q.d ipsa Voluntas Credendi, l. pia affectio fidei, saepius ê subita, ex motione divina gratia procedens, absque ulla deliberatione, l absque plena deliberatione.

Ad Confir. Argu.i R.r q.d Sì in Iustificatione Impij, Ultima dispositiones ad gratia s.s. priores, et posteriores illa in diverso genere Cã, ng praecedunt gratia in gre cãe mãlis dispositiua, Ut Late Gratia V.o et charitas praecedunt in genere Cãe efficientis, Ut Late diximus, in tractu de Iustificat.e ità in ingressu Patriae, amor Beatificus praecedit in genera Cãe mãlis dispositiua augmentu gratia, et charitatis; Luminis gloria, et Visionis beatae, ê tri posterior tali augmento in genere Cãe efficientis, sive elicientis, sive exigentis: Sì de Christo dit D. Thom 3. p.e q.e 34. art 3. q.d Iustificatus fuit more adultoru per propriu actu charitatis, quià actus erat amor Dei Beatificus, requisitus Visione Beata, cu christus Dominus fuerit Beatus à primo

Instanti suæ Conceptionis: Vt talis actus Charitatis erat prior, et posterior gratia, et Visione Beata in diverso genere Caæ; et Similis; imo dificiliores Sent.s de Angelis Beatis defendit, Vt probabilis D.Thas in 2.o dist.e 5. quæst.e 2 art. 2 - et quolibeto 9 art 8. Videant.r dicta loco citato de Iustificatione.

2.o Arguit.r Quia eode modo loquendu e de actibus Charitatis remissis, quoad Collatione præmij illis Correspondentis; q.d de actibus factis in statu gratiæ, et per peccatu subsequens mortificatis; S.t istis n Confert.r præmiu essalis Beatitudinis, nisi Xa quantitate charitatis, et gratiæ Vitæ præsentis: g. actibus remissis n dabit.r præmiu essalis Beatitudinis, nisi Xa.r quantitate dispositionis, habita in hac Vita, et conseq.r si augmentu gratiæ, et charitatis, actibus remissis debitu, n Confert.r in hac Vita; n dabit.r in ingressu gloriæ, l. in Purgatorio - min pb.r expresso testimonio D.Thæ in 3.o dist.e 31. q.e 1 art 4. quæstiunc.a 3. ad 4.u — et ne aliquis recurrat ad hoc q.d D.Thas mutavit sententia, id ipsu expresse docuit 3p.e q.e 89. art. 5. ad 3.u illis Verbis: — ad 3.u dicendu, q.d ille qui per pænitentia resurget in minori charitate; Consequet.r quide præmiu essale sm quantitate charitatis, in qua invenit.r; habebit tn gaudiu maius de operibus in 1.a charitate factis, qua de operibus, quæ in 2.a fecit; quod pertinet ad præmiu accidentale — g. D.Thas in eade sent.a, qua in libris sententiaru docuerat, perseveravit in summa; q.d scilicet, Xa quantitate gratiæ, et charitatis Vitæ præsentis Conferendu e præmiu essalis Beatitudinis, ac proinde, si augmentu charitatis, et gratiæ

actibus

Actibus remissis debitum in praesenti vita non confertur. Iustus non assequetur illud, nec augmentum Beatitudinis essentialis in Patria.

Confirmatur. Quia solo per actus remissos vel meretur augmentum gratiae solum, vel etiam meretur actum disponentem ad illud — si primum, nullum est fundamentum, ut asseratur infallibiliter esse iustum disponendum in ingressu gloriae ad augmentum gratiae recipiendum — si 2um nulla est ratio cur talis dispositio differatur ad ingressum gloriae, et non detur in hac vita: ergo augmentum gratiae actibus remissis debitum in ingressu gloriae conferri sine fundamento asseritur.

Respondetur. Quod circa reviviscentiam meritorum SS. diversae sententiae etiam inter Thomistas, et diversi modi explicandi adducta fuerint omnia D. Thomae, in quo in praesenti immorari non possumus, spectat ad tractatum de poenitentia; et modo sufficit negare maiorem, non enim currit paritas de meritis mortificatis per peccatum, et revivitis per poenitentiam in ordine ad praemium essentiale per comparationem ad merita remissa numquam mortificata, spectata perseverantia usque in finem; nam quod merita mortificata per peccatum iterum reviviscant per poenitentiam non est debitum ex iustitia; cum meritis mortificatis non sit debita reparatio post lapsum; quia non cadit sub merito de condigno, ut supra diximus. Itaque reviviscentia meritorum est specialis gratia, et beneficium Dei dependens ex eius voluntate, et speciali ordinatione; et ita potuit ordinare, quod merita mortificata reviviscant in ordine ad praemium essentiale, spectata solum mensura gratiae, in qua peccator resurgit; et in ordine ad praemium accidentale, secundum totam dignitatem meritorum, quam habuerunt ante mortificationem, et ita Deum de facto ordinasse sentire videtur D. Thomas locis in argumento citatis

Hac autem ratio non currit in meritis remissis, numquam mortificatis per peccatum; nam ultra ordinationem generalem Dei, requisitam; ut tales actus remissi sint meritorii de condigno augmenti gratiae, et gloriae: Et requiritur ad omne meritum, non requiritur alia specialis ordinatio, gratia, aut fabor Dei, ut ~~meritis~~ meritis remissis usque in finem perseverantibus debeatur praemium essentiale augmenti gratiae, et gloriae, et cum Deus infallibiliter reddat debitum nulli debens; infallibiliter dabit augmentum gratiae, et gloriae debitum actibus remissis; vel in hac vita; vel in alia.

Ad Confirmationem Respondetur. Quod iustus per actus remissos meretur augmentum gratiae modo connaturali conferendum; Id est dispositionem subiecti, et consequenter saltem indirecte meretur ipsam dispositionem, tamquam praemium intermedium; et ita Deus infallibiliter donabit hanc dispositionem, ut servet ordinem iustitiae in retributione meritorum; quod autem Deus reservet aliquando dare hanc dispositionem in alia vita; l. in ingressu Patriae; provenit ex occulto iudicio Dei, et ex eo quod in via iustus non semper habet hanc dispositionem propter mortes repentinas; et alios casus occurrentes.

Articulus Nonus.

Utrum Homo possit perseverantiam mereri?

Conclusio D. Thomae est, quod iustus non potest sibi mereri perseverantiam finalem; quae conclusio ut fide certa admittitur ab omnibus Catholicis et probatur ratione D. Thomae in arguito Sed contra. Quia si iustus per bona opera sibi mereretur de condigno perseverantiam finalem; ipsa a Deo infallibiliter Con-

Consequenter, nam Deus infallibiliter tribuit, quod alicui debetur ex Justitia propter merita Condigna, et consequenter sic Justificatus, et habens merita Condigna, infallibiliter perseverabit, et numquam peccabit mortaliter, sed permanebit Confirmatus in gratia, quae est Sententia Joviniani, Calvini, et Lutheri, Ut refert Belarminus Lib 3 de Justificatione Cap. 2 et 3.

Nec Valet dicere: quod talis Justus infallibiliter Consequeretur perseverantiam, si non ponat impedimentum per peccatum, nam Ut advertit D. Thomas ipsa perseverantia in gratia excludit peccatum, cum peccans mortaliter non perseveret in gratia: ergo si Justus mereretur de Condigno finalem perseverantiam, mereretur de Condigno auxilia efficacia ad numquam peccandum, et Vitare omnia peccata mortalia Caderet sub merito Condigno, et consequenter talis Justus non posset mortaliter peccare.

2.º Probatur ratione Articuli Quia Justus solum de Condigno meretur id, quod se habet Ut terminus meriti, cum meritum sit motus ad terminum; scilicet ad praemium, et ita praemium se habet, Ut terminus motus, non Ut principium; ideoque principium meriti non Cadit sub merito, sed perseverantia in gratia non se habet Ut terminus meriti, sed Ut principium: ergo non potest Cadere sub merito Condigno Sancti Justificati — min. probatur Quia perseverantia Liberi arbitrii in bono provenit, ex eo quod Deus movet, et inclinat Liberum arbitrium ad bonum Usque in finem; cum talis determinatio ad bonum non proveniat ab intrinseco; cum ipsum liberum arbitrium sit flexibile ad bonum, et ad malum; sed haec determinatio, Vel inclinatio Liberi arbitrii ad bonum Usque ad finem se tenet ex parte principii meriti, non Vero ex parte termini, Cum proveniat ex Divina gratia motione, quae est principium meriti; et sic flexibilitas Liberi arbitrii se tenet ex parte principii meriti, ergo Motio

Divinæ Gratiæ detinens; aut impediens sane flexibilitatem se tenet ex parte prij meriti: ergo perseverantia in gratia non se habet ut terminus meriti; sed ut principium.

Confirmatur quia ut aliquis mereretur perseverantiam finalem requirebatur; quod tale meritum perseveraret, et non impediretur per subsequens peccatum; sed quod meritum perseveret; dependet ut à principio à dono perseverantiæ; nam sicut prium meriti est gratia; ita prium meriti perseverantiæ moraliter est gratia perseverans; quæ includit donum perseverantiæ: ergo donum perseverantiæ se tenet ex parte prij meriti, non vero ex parte termini, et consequenter nequit cadere sub merito condigno.

Sed contra istam rationem D. Thomæ aliqui objiciunt; quod videtur fundari in illo axiomate; prium meriti non potest cadere sub merito; sed hoc axioma non bene intellectum ergo efficax non est. Minor probatur: quia hoc axioma debet intelligi respectivè; ita quod nullus actus possit esse meritorius sui prij; à quo procedit; si vero intelligatur absolutè; l. respectu diversorum, verum non est; quod scilicet, unus actus non possit esse meritorius præmij; quod sit prium alterius actus meritorij. Tum quia nihil repugnat idem esse prium unius; et terminus alterius. Ut in punctis; et instantibus, et causis est manifestum; cum avus sit prium sui filij; qui est prium nepotis. Tum etiam quia homo meretur de condigno aliquod gratiæ augmentum; quod postea est prium alterius meriti: ergo licet donum perseverantiæ consistat in motione Divina; quæ est prium boni operis meritorij; quo iustus usque in finem perseverat; nihilominus poterit cadere sub merito alterius actus prioris; cuius non est prium donum perseverantiæ.

Conj

Confirmat. Quia non repugnat, quod Iustus, per 1um actum meritorium de Condigno mereatur auxilium efficax, aut motionem Divinae gratiae ad 2um actum meritorium, et per istum 2um mereatur de Condigno auxilium efficax ad 3um actum; et per istum mereatur auxilium ad 4um et sic de reliquis usque ad ultimum auxilium efficax, quo efficit ultimum actum adimplendum Legis; et quo finaliter perseverat: ergo non repugnat, quod Iustus de Condigno mereatur auxilium efficax, vel motionem divinae gratiae, in qua consistit donum perseverantiae — Ant. probatur 1o nam quod 1us actus meritorius mereatur de Condigno auxilium efficax ad 2um actum, et sic de reliquis, non repugnat Conceptui gratiae auxiliantis, quia meritum primi actus significatur a gratia, et est donum gratiae Dei, et consequenter, quod ipsi debeatur auxilium efficax ad actum sequentem, non tollit, quod tale auxilium sit vere gratia, sicut vita aeterna dicitur gratia, et augmentum gratiae dicitur 2a gratia, quamvis utraque sit debita meritis, quia ipsa merita sunt gratia, aut dona gratuita Dei — 2o Ulterius inter primum meritum, et auxilium efficax ad 2um actum datur proportio requisita inter meritum, et praemium, cum utrumque sit ordinis supernaturalis, et 1us actus connaturaliter ordinatur ad 2um, et sic de reliquis: ergo nihil deest 1o actui meritorio hominis Iustificati, ut de Condigno mereatur auxilium efficax ad 2um actum, et sic de reliquis, et consequenter in hoc nulla est repugnantia.

2o probatur ant. Quia de potentia absoluta Iustus potest mereri omnia auxilia efficacia requisita ad perseverandum finaliter nam Christus Dominus illa nobis meruit de Condigno, et in sententia probabili quamvis homo potest constitui a Deo Caput, ut de Condigno mereatur aliis 1am gratiam et donum perseverantiae, sed quod homo potest alteri mereri, potest etiam sibi, si sit in gratia Dei: ergo poterit mereri auxilia efficacia ad perseverandum.

Resp.r Hoc Augur. Lorca, et Beccanus exist.i mant n posse hoc probari; perseverantiā n posse Cadere sub merito Condig no, s.d praecise probari, quia Deus n ordinavit, q.d sub merito Caderet, Caeterū Deū hoc n ordinasse, vel ordinasse opposit.ū difficile pbat.r ex Sacra Scriptura, et maxima facilitate posset dici; q.d Deus ordinans, l. promitens Vitā aeternā; l. eius augmentū, Vt praemiū Vltimū me ritorū, etiā ordinavit, quod perseverantia, quae ē mediū nec.riū ad Vitā aeternā Caderet etiā sub merito, tanquā praemiū intermediū; Vt de augmento gratiae diximus; Et loquendo de merito orationis di fficilius probabit.r; quia Deus orantibus promisit Concedere postulata, V.a illud petite; et accipietis; et ita Iustus postulando perseverantiā; posset ipsā de Condigno mereri; Vt pot ipsā petere, Vt ait D. Thomas Hic ad 4.m et Aliqui Theologi asserunt; q.d Iustus pot impetrare infa libilit.r per orationē; et alia bona opera finalē perseverantiā, saltē pro brevi tempore Ante mortē; Vt cū Suarez; et Vazquez tenet Hic Oviedo. Haec autē infalibilitas impetrandi fundat.r in ordina tione divina; et ita reddenda ē ratio; quare haec ordinatio suffi cit Ad infalibilē impetrationē, et n sufficit ad meritū Condignū per severantiae; nec alia melior excogitari pot, quā assignata à D. Thō. quia scilicet, perseverantia in gratia; qmvis n sit ita perfecta, Vt Vita aeterna, et eius perseverantia; Caeterū perseverantia in glo ria ē tm̄ meritū; perseverantia V.o in gratia se tenet ex parte p.ij meritī, n V.o ex parte tm̄; eo quod dependet solū ex motione Divina, quae ē p.ū omnis meriti. Item Cāā Universalis ita ē

Principij suorum effectuum; quod non potest esse tum, vel effectus alicuius ipsorum, ut Sol, et Aer non poss. causari ab aliquo Corpore Corruptibili, ita motio divina gratia, quae est Causa universalis, et principium omnium meritorum, talis est principium meriti; quod non potest esse terminus alicuius meriti, in eodem subiecto merente.

S.° Dupliciter intelligi potest Divina motio, ex qua provenit finalis perseverantia. 1.° ut sit motio sit ipsa Conservatio gratiae habitualis, quae est principium cuiuscumque meriti Condigni, et quia Conservatio est ipsa Continuata productio, et gratiae Conservatio nihil formaliter addit supra 1.ª gratiae infusionem, ratione cuius gratias ut conservata possit esse tum meriti; et ita se tenet ex parte principij meriti; et ita intelligere videntur nonnulli D. Thomae Divus Caietanus; et plures alij Thomistae. Caeterum non videtur esse de mente D. Thomae, qui in 2.° Argumento, et in eius solutione perseverantiam in gratia accipit, pro eo quod est Iustum numquam peccare mortaliter, quod non provenit praecise ex gratia habituali. S.° ergo ex auxilio efficaci ad servanda praecepta per totam vitam; et ita motio Dei, ex qua provenit perseverantia debet includere auxilium efficax ad servandam legem, et vitandum peccata, Alias enim quamvis Iustus non posset mereri directe ipsam Conservationem gratiae, potest tamen mereri auxilia efficacia ad numquam peccandum mortaliter, et consequenter maneret confirmatus in gratia, nec posset peccare mortaliter et ita saltem indirecte mereretur finalem perseverantiam.

2.° Nomine divinae motionis intelligitur infusio, et Conservatio gratiae habitualis ut decorata per auxilia efficacia ad servandum omnia praecepta, et sic intelligit D. Thomas Sane motionem Divinam

Gratia, et tunc est difficultas; Quia licet gratia habitualis eadem numero sit principium omnis meriti de condigno, et consequenter non possit esse terminus meriti de condigno; Caeterum gratia actualis auxilians, et efficax, eadem numero non est principium totius meriti; Quia diversae praemotiones efficaces dantur pro diversis actibus meritorijs, et ita per meritum elicitum a Iusto per 1.am praemotionem efficacem poterit mereri efficacem praemotionem ad 2.um actum meritorium, et sic de reliquis usque ad finem vitae, et consequenter poterit Iustus mereri finalem perseverantiam.

Ad hoc tamen Dicendum est, quod licet divina motio efficax numerice, et materialiter eadem non sit principium totius meriti, eadem tamen formaliter considerata est principium totius meriti, quia nec gratia habitualis est principium meriti, nisi ut modificata, et determinata per divinam praemotionem efficacem; nec Deus dat merita, nisi media hac praemotione; et ita hac praemotio comparative ad Deum, et ad ipsam gratiam habitualem est formaliter eadem, et eiusdem rationis, et principium universale totius meriti; quod sufficit, ut non se teneat ex parte termini meriti, sed ex parte principii; et consequenter non possit cadere sub merito condigno, neque primus actus meritorius nequit mereri ipsam gratiam habitualem, ut est principium 2.i actus meritorij; eo quod gratia est universale principium totius meriti, sed gratia habitualis non est principium 2.i meriti, nisi ut modificata, et determinata per divinam praemotionem efficacem; et ita in ratione principij 2.i actus meritorij includit efficacem praemotionem ad ipsum. Ergo Primus actus meritorius nequit mereri efficacem praemotionem ad secundum actum meritorium; eo quod talis prae-

24 Codex de Merito.

Praemotio se tenet ex parte principij totius meriti, et in ipso includitur.

Quod bene confirmat Mag. Ioannes à S. Thô duplici ratione = 1ª. scilicet Divina motio efficax ad servanda praecepta ordinatur ad conservationem gratiae, et ipsam conservat indirecte; impediendo peccata, quibus gratia destrueretur: sed qui mereretur divinam praemotionem, aut auxilia efficacia mereretur primae gratiae conservationem, quae est idem ac 1ª. infusio gratiae, et consequenter mereretur de condigno 1ª. infusionem gratiae, et ex consequenti mereretur conservationem ipsius meriti; quae provenit ex conservatione gratiae; quod est impossibile.

2ª. Ratio est, quia si iustus mereretur auxilium efficax ad aliud actum meritorium; per unum mereretur aliud meritum, et unum meritum esset praemium alterius; quia auxilium efficax est propter actum; et medium, quo Deus nobis tribuit merita, medium autem non est praemium ratione sui, sed ratione sui finis, et ita, qui mereretur auxilium efficax ad actum meritorium; mereretur talem actum meritorium, et 2um. meritum esset praemium meriti praecedentis; quod implicat; quia meritum est actus liber existens in libera potestate merentis; praemium autem non potest esse in libera potestate merentis; aliàs posset sibi tribuere praemium; quod est impossibile.

Ad argumentum sed nego min: et ad probationem aliquis dicet qd. donum perseverantiae dicit collectionem omnium auxiliorum efficacium, quae homini dantur post 1ª. iustificationem; et si aliquis iustum per aliquem actum mereretur totam istam collectionem, etiam mereretur auxilium efficax

Quo talis actus fuit elicitus; et consequenter prius meritum caderet respective sub merito illius actus, cuius est prius.

Sed licet hoc verum sit, non tamen sufficit ad hanc difficultatem; alias sequeretur quod iustus, licet per primum meritum non mereatur auxilium efficax, a quo provenit tale meritum, merebitur tamen caetera auxilia efficacia ad bona opera subsequentia, quibus implet legem; et ita per primum meritum manebit confirmatus in gratia, nec amplius peccare poterit mortaliter. Ultima omissa hac solutione Respondetur quod ratio D. Thomae fundatur in eo quod prius universale totius meriti nequit cadere sub aliquo merito, ut prius talis meriti nequit cadere sub eodem merito; et contra hoc non currunt instantiae adductae, neque sunt pueriles; aut instans esset prius omnis extensionis, et durationis non posset esse terminus alterius; et si unus homo esset pater universalis omnium hominum, non posset esse filius alterius hominis; et si augmentum gratiae esset prius omnis meriti non posset cadere sub merito; gratia autem, ut determinata per auxilium efficax est universale prius totius meriti, et ita nec ipsa, nec eius determinatio potest cadere sub merito.



Ad confirmationem Respondetur negando antecedens, et ad primam probationem Respondetur quod divina motio efficax cum sit prius universale totius meriti ita est gratuita, quod sub nullo merito, etiam donato a Deo cadere potest; quod non convenit gloriae, aut augmento gratiae; et inter primum actum meritorium, et secundum non est ordo per se, sed per accidens

Nq Statim post 1um Actum meritorium pot. Iustus mori, et n. elicere Actum 2um meritorium; et 1us Actus meritorius Solum per se ordinatur Ad Augmentum gloriae; Ut ad praemium Ultimum; et ad augmentum gratiae, Ut ad praemium intermedium; ad alium Uero actum meritorium per se n. ordinatur; quia ipso n. indiget, Ut consequatur augmentum gratiae, et gloriae sibi debitum; quod consequeretur si statim post 1um actum meritorium, Antequam eliciat 2um moriatur.

Ad 2um pbum Rñ q. 1a. gratia, et auxilium efficax ad perseverandum Est quia Universalia totius meriti in proprio Subiecto; n. Uero in Subiecto Extraneo, et ita cadere n. possunt Sub merito Condigno ipsius Iusti merentis; bene tn. Sub merito Condigno Christi Dni, vel alterius quae Soius in Sententia Supposita.

S. Inquires. An donum perseverantiae possit Cadere Sub merito de Congruo? Rñ Quod si perseverantia Accipiatur pro tota Serie auxiliorum à 1a. Iustificatione Usque Ad mortem; sic n. pot Cadere Sub merito de Congruo, nec Sub Impetratione, quia totum meritum; et impetratio è effectus auxilij Divini Contenti Sub illa Collectione; et principium meriti, vel impetrationis nequit Cadere Sub merito, aut impetratione proveniente à tali principio; Si Uero perseverantia Sumatur praecise pro Conjunctione gratiae cum morte, Certum è; q. pot Cadere Sub merito de Congruo Late Sumpto; prout è idem ac impetratio, quia Certum è; quod donum perseverantiae pot à Deo impetrari, aliàs frustra ipsum

à Deo Postularemus; Ut docet D. Aug.nus de bono perseverantiæ Cap. 4. et 6. - Si 9.º Sumatur pro merito de Congruo magis Stricto; Ut distinguitur ab impetratione; quæ ē propriâ orationis; Probabilius ē, q.º perseverantia nequit Cadere sub merito de Congruo; Ut tenent Sic, Martinez, Araujo, Gonet; et Alij; propter disting; quæ Versatur inter meritum, et impetrationem orationis; Cum enim oratio Significet internum desiderium; q. pōt reflecti Supra seipsum; et Supra Sua gratia; Justus pōt desiderare, et à Deo postulare perseverantiam in gratia, et in oratione; et cum [illegible] possit Soc Deus donare; Consequenter Justus pōt per orationem impetrare à Deo omnia auxilia requisita ad perseverandum in gratia, et in oratione; Omnis Se teneant ex parte sui - Cæterum meritum Etiã de Congruo ē præcise motus directus in tum, Seu præmium; et n pōt reflecti Supra gratia meriti, - qualia sunt auxilia ad perseverandum, et consequenter Justus mereri n pōt perseverantiam in gratia, nec perseverantiam in merito, et impetratione.

Artus 10, Utrum Temporalia Bona Cadant sub merito?

CC.º D. Thé ē; Quod bona temporalia, prout sunt Utilia ad opera Virtutum; quibus perducimur in Vitam Æternam directe; et Simpliciter cadunt Sub merito, quia Utrie habent rationem boni Simpliciter, et præmij intermedij in ordine

ad

Ad Utg alterng; Si Uo Considerent. Sm se, n' S[s] Simpliciter bona hois; S. Sm quid, cy n' Conducant ad eius Ulaj finej; et ita n' Simpliciter Cadunt Sub merito; S. Sm quid; Soc autej merity Sm quid e; qua aliquis in peccato existens meret. de Congruo aliqua bona temporalia; Ut Supra diximus Cuj D. Thá in 4.o dist. 45. q.e 1. art 3 quaestiune 4. Soc tri merity debet ee actus bonus; nulla mala circunstantia Vitiatus; Ut Supra diximus, agentes de Condinonibus Vequisitis ad merity; Ubi explicuimus Literg D. Thá in Corpore Suius Arti; et ad 2.y – et Soc dicta Sufficiant de Soc materia de merito Justi. Utinq Cedat Sic noster Labor in aliquale obsequiy S.ma Triados; nec non Intemarata Semperque Virgi: nis Maria de Consolacion; in Laudeque D. Anici P. N.ri; et N.ri Ang. Praeceptoris cuius Literg explicare Conavi.

finem dedimus die 20 mensis Martij ann. 1684.

in 5.o et in 6. anno Lectionis

fr Hyacinthus de Perossa, et Oliver Suius

Regalis Convent. Vesper. Cath. Moderatore.

Index hujus Tractus

Artic. 6. An homo possit alteri mereri 1.am Gratiam ______


Artic. 7. An homo possit sibi mereri reparationem post lapsum ______

Artic. 8. An homo possit mereri augmentum Gratiae et charitatis. ______

Artic. 9. An homo possit perseverantiam mereri ___

Artic. 10. Utrum bona temporalia cadant sub merito ______

Non requiritur ordinatio ad demeritum — quod claret: quia homo debet referre omnes suas actiones ad Deum, tamquam ultimum finem, ut ait D. Thomas 1. 2ae. q. 21. ad quas referendas sunt plures tituli, scilicet Creationis, Conservationis, Redemptionis, et alia: ergo dando illi, quod illi debetur, ex se nihil meretur, nihil addit decretum Dei, dicentis: exigit hoc mihi debeas, volo propter haec opera te praemiare: ergo haec dicitur ordinatio divina — ad demeritum vero nihil requiritur; quia ex eo quod homo debeat ordinare suas actiones in Deum, et non referat, tollit a Deo, quod illi debetur: ergo meretur poenam quia ut ait Magister Divinus Lucae. Servus sciens voluntatem Domini sui, et non faciens, flagellis vapulabit multis —



uestiones Theologi

Perosa